

Stadt-  
Bibliothek  
Worms

*Handwritten notes, possibly "2te Entwurf"*

798

Text 4°: 144 | 1-2

*Handwritten initials or numbers*

I gest. Titelbogen, 8 un Blatt  
229 ss, 4 un Blatt  
10 Textköpfe  
4 gest. Initialem

II gest. Titelbogen, 8 un Blatt  
155 ss, 3 un Blatt  
2 Textköpfe  
1 gest. Initiale  
Stück i. Handschrift.  
vol  
173

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

PHYSICS DEPARTMENT

**VINDEMIÆ  
LITERARIÆ,**

**COLLECTIO PRIMA.**

VINDÆMIA  
LITTERARIA

COLLECTIO PRIMA.

JOANNIS FRIDERICI SCHANNAT

**VINDEMIÆ**  
**LITERARIÆ,**

Hoc est

**VETERUM MONUMENTORUM**  
**AD GERMANIAM SACRAM PRÆCIPUE**  
**SPECTANTIUM**  
**COLLECTIO PRIMA**  
*QUA CONTINENTUR*

- |   |  |
|---|--|
| I. Necrologium Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ.        | IX. Chartarium Reinhartsbornense.                                      |
| II. Anonymi Series Abbatum Monasterii Weissenburgensis. | X. Excerpta Necrologii Veteris Abbatia Mollenbeccana.                  |
| III. Vetus Diprycon Fuldense.                           | XI. Notitiæ Monasterii Omnium - Sanctorum.                             |
| IV. Anonymi Chronicon Cœnobii Schutterani.              | XII. Rudera Abbatiarum Albæ - Dominorum & Albæ-Dominarum.              |
| V. Necrologium Laureshamense.                           | XIII. Anonymus de Origine & Abbatibus Cœnobii S. Joannis in Rhingavia. |
| VI. Antiquitates Cœnobii S. Michaelis Bambergæ.         | XIV. Dotationes Cœnobii S. Petri in Nigrasilva.                        |
| VII. Traditiones Veteres Cœnobii S. Stephani Herbipoli. | XV. Necrologium Abbatia Lucidæ - Vallis.                               |
| VIII. Anonymi Chronicon Erfordienſe.                    | XVI. Diplomata & Epistolæ variæ.                                       |

*ACCEDIT*

**CONSPECTUS TRIUM VETUSTISSIMORUM CODICUM, EX ILLIS QUOS IN IPSO MARTYRIICAMPO, UBI S. BONIFACIUS ARCHIEPISCOPUS CUM SOCIIS GLORIOSE OCCUBUIT, MANUS FIDELIUM RECOLLEGERUNT, AC IN SACRARIUM FULDENSE DEPORTARUNT**

*Cum Fig. Æneis.*



*FULDÆ & LIPSIÆ,*

**APUD MAURITIUM GEORGIUM WEIDMANNUM,**  
**SAC. REG. POL. MAJEST. ET ELECT. SAXON. BIBLIOPOLAM,**

*Typis JO. HENR. KÜSTERI, SUÆ CELS. Typogr.*

**M. DCC XXIII.**

*CUM PERMISSU SUPERIORUM.*

JOANNIS FRIDERICI SCHANNAT

# VINDICATA LITTERARIA

Hoc est

## VETERUM MONUMENTORUM AD GERMANIAM SACRAM PRÆCIPUE SPECTANTIAM COLLECTIO PRIMA

- I. Necrologium Ecclesie Metropolitane Moguntinae
- II. Anonymi Sæculi Albertini Historiam Westphalicae
- III. Verus Originem Paderbornensis
- IV. Anonymi Chronicon Caroli Imperatoris
- V. Necrologium Laurentianense
- VI. Anonymi Chronicon 2. Michaelis Imperatoris
- VII. Traditiones Veteris Caroli & Imperatoris
- VIII. Anonymi Chronicon Fridericis
- IX. Chronicon Paderbornense
- X. Chronicon Westphalicum
- XI. Chronicon Westphalicum
- XII. Chronicon Westphalicum
- XIII. Chronicon Westphalicum
- XIV. Chronicon Westphalicum
- XV. Chronicon Westphalicum
- XVI. Chronicon Westphalicum
- XVII. Chronicon Westphalicum

Stadt-  
Bibliothek  
Worms

ACCEPTUS  
CONSPECTUS TRIVM VESTIMENTORUM GODI  
CUM EX ILLIS QUOS IN IPSO MARTYRICAMPORUM  
& BONIFACIUS ARCHIEPISCOPUS CUM SOCIIS GLORIOSE  
OCCUBUIT, MANUS FIDELIUM RECUPERAVIT, NO IN  
SACRALIUM FULDENSE DEPORTAVIT

Cum sig. A. m.

298/59

FULDENSIS  
ABD. MARITIM. GEORGII WILHELMI  
SAC. REG. POL. MAJEST. ELECT. SAXON. BIBLIOPOL.  
Typis JO. HENR. KRISTERI, SUB CÆL. TYPIS  
M. DCCXXIII  
CUM PERMISSU SUPERIORUM



CC Lunenschlos delineaust

Worlmann. sculpsit Casiely. 1723

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO  
S. R. I. PRINCIPI  
**CONSTANTINO**  
SANCTÆ FULDENSIS ECCLESIAE  
ABBATI  
AUGUSTISSIMÆ ROMANORUM IMPERATRICIS  
ARCHI-CANCELLARIO  
PER GERMANIAM GALLIAMQUE  
PRIMATI.



*Uæ dudum Fuldæ velut intermortua ja-  
cuerat Typographia, hæc CELSIS-  
SIME PRINCEPS, ad maximi No-  
minis Tui Famam excitata Revixit,*

*Viresque alacri Animo resumens, Literarium aptavit*

*Tor-*

*Torcular quo VINDEMIAS in ipsa Buchonia, non alio  
Sole quam Tuo Benigni-fluo Aspectu maturatas, fe-  
liciter expressit; nec est cur miremur: tot enim Præ-  
claros, tot Prosperos, tot Gloriosos Auspicatissimi Re-  
giminis Tui Eventus cernimus in Dies, ut cum Poeta  
exclamare Nobis Fas sit.*

Omnia jam fient, fieri quæ posse Negabam;

*Talis est, ut Cætera taceam, ARCHIMAN-  
DRITA REVERENDISSIME, Pax illa nuper  
Carolo-Poli ad Mœnum, TE inter & JOANNEM  
PHILIPPUM FRANCISCUM Herbipolensis  
Ecclesiæ Præsulem, Franconiæ Ducem verè PACI-  
FICUM, Cælesti Omine conclusa, quam à pluribus  
retro Sæculis frustra sæpius tentatam, fieri unquam  
posse desperaverat omnis Ætas; concidit nimirum per  
VOS Ictum plusquam Herculeo, Annosa illa Discor-  
diarum Nutrix, Monstrum Hydra Lernæa pejus, etiam  
trans Alpes famosum, cui Liti-fera toties excidisse  
Capita, nil profuit, donec tota simul periit Infernalis  
Soboles, quæ tamdiu Sacra Sancti Bonifacii, San-  
ctique Kiliani Patrimonia, fœdum in modum di-  
laniavit.*

*Læta*

*Læta nunc utrobiquè Rerum Facies, lætus Ordo; etenim Justitia & Pax osculatæ sunt, per quas asserita tandem TIBI firmiterque in perpetuum stabilita, prisca Diœceseos Tuæ, quam late patet, Jura & Imperium, serena denique ac tranquilla Omnia;*

*Superest, ILLUSTRISSIME PRIMAS, ut ea quæ etiamnum Generosa Mente volvis, eodem CONSILIO eademque CONSTANTIA perficias; tunc Deceptorum Tuorum quotquot fuère unquam, Nemo TE Fortunatior, Nemo qui ob pacatam simul ac dilatatam Provinciam potiori Jure PATRIÆ PATER audivi ab Omnibus & appellari meruerit;*

*Hæc aliaque ejus Generis Tua præclarè Facta, CELSISSIME PRINCEPS, dum in ANNALES, quos Tuo Jussu Tuisque sub Auspiciis scribere aggressus sum, referre gestio, uberem ac prorsus inexhauribilem Encomiorum Tuorum Materiam gratæ utique Posteritati suppeditabunt; habent enim & Præsentes & Posterius quod jam nunc in TE, citra omnem Adulationis suspicionem, etiam me silente, æternum venerentur & deprædicent ferventissimum illum avitæ Religionis & Disciplinæ Zelum, in Tractandis tum*

*Ecclesiasticis tum Sæcularibus Negotiis Naturalem  
Ingenii Dexteritatem, consummatamque Prudentiam,  
assiduam Justitiæ ac Pietatis Cultum, Fortem, Ex-  
cellsum, Liberalem, nec nisi in commune Bonum pro-  
pensum Animum, innatum denique erga Immortales  
Musas Studium & Amorem, quo potissimum Nomine,  
CELSISSIME PRINCEPS, Tenue hoc perennis  
Observantiæ ac Gratitudinis meæ Monumentum TIBI  
demissimè submissimèque Consecro*

*Scribebam Fulde VI. Kal. Julii  
MDCCXXIII.*

Humillimus & Obsequentissimus  
JOANNES FRIDERICUS SCHANNAT.



## PRÆFATIO



Pecimen est Renascentis apud Nos Typographiæ, quod Oculistuis exhibemus, Lector Erudite, si placet Conatus, Vindemiando hic Prælum Exercebimus, dum Lipsiæ majus aliud occupabit majoris molis Opus, Historia nimirum Inelytæ Fuldenfis Ecclesiæ, quam dum REVERENDISSIMO & CELSISSIMO PRINCIPE ABBATE clementer annuente, faventibusque cunctis suis Perillustribus & Gratiolis DD. PRÆPOSITIS & CAPITALARIBUS coepi non ita pridem Contexere, Tanta sese obtulit undique Veterum Rerum ac Monumentorum Copia, ut Opus universum in varias Classes distribuere necesse habuerim ne (quod sæpe nimium evenit) omnia in unum simul congesta grande ac confusum Chaos producerent.

Visum itaque est, initium facere à *Traditionibus Fuldensibus*, Orbi Literato notissimis, quæ Cura Joannis Pistorii olim editæ, nunc Locis infinitis restitutæ & emendatæ, triplo auctiores in Lucem emittentur: illis enim addidimus non solum quidquid hujusmodi Donationum ex Archivi Vetustis membranis, Chartis, Rotulis, Chartariis, aliisque optimæ Notæ Codicibus M. S. S. recenter eruimus, sed & insuper EBIRHARDI Monachi Fuldenfis circa medium Sæculi XII. à se confecta *Veterum Traditionum Summaria*, quæ inter alia ad elucidandam Germaniæ mediæ Ævi Topographiam plurimum conferre poterunt; iis omnibus passim intermixtus erit Insignis Autographorum Numerus quibus, ut sua magis constet Authoritas, Sigilla Æri accuratissimè incisa, breves etiam quandoque Notationes adjecimus, observata ubique quoad licuit, Temporum Serie, Fonte itidem indigitato ex quo singula desumpta sunt: Accedet pro majori tum harum, tum subsequentium Rerum consequenda Notitia, *Patrimonium Sancti Bonifacii* sive *Buchonia Vetus* ex iisdem Traditionibus eruta, aliisque Monumentis aucta & illustrata à Temporibus Pippini Regis ad finem usque Sæculi XIII. cum præfixa Mappa Geographica, quod Opus mox excipiet.

\*

De

*Præfatio.*

De *Clientela Fuldenſi Beneficiaria* Tractatus Historicus, in quo præter Naturam ac varias Feudorum Fuldenſium Species, prolixam, Titulis ac Dignitatibus ſplendidam Tibi exhibebimus Vaſallorum ſeriem, quos à prima ſua Origine hucusque habuit Munificentiffima Fuldenſis Eccleſia, utpote cui etiamnum Ordinis Equeſtris Nobiles propemodum infiniti, Monasteria, Civitates Imperii, Oppidaque non pauca, Principes, Duces, Marchiones ac Comites, Fidelitatis & Obſequii Hominum præſtant idem, quod & olim Regum ac Imperatorum Filii, quin & ipſi etiam aliquando Reges grato ac lubenti animo præſtiterunt, quorum omnium adjecta ad Calcem Libri Acta vetera & Chartæ Authenticæ magno Numero, amplius fidem facient; ſequetur deinde

*Hierarchia Fuldenſis* Viginti & ultra tum Monachorum tum Sanctimonialium Coenobiis, plurimis etiam Præpoſituris ac Collegiatis Eccleſiis pleno Jure ſubjectis conſpicua: hæc velut arbor immenſa, nunquam ſterilis, univerſali Eccleſiæ Fructus dedit uberrimos & quamvis per Sæcula jam prope decem continuis Invidiæ Procellis agitata, ac frequenti Malorum impetita Turbine, Ramorum aliquot Inſignium, quos longius protenderat, Jaçturam fecerit, ſtetit tamen Florida ſemper & immobilis, ſtabitque DEO favente, æternum!

His demum omnibus ſic præmiſſis, Expeditores erimus in conſcribenda *Historia*, cujus prima pars, Eccleſiæ Fuldenſis Originem, Incrementa, Fata, veterem Diſciplinam & Oeconomiam, Colonias, Academiam, Viros Illuſtres &c. complectetur; in altera verò parte, ubi de ſuprema Principis Abbatſis Dignitate, Proedria, Prærogativis, Privilegiis, Ditione, Potentia ac Miniſterialibus latè diſſeruerimus, ſingulorum Abbatum Vitam & Acta expendemus juxta probatos Authores & ad Fidem Documentorum, quæ ſeorſim edita Integrum Codicem efficient.

Prævie de his à me monendus eras, Benevole Lector, nunc ad VINDEMIAS noſtras ſimul procedamus, ſi quæ in iis Palato minus grata offendas, hæc Linque (non enim omnibus idem eſt quod placet) & alia tibi exquire, quod ut faciliori cum delectu fiat, ſingulos Tibi Racemos explanabimus.

*I. Necrologium Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ.*

Illud eruimus ex veteri Martyrologio Rabani membranaeo, cui primaria manu adſcriptæ erant hæc Illuſtrium Defunctorum Nomina, paucis exceptis, quæ idcirco aſterifco notari curavimus; in his occurrit ad diem XI. Kal. Januarii Marianus Scotus, quem ex Dodechino novimus obiſſe Anno MLXXXVI. occurrunt & alia plurima tum Præpoſitorum tum Decanorum  
hujus

*Prefatio.*

hujus Metropolitanæ Ecclesiæ Nomina, desiderata in Recensione quam de iis novissimè instituit Vir Clarissimus Nobisque Amicus Georgius Christianus Joannis in Opere suo de Scripto-ribus Moguntiacarum Rerum, ex quo vice versa illustravimus Exemplar illud mutuæ Fraternalitatis renovatæ sub initium Sæculi XII. exstans ad Calcem hujus præstantis Necrologii, quod cum aliis debeo eximiæ Humanitati Admodum R. P. Hahn Collegii Soc. JESU Moguntiaë Rectori, qui rarò apud suos Exem- plo, omnia mecum liberalissimè communicavit.

II. *Anonymi Series Abbatum Monasterii Weissenburgensis.*

Descripta est ex Authentico, quod in hujus, Insignis Ec- clesiæ Archivo delitescit, cæteris omnibus quotquot hætenus in Lucem prodiere, merito anteponenda.

III. *Vetus Diptycon Fuldense.*

Duplex in Diptychis passim ordo erat Vivorum & Mortuo- rum, quorum Nomina in Sacris, in aurem Sacerdotis a Dia- cono recensentur; hoc quod damus ob Antiquitatem Vene- randum est, fuitque ejus usus longè ante *Necrologium Fuldense* cu- jus excerpta quædam, Vir immortalis Memoriam Leibnizius *Tom. III. Script. Brunswicens.* inseruit, haud dubiè integrum datu- rus, si tam sui fuisset instituti, quam nunc mei est; unde etiam illud suo Loco, nimirum in Corpus Traditionum Fuldensium proxime referemus.

IV. *Anonymi Chronicon Cænobii Schutterani.*

Hujus Cænobii trans Rhenum positi ad Scutteram Fluvium, Originem tribuunt circa initium Sæculi VII. Offoni cuidam An- gliaë Regi à quo primum Offonis-Cella, dein Scuttera à præter- labente Fluvio dictum sit, quod si Author Chronici tantum ha- buisset eruditionis quantum Bilis, forsitan longè plura eaque se- lectiora ex Archivo sui Monasterii in rem suam adducere potuis- set, præsertim adversus Trithemium, quem Adversarium na- ctus fuerat in causa aliunde satis probabili, cum Mabillonius *Tom. I. Annal. Bened. pag. 533.* per quam verisimile existimet, ex- stitisse olim in illis partibus Offonem Principem, qui Monasterium suo No- mine erexit, & hunc forte cum ignorarent Posteriores, Lecto Offa Anglo- rum Regis Nomine, Offonem Principem eundem putarunt cum Offa Re- ge, qui Caroli M. equalis fuit, sunt qui hujus Monasterii Conditionem referunt ad Sæculum insequens, tribuuntque Pirminio Abbati Sanctissimo, quem alii dicere instauratorem malunt. Cæterum Anonymus no- ster Fidem datam non penitus exsolvit; nam seriem Abbatum,  
\* 2  
quam

*Prefatio.*

quam ad sua usque Tempora nempe in Annum MDXXXVI. deducere promiserat, non ultra Annum MCCCXXVII. profectus est.

*V. Necrologium Laurishamense.*

Celeberrimi quondam Laureshamensis Cœnobii circa Annum Christi DCCLXIV. Fundati, Insigne producimus Necrologium ad Fidem veteris Apographi, primaria manu ante Annos trecentos in membrana nitidissime exarati, unde, quæ in eo ad Sæculum usque XV. continuata reperiuntur Recentiorum Nomina, asterisco notavimus ad differentiam aliorum: memorabilis est Einhardi Abbatis (Seligenstadiensis) dies emortalis nempe *II. Idus Martii*, frustra a Mabillonio investigatus, tum ad *III. Idus Decemb.* Tessilonis Ducis ex Laico Monachi Obitus non frustra appositus, quem exin credibile est contigisse in Laurishamensi Cœnobio in quod infelix ille Princeps retrusus fuerat, non verò in Gemeticense ut contendit idem Mabillonius *Annal. Bened. tom. II. pag. 313.* Plura Eruditis observanda relinquimus, dum Nos tot Illustrium Benefactorum Nomina ab Interitu & oblivione vindicasse juvat, nec tristem subiisse sortem Loci, cujus nunc, ut veteris olim Trojæ, *etiam perière Ruine.*

*VI. Antiquitates Cœnobii S. Michaelis Bambergæ.*

Talem Titulum meritò præ se ferunt Chartæ, quibus ad illustrandum celebre hoc Monasterium, nec antiquiores nec præstantiores inveniuntur in tota illa Scriptorum Rerum Bambergensium Collectione, quam duobus distinctam Voluminibus edidit ante Annos aliquot Vir Clarissimus Joannes Petrus Ludewig. Unum præ reliquis observatu dignum est, quod habetur in Documento sub Num. II. ubi Orientales Franci abnegationem solemnem faciunt cum manu & Festuca, Saxones vero *digitis incurvatis, secundum morem Saxonicum.*

*VII. Traditiones Veteres Cœnobii S. Stephani Herbip.*

Mirari aliquando subiit, Magnum Ordinis sui Annalistam Mabillonium hujus Antiquissimi Monasterii nullibi meminisse, quod fortè crediderit idem esse cum illo S. Andreae ibidem exstructo, & à Fundatore suo S. Burchardo postmodum Nomen retinente, de quo plurima refert: verùm aliter se Res habet, nam Adelbero (è Comitibus de Lambach) Herbipolensis Ecclesiæ Episcopus Locum & Cœnobium in vicino Civitatis suæ Suburbio positum, & à Venerabili Prædecessore suo Henrico Antistite (ex Comitibus de Rotenburg) fundatum, Divinæ Religionis & Monasticæ Professioni cernens aptissimum, Fratres Canonice Professionis, qui tunc in præfato Monasterio erant

„DEO

*Prefatio.*

„DEO Famulantes, in ipsam Civitatem transtulit : ut autem  
„præfatum Locum & Cœnobium in Honore B. DEI Genitricis  
„& Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Sanctique Protho-  
„Martyris Stephani dedicatum (Anno MXVIII. ad diem III. Au-  
„gusti) condigno honore sublimaret & Ecclesiam hæcenus cele-  
„brem, Divinis celebriorem Servitiis redderet XXX. Fratres  
„Monachicæ Professionis (forte ex vicino S. Burchardi Mona-  
„sterio diductos) ibidem instituit, statuens ut ulterius ibi Mona-  
„chica Conversatio & Monastica Professio sub Abbatis Regimine  
„semper in Divino permaneat Famulatu: ad supplementum ve-  
„rò ejusdem Monasterii & eorundem Fratrum, præter Prædia  
„quæ ipse Episcopus Henricus donaverat, aliqua de suis pro-  
„priis assignavit Anno Ordinationis suæ XII. Dominicæ verò  
„Incarnationis MLVII. Indiçt. XV. Non. Martii. Sic fere ipsius  
„piissimi Fundatoris Litteræ, quas Autographas Sigillo plumbeo  
„pensili obsignatas asservat ejusdem Cœnobii Archivum, Chartis  
„& Diplomatum eleganter conservatis Instructissimum, in hoc  
„enim perquam gratiosè admissi a Reverendissimo & Amplissimo  
„D. Abbate ALBERICO, qui hodie suis ad Sanctæ Regulæ Normam  
„optimè institutis, maxima cum Laude præest, plurima ipso,  
„etiam in hoc studiorum genere versatissimo, liberaliter assen-  
„tiente, exscripsimus, quorum nonnulla in fine hujus Collectio-  
„nis reperies; cæterum hæc, quas pariter inde proferimus, Vete-  
„rum Donationum Tabulæ, in duos Rotulos Opistographos ex  
„plurimis membranis confutos, relatæ erant ante Annos quingen-  
„tos, fortè à Cellerario Loci, ne Autographa ex Archivis sæpius  
„efferi necesse esset: iis utetur cum Fructu, qui Scriptores Her-  
„bipolenses ab infinitis Erroribus, quibus scatent, repurgatos ali-  
„quando illustrare volet.

VIII. *Anonymi Chronicon Erfordienſe.*

Multa discimus ex hoc Chronico singularia, quorum nulla  
apud Scriptores Sæculi XIII. mentio reperitur: certè præter illa  
duo Concilia unum Erfordiæ Anno MCCXXIII. alterum Mo-  
gontia MCCXXXIX. habitum, plurima circa Stigandianam  
hæresim nos laterent, nisi ea annotasset diligens Anonymus,  
cujus bona Fides in reliquis satis explorata est.

IX. *Chartarium Reinhartsbornense.*

Ludovicus II. Ludovici Barbati Turingiæ Comitis Filius dum  
repudiata priori Coniuge Udalrici Saxonæ Ducis Filia, Adel-  
heidim Friderici III. Saxonæ Palatini à se Venabulo transfix-  
Viduam duxisset Anno MLXV. instinctu Adalberti Archi-Epi-  
scopi Bremensis captus ac fere per biennium in Arce Gibichen-  
stein

*Prefatio.*

stein detentus, tandem S. Udalrico Voto facto per fenestram in subterfluentem Salam se dedit precipitem, hinc *Salius* seu *Saltator* dictus est; verum ultrices Hominum manus sic evadens, in Divinas aliquando incidere plus metuit: quapropter ad Magnificum à se Anno MLXXXV. fundatum Ord. S. Benedicti Cœnobium (quod ab allabente Reinardi Figuli Fonte *Reinhartsborn* nuncupatum est) confugit jam septuagenario major, ubi sub Regulari Habitu Pœnitentiam agens beato Fine quievit An. MCXXIII. Plura de hujus Monasterii Incrementis & Fatis Te docebit Chartarium nostrum, quo forte Tenzelius aliique ante me usi fuerunt, unde & Diplomata illa, pauca quidem, quæ ex eo evulgaverant, hic repetere superfluum existimaveram: verum ut omnia promiscuè simul ederem suaserunt Viri Doctissimi, quorum Judicium & Authoritas mihi pro Lege esse solent.

X. *Excerpta Necrologii Veteris Abbatiae Mollenbec.*

Hujus Asceterii in Comitatu Schawenburgensi ab Hildegarde Uffonis Dynastæ Nobilissima Coniuge circa Ann. DCCCXCVI. Fundati, Historiam fusius pertractavit Conradus Hojerus, cui hæc Excerpta, quæ Parisiis pro sua in me Benevolentia transmisit Admodum R. P. Edmundus Martene, profecissent plurimum: occurrit in iis præter Expectationem Dagobertus Rex, III. Non. Februarii, qui ejus dies emortalis censendus non est (obiit enim *Die XIV. Kal. Feb. Anni DCXXXVIII.*) sed potius pia ejusdem Commemoratio ex Beneplacito Congregationis instituta, ideo, quod singulari prorsus Cultu & Devotione erga S. Dyonisium Martyrem ferebatur, in cujus Honorem consecrata ac dedicata est Ecclesia Mollenbeccana.

XI. *Notitiæ Monasterii Omnium-Sanctorum.*

XII. *Rudera Abbatiarum Albæ - Dominorum & Albæ - Dominarum.*

Præter has Inscriptiones nil restat quod piam Bertholdi Comititis ab Eberstein ejusque Coniugis Uthæ in fundandis duobus his Cœnobiis Munificentiam luculentius testetur; utrumque olim Ordinis Cisterciensis non procul ab invicem distitum in Ducato Wirtembergico ad Albam Flumen circa An. MCXLVIII. fundatum exstitit.

XIII. *Anonymus de Origine & Abbatibus Cœnobii S. Joannis in Rhingavia.*

Hunc Locum ab aliquot prope Sæculis desertum ac Religione vacuum, Reverendissimus & Celsissimus S. R. I. PRINCEPS  
CON-

*Prefatio.*

CONSTANTINUS ABBAS Fuldenſis Modernus, qua per Germaniam Galliamque PRIMAS Magno Ære ſuæ acquiſivit Cameræ, nec minori ſumptu inſtauravit, idque Illi præ cæteris Curæ fuit ut Quotidianus DEI Cultus ac Pia Benefactorum Memoria in eodem jugiter perennarent: quin & hanc Anonymi non indiligentis Lucubrationem à me variis Locis ad Fidem Documentorum, quæ illi defuerant emendatam & illuſtratam, Publici Juris fieri voluit, quo Germania ſacra aliquando prodiret auſtior. Vixit Author Temporibus Danielis Archi-Epiſcopi Moguntini, qui amoto ad Annum MDLXIII. Valentino Horn ultimo ejuſdem Loci Abbate, Rerum Administrationem Oeconomo à ſe inſtituto commiſerat; eas poſtmodum Anſelmus Caſimirus, quo exhaustæ ſuæ per Suecicum Bellum Archi-Diœceſi in aliquo ſubveniret, Anno MDCXXI. Huberto de Bleyman oppignoravit.

*XIV. Dotationes Cænobii S. Petri in Nigra Silva.*

Integri M.S. Codicis Membranacei, qui olim ad hanc Ordinis S. Benedicti Abbatiam pertinuit, Tristes hæ ſunt Reliquiæ, quæ & ipſæ periſſent, ni caſu ſuperveniens eas ex ignorantis Manibus redemiſſem; conducunt plurimum ad pleniorẽ Fundationis Notitiam, quæ ſplendidam ſuam Originem debet Bertoldo Zaringiæ Duci & Conjugi ſuæ Agneti ad Annum MXCIII. Locus peculiari Jure Sedi Apoſtolicæ ſubjicitur ut patet ex Bulla Urbani II. quæ cum careat Notis Chronicis referri poteſt ad Annum MCXXVI.

*XV. Necrologium Abbatiae Lucidæ-Vallis.*

Necrologiorum in Hiſtoria plurimus uſus eſt, tum præcipuè quando præter diem Emortualem etiam Annum denotant, ex iis enim cum alia innumera, tum integræ quandoque Proſapiæ illuſtrantur, ut hic illa Sereniſſimorum Marchionum Badenſium, quæ ſi non curatius altiùs certè quam eſt apud Rittershuſium, alioſque nunc inveſtigari poterit; dabit pariter hoc Necrologium, Illuſtrium hujus Parthenonis Abbatiffarum Elenchum, illo quem Bucelinus Nobis dedit, longe præſtantiorem.

*XVI. Diplomata & Epistolæ Variæ.*

Hæc Documenta pro majori parte eruiſus ex Inſigni M.S. Codice membranaceo ſed multis Locis attrito ac oblitterato, quem liberaliter nobiſcum communicavit Perilluſtris ac Gratioſus Dominus Franciſcus Antonius L.B. ab Hoheneck Eccleſiæ Metropolitanæ Moguntinæ Canonicus Capitularis & Cathedralis Wormatienſis Domicellaris, idemque Summus Bibliothecæ Moguntinæ Præfectus, a quo plura in Rem Litterariam

Præfatio.

Beneficia exspectare nos jubent obvia Viri Nobilis Humanitas,  
& Benevolentia singularis. Titulorum seriem ex brevi mea ab-  
sentia nonnihil immutatam, hic correctius accipe:

- I. *Ulrici Comitis de Lenzburg Charta pro nova Ordinatione Ecclesie Beronensis.*
- II. *Charta Foundationis Cœnobii S. Stephani Herbipoli.*
- III. *Præceptum Henrici IV. Regis quo Ruperto cuidam Fideli suo Prædium Morstat Largitur.*
- IV. *Ejusdem Henrici IV. Regis Præceptum pro Confirmatione Rerum, quas Bodo Vir Illustris Thariffensi Cœnobio tradidit.*
- V. *Charta Emehardi Herbipolensis Episcopi qua Cœnobio S. Stephani quædam Prædia confert, eique Xenodochii à se erecti curam committit.*
- VI. *Epistola Monachorum Cluniacensium ad Alphonsum VI. Regem Leonis & Castellæ.*
- VII. *Altera eorundem Epistola ad Tharassiam Alphonsi Regis Filiam.*
- VIII. *Henrici IV. Regis Præceptum, quo Thariffensi Cœnobio Telonii mercatus & Monetæ cudendæ Jura concedit.*
- IX. *Charta Foundationis Celle S. Martini ad Werram.*
- X. *Charta Foundationis & Consecrationis Ecclesie in Dittenborn.*
- XI. *Brunonis Abbatis Hirsaugiensis Constitutio circa Homines Censuales.*
- XII. *Diploma Henrici Archi-Episcopi Moguntini, quo Bona & Possessiones Monasterii S. Petri Erfordie sub Protectione sua Recipit.*
- XIII. *Ejusdem Henrici Archi-Episcopi Charta pro eodem Monasterio.*
- XIV. *Ejusdem Charta tertia.*
- XV. *Ejusdem Charta quarta in Gratiam prædicti Cœnobii.*
- XVI. *Charta Exemptionis à Jure Advocati concessa ex Autoritate Gebehardi Episcopi Herbipolensis.*
- XVII. *Præceptum Henrici VI. Regis super Investitura Præpositi Beronensis.*
- XVIII. *Gardulphi Episcopi Halberstatensis Notitia pro Donatione Dedonis Viri Nobilis.*
- XIX. *Bulla Innocentii III. Pape qua Capitulo Hildesheimensi præcipit ut Relicto Conrado Ex-Episcopo, Heriberto in ejus Locum successore firmiter adhaereat.*
- XX. *Exemplar Litterarum Testimonialium in favorem Cruce-Signatorum.*
- XXI. *Testamentum Ludolfi Canonici ad Terram Sanctam proficiscentis.*
- XXII. *Conventio inter Capitulum Majoris Ecclesie Herbipolensis & Cœnobium S. Stephani.*
- XXIII. *Litteræ Encyclicæ Honorii III. Pape quibus Christiano Orbi Exaltationem suam manifestam facit. Vid. XLII.*  
*Ejusdem Pontificis Mandatum Apostolicum quo Tusculanum Episcopum à Legatione sua revocat.*
- XXIV. *Sigifridi II. Archi-Episcopi Moguntini Epistola Gratulatoria ad Ecclesiam Hildesheimensem.*
- XXV. *Epistola aliquot Germaniæ Præsulum qua Henrico Regi supplicant pro obtentu Regalium in favorem Conradi Electi Hildesheimensis.*
- XXVI. *Henrici Regis ad Fridericum Imp. Epistola super eodem Negotio.*
- XXVII. *Engelberti Archi-Episcopi Colonienensis Hortatoria Epistola ad Ministeriales Ecclesie Hildesheimensis.*
- XXVIII. *Henrici Regis Mandatum in causa præcedenti.*
- XXIX. *Sigifridi II. Moguntini Archi-Episcopi Litteræ ad Conradum Hildesheimensem Episcopum.*
- XXX. *Litteræ Friderici II. Imp. ad Conradum Hildesheimensem Episcopum.*

Præfatio.

- XXXI. *Conradi Hildesheimensis Episcopi Litteræ Commendatitiæ ad Honorium III. Pont. Max. in Gratiam Engelberti Archi - Episcopi Coloniensis.*
- XXXII. *Ejusdem Epistolæ Encyclicæ ad Universum Clerum pro Restauratione Ecclesiæ suæ Cathedralis Hildesheimensis.*
- XXXIII. *Oliværii Cardinalis Epistola pro Cruce - Signatis.*
- XXXIV. *Alberti Orlamundani Comitis Epistola ad Honorium III. Pont. Max.*
- XXXV. *Friderici II. Imp. Præceptum, quo Magistros Civium absque Episcoporum consensu fieri vetat.*
- XXXVI. *Ejusdem Friderici Imp. Encyclicæ ad Universos Germaniæ Principes pro stabilienda pace.*
- XXXVII. *Ejusdem Imperatoris Præceptum in favorem Conradi II. Episcopi Hildesheimensis.*
- XXXVIII. *Conradi II. Episcopi Hildesheimensis Mandatum pro vitandis à se Excommunicatis.*
- XXXIX. *Henrici Regis Apologetica Epistola ad Conradum Hildesheimensem Episcopum.*
- XL. *Litteræ Conradi Hildesh. Episcopi ad Gregorium XI. Pont. Max.*
- XLI. *Henrici Abbatis Charta pro Matrimonio inter Hartungum & Lukardam de Rieden inito.*
- XLII. *Litteræ Encyclicæ Honorii III. ponuntur sub Num. XXIII.*
- XLIII. *Conradi Episcopi Litteræ obligatoriæ.*
- XLIV. *Charta Ejusdem qua Fratribus Minoribus in Urbe sua Domicilium assignat.*
- XLV. *Ejusdem Charta altera qua Derneburgense Asceterium sub protectione sua recipit.*
- XLVI. *Ejusdem Charta tertia qua eidem Derneburgensi Cœnobio quedam donat.*
- XLVII. *Ejusdem Charta quarta qua Ecclesiæ in Alsburg Jus Advocatiæ confert.*
- XLVIII. *Ejusdem Episcopi in Ecclesiam suam Hildesheimensem Liberalitas.*
- XLIX. *Ejusdem Notitia pro Donatione Nobilis Viri Militis de Isenkagen.*
- L. *Relatio Visitationis Asceterii in Heimunge.*
- LI. *Litteræ Bohemiæ Regis quibus adversus Tartaros Auxilium implorat.*
- LII. *Conradi Regis Mandatum pro colligendo Cruce - Signatorum Exercitu adversus Tartaros.*
- LIII. *Epistola Apologetica Henrici I. Episcopi Hildesheimensis super Electione sua.*
- LIV. *Lamentatio Abbatis.*
- LV. *Impostoris cujusdam Epistola ad Fridericum II. Imp.*
- LVI. *Hermanni Herbipolensis Episcopi Approbatio Venditionis cujusdam factæ.*
- LVII. *Charta Venditionis Henrici Comitis.*
- LVIII. *Litteræ Clementis IV. Pont. Max. ad Wernherum Archi - Episcopum Moguntinum quibus Conradinum Siciliæ Regnum affectantem publicè excommunicatum denunciari imperat.*
- LIX. *Litteræ Dissidationis.*
- LX. *Litteræ Emancipationis.*
- LXI. *Charta Comitum de Rabenswalt super appropriatione quorundam Bonorum.*
- LXII. *Honorii IV. Pont. Max. Epistola ad Philippum IV. Franciæ Regem.*
- LXIII. *Querela Subditorum ad eundem Philippum Regem directæ.*
- LXIV. *Manegoldi Herbipolensis Episcopi Notitia pro acquisitione Castri cujusdam cum suis attinentiis Nomine Ecclesiæ suæ.*
- LXV. *Joannis de Gottingen Caminensis Episcopi Epistola ad Joannem I. Regem Bohemiæ de cautela à Venenis.*

\*\*\*

LXVI.

*Præfatio.*

- LXVI. *Caroli IV. Imp. Diploma quo Herbipolensi Clero facultatem concedit Laicos quoscunque coram Judice Ecclesiastico conveniendi.*  
LXVII. *Litteræ commendatitiæ Ruperti Regis ad Innocentium VII. Pont. Max.*

Inter plurima quæ in his Notanda occurrunt Locum aliquem merentur ea, quæ sunt sub Num. I. & II. ubi apertè ac dilucidè satis constat, quantum Ordo Canonicus semper fuerit à Monastico distinctus, & quam inani nitantur Fundamento, qui omnes tum Cathedrales tum Collegiatas Ecclesias contendunt fuisse primitùs Ordinis S. Benedicti; quibus enim, hoc in casu, Imperator Ludovicus Pius in Concilio Aquisgranensi habito ad Annum DCCCXVI. præscripsisset *Regulam* illam *Canonicorum*? Longè profectò diversam ab illa quam Anno sequenti Abbatibus & Monachis observandam tradidit; unde meritò exhibendus est Laur. Frisæus, quando Cathedralis Ecclesiæ Herbipolensis Canonicos Sæculo demùm XIV. *Cucullam* abjecisse fabulatur, quam nunquam, ne mente quidem gestarunt.

Exstat pariter sub Num. XII. insigne documentum pro Monasterio S. Petri Erfordiæ, quod cum Lapsu seu potius Injuria Temporum ad Canonicos Sæculares deflexerat, Ordini Benedictinorum Restitutum est in plena Synodo, illa haud dubiè quam Sigifridus I. Archi-Episcopus Moguntinus ibidem habuit Anno MLXXIV. non igitur audiendi sunt, qui cum Trithemio volunt Willhelmum Abbatem Hirsaugiensem hujus Antiquissimi Cœnobii fuisse Fundatorem, cujus Exordia altiùs repetenda sunt.

Memorabilis est insuper sub Num. XXXIX. Apologetica Henrici Regis, uti & sub Num. LVIII. Excommunicationis in Conradinum æque infelicem Principem Sententia, tum Num. LXII. Honorii IV. Pontificis ad Philippum Franciæ Regem verba sequentia: *attendas, quod Progenitores tui semper erant Viri Christiani, quod etiam quilibet Rex Franciæ speciali nomine CATHOLICUS appellatur.* Hinc patet quænam Sæculo XIII. apud Gallorum Reges, constanter obtinuerit Tituli Prærogativa.

Demùm occurrit Num. LXV. Joannes de Gottingen Ludovici IV. Imperatoris Medicus, prætermisus in Recentiori Syllabo Canonicorum Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ, è quorum Numero erat, tum in Serie Episcoporum Caminensium à P. Wuja *Canonico Irregulari* congesta, ut est apud Clariss. Ludewig. *tom. II. Script. Germ.* non incuriosa sunt, quæ continet ejusdem Epistola, occasione cujus hic alterius cujusdam Inscriptionem producere visum est quæ sic habet: *Honorabili Viro Magistro Nicolao dicto de Roslon Medico quondam Serenissimi Domini Henrici Imperatoris Divæ Memoriae.* Fuerat is Canonicus Eccl. Colleg. in Haugis Herbipoli, obiitque circa An. MCCCXXX. Fuldæ, sepultus in Capella S. Pauli, quam prope *Septa Majoris Ecclesiæ* construxerat ac dotaverat.



I.

NECROLOGIUM ECCLESIAE  
METROPOLITANÆ MOGUNTINÆ.

JANUARIUS.

	Idus Jan.	<i>RUBERTUS</i> Archi-Episcopus.
XVIII.	Kal. Feb.	<i>Ruthardus</i> Presb. & Decanus. <i>Danimo</i> Presbyt.
XVIII.	Kal.	<i>Hazecho</i> Presbyt. & Decanus. <i>Benno</i> Conversus. <i>Rubertus</i> Præpositus.
XV.	Kal.	<i>HATTO</i> Archi-Episcopus.
XIV.	Kal.	<i>DAGABERTUS</i> REX. <i>Guta</i> Cometissa. Panem & Carnem de Memelingen.
XII.	Kal.	<i>Racechinus</i> Presbyt. <i>Adalbirin</i> Laic. V. solid. de Clophem.
XI.	Kal.	<i>Imiza</i> Laica X. solid. de duobus ædificiis.
VIII.	Kal.	<i>Gezman</i> Laicus, & uxor ejus <i>Waldrat.</i> V. solidos. <i>Chuniza</i> Laica de Badahim.
VII.	Kal.	<i>Arnold</i> Laicus V. solid. de Orto uno.
V.	Kal.	<i>Gebo</i> Custos & Diaconus V. solid. de Hibingen.
IV.	Kal.	<i>Rudolfus</i> Comes. VIII. mansos in Docesheim. VI. solidi inde dantur.

FEBRUARIUS.

	Kal. Feb.	<i>RAZO</i> Archi-Præpositus.
III.	Non.	<i>RABANUS</i> Episcopus.
III.	Non.	<i>Arnoldus</i> Diaconus & Custos. <i>Herimannus</i> Diaconus V. solid. de Curte sua.
VIII.	Idus.	<i>Ruthardus</i> Diaconus. Panem & Carnem & Vinum sicut singulis idibus intrancibus, de Brizeheim.
	Idus Feb.	<i>Embricho</i> Puer & Can.
XV.	Kal. Mart.	<i>GISLA</i> IMPERATRIX.
XIII.	Kal.	<i>SIGIFRIDUS</i> Archi-Episcopus. in Larecho I. Libram & Carradam Vini, & Libram I. in Ulmeno.
XIII.	Kal.	<i>Martinus</i> Presbyt.
VIII.	Kal.	<i>Waltherus</i> Præpositus.

## Necrologium Ecclesie

- VII. Kal. *WILLIGISUS* Archi-Episc. X. solidos de Camera Fratrum.  
 V. Kal. *Egilolfus* Præpositus & Diaconus.  
 IV. Kal. *Sigeboto* Comes V. solidos Darmundestat  
*Rudingus* Diacon. V. solid. in Willere.

## M A R T I U S.

- Kalend. *WILLEHELMUS* Archi-Episcopus.  
 II. Non. *Adalbertus* Wormaciens. Eccles. Canonicus.  
 VIII. Id. Mart. *Wacelinus* Præpositus.  
*Bezecha* Laica. VIII. Uncias.  
*Guta* X. solidos Sterlebach.  
 VII. Id. Mart. *Macelinus* Wirceburgensis Episcopus.  
*Richlint* VIII. mansos Stercelesheim.  
 VI. Idus. *Humbertus* Archi-Presbyter. V. solidos Ibingunt.  
 V. Idus. *Humbertus* Diaconus & Præpositus.  
*Bezelinus* Decanus V. solid. in Ciluvesheim.  
 XVI. Kal. Ap. *Turimbustus* Magister & Præpositus.  
*Bizecha* Laica V. solid.  
 XIII. Kal. Ap. *Gebeno* Comes. solidos Wanesheim.  
 XII. Kal. *Sigeboto* Monachus S. Albani.  
 VIII. Kal. *Odas* Presbyt. & Decanus. V. solid. in Lorecho.  
*Rutardus* Presbyt. *Ebnandus* Magister.

## A P R I L I S.

- VIII. Id. Ap. Domnus *ARIBO* Episcopus, XXX. solid. de Camera Fratrum.  
 Id. ib. Ap. *Berouardus* Diaconus & Præpositus. II. Carradas Vini in monte  
 Zedal, quod est juxta Bingam.  
 XVIII. Kal. Maj. *Cunradus* Episcopus. \*  
 XI. Kal. *OCKARIUS* Archi-Episcopus.  
*Gunzelinus* Presbyt. & Præpositus.  
 IX. Kal. *Regizo* Presbyt. & Præpositus.  
 VI. Kal. *Richolfus* Monach. S. Albani.

## M A J U S.

- VI. Non. Maj. *RUTARDUS* Archi-Episcopus. \*  
*Recebinus*, & Uxor ejus. \*  
 VIII. Idus. *Embricho* Diaconus & Cantor. Panem & Carnem & Vinum.  
*Ludevovicus* Comes.  
 VII. Idus. *Burchardus* Præpositus & Diaconus.  
 XIII. Kal. Jun. *Rubertus* maritus *Richlinda*. Panis & Caro & Vinum de Ster-  
 celeheim.

## J U N I U S.

- III. Non. *Bubo* Præpositus.  
 II. Non. *KUNRADUS* & *KAROLUS* IMPERATORES.  
 Non. *KAROLUS* Archi-Episcopus.

VII.	Idus.	<i>Brusinc</i> Comes X. solid. Gumondesheim.
V.	Idus.	<i>Adelgoz</i> Archi-Episcopus. *
III.	Idus.	Domnus <i>BARDO</i> Episcopus. V. solidos & Refect. Bischoesheim.
XVII.	Kal. Jul.	<i>Regela</i> Laica. V. solid. de Curte una juxta sanctum Mauritium.
XV.	Kal.	<i>Dacmarus</i> Comes. III. Talenta & X. solidos Mimilingin, & Panem & Carnem.
XIII.	Kal.	<i>Thietmarus</i> Episcopus.
XIII.	Kal.	<i>Wibertus</i> Felicis memorie III. Libras, Munzecho.
XII.	Kal.	<i>Meginhard</i> Episcopus Wirciburgensis.
XI.	Kal.	<i>Drocmarus</i> Decanus.
		<i>Ozelinus</i> Laicus de Logenestain. III. Carradas Vini.
X.	Kal.	<i>Sigefridus</i> Comes. pro cuius anima dati sunt Fratibus S. Martini III. Mansi & VIII. Mancipia & Vinea una in Afgeberc.
		<i>Heremannus</i> Episcopus X. solid. Scornesheim.
IX.	Kal.	<i>Embricho</i> Presb. & Præpositus. *
VI.	Kal.	<i>Thietmarus</i> Episcopus.
III.	Kal.	Sanctus <i>SUNDEROLDUS</i> Archi-Episcopus & Martir.

## JULIUS.

III.	Non.	<i>Ekkartus</i> Miles. II. Mansos dedit.
III.	Idus.	<i>HEINRICUS</i> IMPERATOR.
		<i>Joannes</i> Osenburiensis Episcopus. *
III.	Idus. Jul.	<i>Ruobbertus</i> Præpositus & <i>Adalbero</i> Primicerius & <i>Vdo</i> Episcopus.
VI.	Kal.	<i>Benno</i> Episcopus Osenburgensis.
III.	Kal.	<i>Embricho</i> Episcopus. Libram I. Suuaberode.

## AUGUSTUS.

VIII.	Idus.	<i>WECALO</i> Archi-Episcopus Moguntinus. III. Libras.
		<i>Wecelo</i> & <i>Gebhardus</i> Abbates.
V.	Idus.	<i>RICHOLFUS</i> Archi-Episcopus.
III.	Idus.	<i>Cunradus</i> Dux.
		<i>Salemannus</i> Acolytus X. solidos de Vinea juxta S. Margaretam.
XVII.	Kal. Sept.	<i>Hacechinus</i> Diaconus & Præpositus Panis Caro & mensura Vini; tantundem singulis Kalendis intrantibus, Scornesheim.
XVI.	Kal.	<i>ERCHINBOLDUS</i> Archi-Episcopus.
XIII.	Kal.	<i>Embricho</i> Conversus & Monachus S. Albani. *
XII.	Kal.	<i>Ebo</i> Præpositus & Diaconus.
V.	Kal.	<i>Rubertus</i> Episcopus.
III.	Kal.	<i>Rudelo</i> Præpositus.

## SEPTEMBER.

VII.	Idus.	<i>Humbertus</i> Episcopus.
VI.	Idus.	<i>Drubertus</i> Presbyt. & Præpositus. IIII. Uncias de Curte sua.
III.	Idus.	<i>Hazecha</i> Laica Panis & Vinum & Caro & Lib. I. Denar. in Souvilenheim.

## Necrologium Ecclesiæ

- XVIII. Kal. Oâ. *Rutardus* Laicus, Uxor ejus *Birina* & Pater ejus *Gotebolt*  
& Mater ejus *Regila* pro quorum memoria dantur Fratibus Un-  
cia III. Clopheim.
- XIIII. Kal. Oâ. *Thiemo* Præpositus.
- XII. Kal. *Hermannus* Comes Palatinus. IIII. Lib. Stedin.
- XI. Kal. *Regezo* Diaconus & Præpositus S. MARIE. \*
- VIIII. Kal. *Ebbo* Presbyt. & Decanus.
- VI. Kal. *Ebernandus* piæ memoriæ dignus.
- IIII. Kal. *Gunzuvinus* Præpositus S. MARIE & Magister scolaram  
S. Martini.

## OCTOBER.

- V. Non. *Heriman* & *Huogozo* Presbyteri & Præpositi.
- III. Non. *HEINRICUS* IMP.
- II. Non. *Godeboldus* Diacon. & Præpositus S. Martini.  
*Wigo* Presbyt. & Præpositus S. MARIE.
- VII. Idus. *Humbertus* Abbas. V. solid. de Ibingun.
- V. Idus. *Ruthardus* Præpositus bonæ memoriæ, de Binga V. solid.
- XV. Kal. *Hugizo* Præpositus.
- V. Kal. *Johannes* Spirensis Episcopus.

## NOVEMBER.

- II. Non. *Otto* Dux. Panis & Caro. Affebach  
*Ello* Miles. V. Unciæ Hedenendale.
- IV. Idus. *Wolcholdus* Decanus & Præpositus.
- II. Idus. *Hezelinus* Præpositus.
- XV. Kal. Dec. *Wicel* Præpositus.
- VII. Kal. *Chunradus* Diacon. & Præpositus \*
- III. Kal. *Rogingus* Abbas Fuldenfis. V. solidos Bomereshlein.

## DECEMBER.


- II. Non. *Anno* Archi - Episcopus.
- VIII. Idus. *Robertus* Diacon. & Decanus.
- VII. Idus. *LUBOLDUS* Archi - Episcopus. II. Libras Godeloc & vineas  
Dinenheim.
- IIII. Idus. *Gozmarus* Episcopus.  
*Bezelo* Præpositus & Diaconus. XI. Libras Gisenheim.
- II. Idus. *Udo* Comes. X. Uncias de Nache III. Daleheim.
- XVIII. Kal. Jan. *AGNES* IMPERATR. Refect. Vualehestat.
- XVII. Kal. *Gotescalc.* Comes.
- XII. Kal. *Lanzo* Presbyt. & Præpositus \*
- XI. Kal. *Arnolt* Presbyt. & Præpositus. \*  
*Marianus* Inclusus. \*
- VIIII. Kal. *Godefridus* Dux. V. solid. Udenhagin.
- VIII. Kal. *Megingoz* Archi - Episcopus.

Sequitur Renovatio mutua Societatis Suffragiorum.

Venerabili

Venerabili & dilectissimo Viro *A.* (a) Sanctae Moguntinae Ecclesiae Praeposito, ceterisque dilectissimis Confratribus nostris ejusdem Ecclesiae Canonicis *F. P. D.* . . . Fratrum servus indignus; Sanctorum DEI societatem promereri. Noveritis, Fratres charissimi, venerabilem Confratrem vestrum, ac nostrum, Dominum *R.* (b) Ecclesiae vestrae Cantorem, à Clementissimo Domino Augusto, ad partes nostras nuper transmissum, ad Nos usque feliciter pervenisse, & ex parte vestra salutationem jocundissimam Nobis reverenter obtulisse; quae res fateor, animum nostrum plurimum lætificavit, & in vestri dilectionem satis quidem excitavit; quapropter, sicut per illum postulastis, pristini Foederis Amicitiam inter venerabilis memoriae Patrem, & Praedecessorem nostrum, & vos habitam renovare, ac confirmare cupientes, quicquid ipse vobis concessit, Nos ex parte DEI, & sanctae *MARIE*, Beatorumque Apostolorum Petri & Pauli, Vobis concedimus; constituentes Vos participes & collegas Beneficiorum nostrorum, & nostrae Congregationis & id ipsum à vobis in charitate poscimus: Praeterea ut vestrae charitatis puritatem plenius agnoscamus precamur, ut Crucem, quam bonae memoriae Dominus *E.* (c.) vestrae olim Praepositi Ecclesiae, ex nimia dilectione, quam erga nos habebat, nobis de Elemosina sua destinavit. per fidelem nostrum, presentem Latorem nobis transmittere curetis, cujus Depositionis diem in cartula annotatum, pariter nobis transmitti volumus, pro tanto Beneficio congruam Animae defuncti Fratris mercedem cupientes restituere.

(a) *Anselmus.* (b) *Richardus.* (c) *Embrico II.*



## II.

ANONYMI SERIES ABBATUM  
MONASTERII WEISSENBURGENSIS.

- I. *Principius.* Sub quo fundatum est Monasterium Weissenburgense à Dagoberto Rege Francorum Anno Reparatae salutis DCXXIII. tempore Heraclii Imperatoris Rexit quoque tanquam tertius Episcopus in ordine, Spirensis Ecclesiam Annis XIX. obiit Anno DCLXXIII.
- II. *Cherdonius.*
- III. *Ratfridus,* cui Dagobertus Rex Thermas Badenses cum Marca adjacente donavit, exstant adhuc literae donationis talis tenoris.
- „ *DAGOBERTUS* Rex Francorum, Viris illustribus, Ducibus, Comitibus Domesticis vel omnibus gentibus tam praesentibus quam futuris: „ illud ad stabilitatem Regni vel remedium animae nostrae perdurandam „ credimus, si petitionibus Sacerdotum, in quo auribus nostris parefecerunt, „ ad effectum perducimus, ideò cognoscat magnitudo seu nobilitas vestra, „ quia nos ad suggestionem Viri Venerabilis *Rodfredi* Abbatis de Monasterio *Wissenburgo*, Balneas illas trans Renum in Pago Auciacensi sitas „ *Antoninus* & *Hadrianus* quondam Imperatores suo opere aedificaverunt ad „ quas Monasterium, quod dicitur *Wissenburg*, & est constructum in honorem Sancti Petri in pago Spirensi visi fuimus, concessisse cum omnibus etiam cum ipsa marca ad ipsas Balneas pertinente, quae venit de ambobus Lateribus usque ad fluvium Murga & de uno fronte ad partem „ occidentalem Rasta una, & de alio fronte ad partem orientalem Leucas „ VI. quod homines loci illius dicunt Rastas III. propterea hoc praecipuum „ Cessionis fieri iussimus, ut ab hoc die memoratus *Rodfredus* Abbas vel „ Patres ipsius Monasterii *Wissenburgensis* sui que Sacerdotes vel Monachi „ ibidem commorantes de superscriptis Balneis, quas dicunt aquas calidas „ vel marca ad ipsas balneas pertinente, faciant quod maluerint, hoc est

„habendi, tenendi, suisque Successoribus reliquendi, firmissimam habeant  
 „in omnibus potestatem & ut hæc præsens auctoritas firmiter sit, manu  
 „nostra vel anulo nostro subter eam decrevimus roborari data sub die XI.  
 „Augusti. Anno II. Regni nostri.

## DAGOBERTUS REX.

- III. *Erwaldus.*  
 V. *Iustulphus*, qui obiit Anno DCCXXV.  
 VI. *Astramus.*  
 VII. *Gerbertus.*  
 VIII. *Ermbertus* factus postmodum Episcopus Wormatiensis.  
 VIII. *Dragebodo* vel *Drageboldus*, qui postea electus Episcopus Spirensis.  
 X. *Charialdus* aliàs *Charwaldus.*  
 XI. *Bernhardus* apud alios *Bernvvarius*, qui quoque Episcopus Wormatiensis.  
 XII. *Davidus*, qui ex Abbate Wissemburgensi factus septimus in ordine Episcopus Spirensis, Vir integerrimi ingenii piè & honestè per annos VIII. præfuit.  
 XIII. *Wielandus.*  
 XIII. *Odoerus* seu *Odogarius* Abbas Weissenburgensis, deinde Episcopus Moguntinus.  
 XV. *Grimaldus*, qui denuò impetravit Thermas Badenses sub Rege Ludovico, cujus exstant hæc literæ:  
 „In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis *LUDOVICUS* Divina favente  
 „gratia Rex. Si erga Loca Divino cultui mancipata Regiæ potestatis no-  
 „stræ benignitatem ac munificentiam exhibuerimus, non solum ad præsen-  
 „tis vitæ prosperitatem, sed etiam ad æternæ vitæ præmia capessenda id  
 „nobis profuturum liquido credimus; quapropter notum esse volumus om-  
 „nibus Sanctæ Ecclesiæ Fidelibus præsentibus & futuris, qualiter quidam  
 „Venerabilis Abbas, Fidelis noster *Grimaldus* veniens in præsentiam nostram  
 „protulit nobis quandam Traditionem factam ab Antecessore nostro Da-  
 „goberto, pro calidis aquis, quæ dicuntur Balnei in pago, nuncupato  
 „Usgavve, quos prædictus Antecessor cum omnibus appenditiis ad ipsum  
 „locum jure & legitimè pertinentibus ad Monasterium Weissenburg, quod  
 „est constructum in honorem Sancti Petri contradidit præsentem Rodfre-  
 „do ejusdem loci Abbate, quæ postea in Beneficium quorundam Vassallo-  
 „rum nostrorum versa est, & per multa annorum curricula ita in benefi-  
 „cii stetit, rogavit itaque præfatus fidelis noster ut ob memoriam An-  
 „tecessorum nostrorum ac mercedis nostræ augmentum præfatum Tradi-  
 „tionem redintegraremus, ac per præceptum nostrum ad præfatum locum  
 „confirmaremus quod cum omni benignitate officium pro DEI amore ac  
 „pastoris Ecclesiæ videlicet Sancti Petri Principis Apostolorum fieri decre-  
 „vimus: præcepimus igitur inde fieri hoc nostra auctoritate præceptum,  
 „per quod decernimus atque jubemus, ut ipsa traditio ab Antecessore no-  
 „stro facta pro ipso loco ad Balneas dicto, ac pro omnibus ad ipsum locum  
 „jure ac legitimè pertinentibus deinceps omni tempore firma ac stabilis  
 „permaneat, nec aliò vertatur sine voluntate Præpositi ejusdem loci ac con-  
 „sensu Fratrum in eodem loco Domino famulantium, quatenus eos pro  
 „nobis ac pro Regni nostri stabilitate ac pro nostrorum omnium salute mi-  
 „sericordiam Domini melius exorare delectet, & ut hæc nostræ assensio-  
 „nis auctoritas melius credatur & diligentius observetur manu propria no-  
 „stra subter eam firmavimus, ac anuli nostri impressione assignari iussimus.  
 Signum Domini *HLUDOVVICI* Serenissimi Regis  
*Wvarius* Cancellarius ad vicem *Caroli* Archi-Episcopi Recognovi.

Data

Data XV. Kal. Junii Anno Regni Domini *HLUDOVVICI* Regis XXIII.  
Actum *Franconofurs* Palatio Regio feliciter Amen.  
Invenitur de dicto Abbate in antiquo Libro. Idibus Junii obiit *Grimaldus*  
Abbas, qui Ecclesiasticæ utilitati studiosius intendens Monasterium Sancti  
Petri, post incendium majore ædificio restauravit.

XVI. *Vocoldus*. Sub quo vixit *Osfrius* Monachus Weissenburgensis, qui  
multa scripsit.

XVII. *Gerhochus* seu *Gerrichus*.

XVIII. *Vultrinus* seu *Vultruricus* quibusdam *VValtwicus* Episcopus Van-  
gionum.

XIX. *Mimoldus* seu *Mainholdus*.

XX. *Adelhardus*. alias dictus *Geylo*.

XXI. *Gerrichus*. Anno DCCCCLX. cui successit

XXII. *Ercambius*, quem & *Erkambertum* fuisse dictum verisimile est, in-  
venitur in Ecclesia Weissenburgensi in Lectorio seu Ambone Chorum versus  
spectante, tale Ercamberti Epitaphium :

*Hic ERCAMBERTUS situs est Abbas venerandus*

*Moribus eximius - - -*

*Nobilitans clarè commissum Pastor ovile.*

*Famine que docuit - - - haud minuit.*

*Idibus hic quinis Februarii decesserat imis*

*Dans animam CHRISTO, membræque mausoleo.*

*Natus Solio præmia stelligero.*

*Pro Requie cuius modo, Lector, funde precatu.*

*Amarius* seu *Amalricus* Monachus Weissenburgensis, generosa Comitum  
stirpe protectus, Episcopus XVI. Spirensis designatur, omnes sui temporis  
Magistros Litterarum scientia, Eruditione & Doctrina antecellens, Libros  
plurimos composuit, qui in hunc diem apud Spirensium sumptuosissimam  
Bibliothecam reservantur. Claudit diem extremum Anno CHRISTI  
DCCCCXIII. sedit annos II. menses III.

XXII. *Adalbertus* Monachus Trevirensis apud sanctum Maximinum, ex quo  
Monasterio propter singularem quam habebat pietatem, ab Ottone Ma-  
gno Imperatore vocatus, ut Ruthenis viam veritatis prædicaret, illosque  
ad fidem veram Christianorum adduceret Anno DCCCCLX. sed cum vix  
manus illorum evasisset, à prædicto Imperatore, Monasterio Weissenbur-  
gensi Abbas præficitur Anno DCCCCLXVI. cui cum per annos II. fideli-  
ter & summa fide præfuisset, ab Ottone supra nominato ad Archi-Epi-  
scopatum Magdeburgensem ( quem ipse Otto fundavit ) vocatur Anno  
DCCCCLXVIII. in quo vixit annis XII. & multos Vandalorum Populos  
ad fidem Christianam convertit, obiit autem XII. Kal. Julii Anno  
DCCCCLXXXI.

Extant litteræ, quibus *OTTO* Imperator mandat quatenus omnes  
Servi, Liberi, Coloni, Censuales, Fiscales vel qui Monachis serviunt aut in  
beneficium dati sunt sive habitent in Abbatia, id est in Marchia, aut aliás  
ubicunque, ut non possint cogi ad muniendum Castellum vel Civitatem,  
nisi tantummodo Monasterium & hoc secundum nutum Abbatis. Data  
sunt X. Kal. Junii Anno DCCCCLXV.

Extant & aliæ ejusdem Imperatoris, quibus confirmat foundationem  
Dagoberti Regis, nec non Donationes Pipini, Ludovici Imperatoris & alio-  
rum suorum Prædecessorum specificando fines Marchiæ, item Abbati &  
Fratribus concessit, quicquid Homines sui conquerere in ipsa Marcha pos-  
sint. Data sunt VIII. Kal. Novemb. Anno DCCCCLXVII.

- XXIII. *Sanderadus*, sub ipso quidam Dux *Otto* Monasterium Weissenburgense penitus incendio delevit Anno DCCCCLXXXV. sed qualis Dux fuerit, inveniri non potest.
- OTTO* IMP. confirmat Privilegia hujus Ecclesie juxta dignitatem Monasterii Fuldenfis, Augiensis & Prumiensis, per litteras, quae exstant. Datæ V. Kal. Julii Anno DCCCCLXXXIX.
- XXV. *Gisellarius* in Abbatiam intrusus Anno DCCCCLXXXV. fideliter eandem Regebat, & Monasterium deflagratum prudenter tanquam alter Fundator restauravit. Obiit XVI. Kal. Novemb. Anno DCCCCLXXXIX. sub ipso *Rupertus* ex Monacho Weissenburgensi, Clarissimo Patre natus, fit Episcopus Spirensis XXIII. Obiit III. Novemb. Anno MV.
- XXVI. *Gerichus* in Abbatem electus Anno DCCCCLXXXIX. cui Officio cum per XII. Annos praefuisset, eisdem à quibus acceperat voluntariè resignavit. Obiit II. Non. Julii.
- XXVII. *Sigibodo* Consensu *Gerrichii* & Conventus, Abbas designatus, unico tantum Anno praefuit. Obiit Anno MII.
- XXVIII. *Liuthardus* secutus *Sigibodonem* XXX. Annis Regnavit, qui Ecclesiam S. Stephani in Weissenburg fundavit, quam impius furor Rusticorum circa Weissenburg, & ipsi seditiosi Cives Weissenburgenses, Egregii Coadjutores, funditus in nihilum redegerunt. Anno M. D. XXV. Sub praefato Abbate denuo in favillas est redactum Anno MIIII. Obiit autem Kal. Novemb. Anno MXXXII.
- XXIX. *Folmarus* per XII. Annos Abbatiae & Monasterio praefuit. Obiit Anno MXLIII. II. Id. Maj.

Isti Codices inventi sunt in Armario Sancti Petri, sub *Folmaro* Abbate

*Missales cum Epistolis & Gradualibus & Evang.* VIII.

*Missales specialiter cum Orationibus, Pl. & seprimus cum Gradualibus & Sequentiali & Baptif. & Commendatione anima, qui fuit Adalhardi,*

*Plenaria V.*

*Evangelia Ordinaria V.*

*Evangelia cum Epistolis III.*

*Epistolares, cum Eburno & Argento ornati II. Alii III.*

*Sequentiales XI.*

*Capitulares III.*

*Baptisteria VI.*

*Imnarii cum eburneis Tabulis V.*

*Psalteria, intus servata X. in Ecclesia III. Catenata III. Vetusissima ad Scholam.*

*Tria Volumina Cassiodori in Psalt.*

*Hieronimus in Psalt.*

*Augustinus in Psalt.*

*Psalt. teutonice in III. voluminibus.*

*Libri III. in Psalt. sine Nomine.*

*Opus Bedae de Natura Rerum lib. I.*

*Super VII. Epistolas Canon. lib. I.*

*In Quaestiones Regum.*

*In Actus Apostolorum & Apocalipsin.*

*Super Parabolas Salomonis & Ecclesiasten & cantica canticorum.*

*In Computum.*

*De Temporibus.*

*Gesta Anglorum.*

*Libri II. super Epistolas Pauli, sine Nomine.*

*Opus Augustini III. volum. de Civitate DEI.*

*III. volum. super Joannem.*

*De qualitate anima.*

*De Baptismo.*

- De Fide & Operibus.*  
*Super Epistolas Pauli ad Galatas.*  
*Libri Sermonum 11.*  
*De Concordia Evangelistarum Lib. 11.*  
*Opus Gregorii 111. volum. Moral.*  
*Dialogi 1111.*  
*Super Hezechielem 1111. volumina.*  
*Pastoralis Cura Libri 1111.*  
*XL. Homelia.*  
*Opus Rabani super Genesim volum. 11.*  
*In Regum volum. 11.*  
*Super Paralipomenon 11.*  
*In Ecclesiasticum.*  
*In Judicum.*  
*In Judith & in Esther.*  
*In Computum.*  
*Ambrosius de Fide.*  
*Eusebii in Leviticum.*  
*Isidorus de Officiis. Item Isidorus: quid sit Summus & incommutabilis DEUS.*

Hi defunt.

- Sigihart habet Regulam Feminarum praesitam ad Monasterium Andelsh.*  
*Lantfrid Antiphonarium 1. Psalterium 1.*  
*Wolbrant Antiph. 1. Gradual. 1. Psalt. 1. Libell. 1.*  
*Reginbert, Psalt. 1.*  
*Ercanbertus, Missal. & Lectionar. 1. ad Monasterium Clingon.*  
*Anno, habet de vita Pontificum Romanorum.*  
*Hilduin, Presb. habet Lib. Comitum*  
*Ludolfus Presb. Antiphon. 1.*  
*Vidua Gerolti Psalt. 1.*  
*Stevan Presb. Lectionar.*  
*Domna Ludgardis Psalter. 1.*  
*Emicho Presb. Lib. 1. Rabani ac Martirolog.*

XXX.

*Arnolphus* tricesimus septimus Episcopus Spirensis, & Abbas Monasteriorum Corvey in Saxonia, Lorch, & Limpurg, deinde ex singulari Gratia Imperatoris Henrici III. in Abbatem Weissenburgensem electus, annis XII. praefuit, qui quoque Episcopus Spirensis per Annos triginta resedit & hic est Thesaurus Ecclesiae Spirensis, quem Abbas Arnolphus ibi invenit

- Scrinium eburneum & in eo nuxca aurea V. Armilla 11.*  
*Anulus Episcopalis.*  
*Capsula Cristallina cum Reliquiis, auro & catenulis aureis ornata.*  
*Gemma aliquot & fragmina aurea & argentea.*  
*Aliud quoque scrinium aureum magnum, tertium argenteum inauratum Graci Operis.*  
*Capsa argentea rotunda Electro & Margaritis fabrefacta.*  
*Urceoli 111. unus eorum Electro fabrefactus, alter eburneus, tertius argenteus deauratus.*  
*Flasca una argentea deaurata.*  
*Cuppa una argentea deaurata.*  
*Acetabulum 1. argenteum cum duabus ansis.*  
*Cerostatium argenteum ad Lectiones matutinales.*  
*Scutella argentea inaurata.*  
*Calices 11. aurei cum patenis, magnus quidem unus, alter minor.*  
*Calix cum Patena de Onichino.*  
*Calices 1111. argentei, duo eorum cum patenis, duo sine patenis.*  
*Patena argentea magna, sine calice.*  
*Vasa cristallina 1111.*

*Textus Evangeliorum* III. auro & gemmis fabrefacti, quorum unus major ceteris.  
*Textus Evangelior.* IIII. Veteris Theauri.  
*Missales Libri* III.  
*Lib. Evang. cum Lectionibus* I.  
*Lectionarius* I.  
*Baptisterialis* I.  
*Benedictionalis* I.  
*Tabula* V.  
*Casucula* VIII. quarum una tota auro texta, cetera auro texto ornata, exceptis IIII.  
*Dalmatica* VII.  
*Subtilia* VI. duo eorum auro texto ornata.  
*Alba una*, auro texto optimè ornata, alia sine  
*Humeralia cum auro texto* VII.  
*Ornamenta sella Episcopalis* II.  
*Pulvinaria* II. unum auro textum, alterum cum auro & Braeteolis aureis.  
*Pallia* III. ad ornandum Altare, duo eorum auro texta, tertium auro adornatum.  
*Stole* III. auro texta cum Mappulis.  
*Mappa* II. ex pallio, quarum una auro texta.  
*Baltes duo auro texti.*  
*Cingula* III. auro texto parata & I. sine auro.  
*Panni* IIII. serici & I sero textus  
*Trabea Regalis* I.  
*Cappa* XII. quarum VIII. auro texto ornata, cetera sine auro.  
*Corporalia* IIII.  
*Tegumentum Calicis auro texto paratum.*  
*Cyrotbeca Episcopales.*  
*Rationale, auro & gemmis ornatum.*  
*Brachium sancti Cyrilli, auro & gemmis fabrefactum.*  
*Clepsydra argentea* I.  
*Cruces* IIII. cum Hastilibus suis, tres earum Aurea, gemmis ornata, quarta Argentea.  
*Ventilabrum deauratum cum Hastili suo.*  
*Candelabra cristallina* II.  
*Dorsalia* XV.  
*Pallia* XVI.  
*Tapeta & Bancalia* XVI.  
*Cornu eburneum. Pixis eburnea. Alea cristallina, & pars dentis piscis.*

Obiit Arnolphus VI. Non. mensis Octobris, sepultus est Spiræ, in Ecclesia Sancti Guidonis, in latere dextro Chori, ante Summum Altare, ubi Sarchophagum tale habet Epiraphium.

*Plenus virtutum jacet hic, & plenus Honorum*  
*ARNULPHUS Præsul, qui fuit Abba simul.*  
*Spiram, Corbejam, Weissenburg atque Lorissam*  
*Et Limpurg una, Rexerat ille Loca*  
*Moribus & verbis tam dignè præfuit illis*  
*Ut vis ingenii, par foret huic Oneri.*  
*Sexta Luce liber, quod erat prius, exiit esse:*  
*Ens, cui non meta, sit sibi, quisque pete.*

XXXI. *Samuel* de Genere Ducum Saxonie, Abbas electus post Episcopum Arnoldum; sedit annis XLII. ædificavit Ecclesiam Sancti Pantaleonis, vulgò quatuor Turrium *Zu den vier Turnen*, Item Sancti Germani, & Sancti Pauli extra Oppidum Weissenburgense, Nobiles Præpositorum Residentie tunc temporis fuere, quæ Bellis subsequētib; præsertim Rusticano, devastatae sunt: Coronam quoque magnam ex argento deauratam Abbas prædictus perfecit,

fecit, quæ etiamnum hodie in Ecclesia dependet; in ejusdem Circumferentia, quæ habet pedes LXXV. leguntur Versus sequentes:

*Bis senis Gemmis, Urbs conditur illa Perennis  
 Perspicue Pacis, quæ Lux est clara Beatis:  
 Omnes nam muri, constant Lapidés pretiosi  
 Turribus insertis duodeno nomine scriptis,  
 Quorum sunt Porta, subeundum semper aperta,  
 Per quas ingreditur agnus, qui CHRISTUS habetur  
 Virgineus Cœtus sequitur, qui carne letus  
 Terris seu Cœlo, poterit tam psallere nemo,  
 Ante Thronum gaudent quoniam sine crimine fulgent  
 Præstenduntque suas, semper, Tibi CHRISTE, coronas  
 Cum quibus in Cœlis numeretur & hic SAMUELIS,  
 Ut sua sit merces, PETRUM rogitat modo perpes,  
 Cuncta patent CHRISTO, nil restat cordi sine ipso;  
 Omne quidem votum dum fiat adest \* sine notum, \* fortè sibi  
 Cui loquitur cunctas Res, quas gerit ipsa voluntas  
 Secretum nullum fecerunt longius ullum,  
 His DEUS in Cœlis instruxit Cor SAMUELIS,  
 Ut faceret notum, cunctis laudabile votum  
 Quod fore sincerum probat Efficacia Rerum:  
 Namque sub octavo sacrosancti Ordinis Anno  
 Artem per meram, dedit hanc splendescere spheram,  
 Non tam præsumptus, quam toto Pectore promptus,  
 Mensa quidem larga fuerat, sed Copia parva  
 Quam DEUS intendat sua Gratia pia rependat.*

XXXII. *Stephanus* Obiit XV. Kal. Aprilis, quo autem Anno nescitur, sicut & de sequentibus.

XXXIII. *Menigandus* Obiit V. Kal. Decembris.

XXXIII. *Vdalricus* Obiit X. Kal. Maj. Sub ipso facta est sequens Donatio.

„Notum sit Fidelibus tam futuris, quàm præsentibus qualiter Vir quidam  
 „nomine *Stephanus*, suam propriam Mulierem Sancto Petro ad locum, qui  
 „*Wizzenburg* dicitur, tradidit, ut illa, & omnes ejus, si qua fieret Posteri-  
 „tas, in Festo Beatorum Sergii & Bachi annuatim persolveret de Cera duas  
 „Numinatas, ea videlicet ratione, ut Jus optimum Hominum Sancti Petri  
 „teneat, nec plus ullus Exactor quam prædictum Censum, sive in aliquo  
 „Placito, sive quod dicunt, capitale Jus, deposcat; quod si quis perversus  
 „hoc ei decretum suisque sequacibus infringere temptaverit, Kartæ præsen-  
 „tis Testimonio, Cœli Janitorem, quem elegit Defensorem, timendo resi-  
 „piscat, actum est Anno MCXVIII. Indictione X. Rege *Heinrico* Impe-  
 „rante, Venerabili Abbate *Vdalrico* eidem loco præfidente. *Eggberto* Ad-  
 „vocato, *Rathero* Exactore, cum Testibus subscriptis *Vdalric*. *Billunc*. *Wal-*  
 „*tero*, *Wolfram*, *Ebbo*, *Rudeyer*, *Heisso*, *Bernart*, ceterisque quàm  
 „plurimis.

XXXV. *Werintherus* obiit X. Kal. Maj.

XXXVI. *Ernestus* obiit II. Non. Julii.

XXXVII. *Benedictus* obiit XII. Kal. Septemb. sedit Annis X.

- XXXVIII. *Engisalvus*, quibusdam *Engiscalcus* Præfuit Abbatiz Annis XXIII. Obiit autem V. Idus Septemb.
- XXXIX. *Gundelacus* Præfuit Annis XX. Obiit Idibus Martii. Inveniuntur Litteræ ipsius sigillo munitæ de dato MCLXXXII.
- XL. *Godefredus* Præfuit Monasterio Annis VIII.
- XLI. *Waldramus* seu *Wolframus* Præfuit Annis XXVII. Temporibus Conradi à Scharpfeneck Episcopi Spirensis.
- XLII. *Cuno* sequutus Walramum, Monasterio Præfuit Annis XXVI. Obiit II. Kal. Septemb Anno MCCXLVIII. sepultus in Ambitu Ecclesiæ cum sequenti Epitaphio:

*Arca Pudoris, Gemma Decoris, Lampas Honoris  
Compar Cœlicolis meritis, & absque Dolis  
Spes miserorum, Cella Nudorum, Lux Populorum  
CUNO fovens Inopes, sumptibus auxit Opus.  
Tantum Pastorem tegis hic, Lapis aride, Florem  
Et quia dignus erat, Præmia digna ferat.*

- Præfatus Cuno Anno MCCXXXV. cum consensu sui Conventus Jus Patronatus quod habuit in Bulligheim, cum omnibus Decimis tradidit Ecclesiæ Spirensi: erat tunc Temporis Episcopus Spirensis, Conradus de Than.
- XLIII. *Conradus* sedit annis III. Obiit Kal. Septembris Anno MCCLI. invenitur in antiquis Ecclesiæ Libris, Monasterium suo tempore summopere alieno ære gravatum.
- XLIII. *Fridericus* post Conradum Monasterio & Abbatiz præfuit annis XI. obiit Anno Dominicæ Incarnationis MCCLXII. Kal. Septemb. incepit Oppidum Weissenburgense Mûris communire.
- XLV. *Edelinus* post obitum Friderici electus, Monasterio per annos XXX. summa cum laude præfuit, nam Oppidum Weissenburgense Muro quadrato saxo cinxit, Turribus, Propugnaculis & Fossis Valloque communivit & in ipso Monasterio multa construxit, ante Portam inferiorem Monasterii maximam Domum ædificavit, ubi nunc Granarium existat, cum scriptura Lapidis quadrato incisa his verbis: *Anno Domini MCCLXXXVIII, Edelinus XLV. Abbas Wizenburgensis, hanc Domum construxit.* Alia plura ædificari fecit. Item non procul a superiori Porta, Refectorium cum Dormitorio, & Conventus Hypocausto Lapidibus quadratis sunt annexa & ibi legitur: *Hoc Refectorium fecit Edelinus.* Obiit autem III. Idus Octob. Anno Domini MCCXCIII. sepultus in circuitu Ecclesiæ sub sequenti Epitaphio:

*Rerum Ditator Abbas, Veterum Renovator,  
Litis Sedator, EDELINUS, Pacis amator  
Hic pausat, munus tribuat sibi Trinus & Unus  
Vivat ut in Cœlis, cum Justis ipse Fidelis,  
Hoc tu qui cernis Carmen, nec cernere spernis,  
Ora, propitia quod sit sibi, Virgo MARIA.*

In Baculo ejus Pastoralis scriptum reperitur:

*Attrabe, punge, feri, qui queris Pastor haberi.*

- XLVI. *Wilhelmus* in Abbatiali Dignitate sequutus Dominum Edelinum, sedit in ea annis VIII. Obiit Kal. Februarii Anno MCCC. sepultus in Corpore Ecclesiæ ante sepulchrum Domini.

- XLVII. *Ægidius.* exstant litteræ ipsius de data MCCCXV.  
 XLVIII. *Bartholomeus* loco *Ægidii* designatus sedit annis III. & quibusdam mensibus. Obiit XIII. Kal. Augusti Anno MCCCXVI.  
 XLIX. *Wilhelmus* Ecclesiæ Weissenburgensis Abbas, resedit in Ea Annis VI. Obiit V. idus Martii, Anno Domini MCCCXXII.  
 L. *Joannes de Franckenstein* post *Wilhelmum* Abbas eligitur, præfuit ænis XV. Obiit Anno MCCCXXXVII. III. Non. Novembris, sepultus in Circuitu cum sequenti Epitaphio:

*Abbas hoc Tumulo, de FRANCKENSTEIN, jacet isto,  
 Hospes magnificus, JOANNES Nomine dictus,  
 In Castitate vivebat, Gaudia vite  
 Cum Justis, CHRISTUS sibi det de Virgine Natus.*

- LI. *Eberhardus* Comes de *Sarbruggen*, Abbatiam tenebat XLIII. Annis, optimè eandem Regebat. Obiit Mense Januario Anno MCCCLXXXI. sepultus quoque in Ambitu sub hoc Epitaphio:

*Fragrans ut Nardus jacet hic, EBERHARDUS  
 Princeps Pacificus, omni virtute Politus,  
 Qui Nutu Domini, Regnavit tres XL. & unum  
 Annos, Rex illi velit donare Poli Jus.*

Sub præfato Abbate multi Comites, Barones, & Nobiles Monasticam vitam agebant. Dictus Abbas emit Anno MCCCXXXIX. à Comite *Nicolao de Lewenstein* & Coniuge sua *Wildburg de Wertheim*, Pagum *Hochdorf* Spirensis Diocesis. Anno MCCCXLVII. emit ille Dominus Castrum *Bersenstein* cum omnibus pertinentiis pro DCCC. Libris Hallensium à Militibus *Ortone* & *Vlrico de Weingarten* duobus Fratribus.

Anno MCCCLXIII. prænominatus Abbas emit à *Joanne Milite de Than*, Pagum *Bobenthal* cum adjacente silva dicta *Albrechtsbuhel* pro CCX. florenis, actum feria II. post *Lxtare*, Anno ut supra.

Emit quoque à Monasterio *Heilsbruggen* partem Decimarum in *Rode* propè *Rieberg* pro C. florenis Anno MCCCLXXV. feria II. post *Kiliani*.

- LII. *Hugo de Naselden* Abbas Weissenburgensis, sedit Annis XX. vitam finivit ipsa die S. *Benedicti*, Anno MCCCCII. sepultus ad Latus dicti *Eberhardi* Predecessoris sui cum sequenti Epitaphio:

*Splendor Virtutis Abbas HUGO, Flosque Salutis,  
 Et Servus CHRISTI, Lapidum jam subditur illi,  
 Qui Regnans Annos complevit namque Vicens  
 Nunc vivat letè, per Sacula nescia Meta.*

- LIII. *Joannes* Comes de *Veldenz* in Abbatiali Dignitate sequutus *Hugonem*, præfuit Annis XXXII. scribitur cum interfuisse Concilio Constantiensi. Sub ipso erat Præpositus ad Sanctum *Pantaleonem* vulgò quatuor Turrium, *Conradus de Hohensfels*, & ad Sanctum *Germanum* Dominus *Rupertus de Lewenstein*: Obiit autem Anno MCCCCXXXIII. pridie *Barnabæ* Apostoli sepultus prope Antecessorem suum sub hoc Epitaphio:

*Prudens, Magnificus, JOANNES, Pacis Amicus  
 De VELDENZ natus, Abbas jacet hic Tumulatus,  
 Per triginta duos vivens Regnaverat Annos,  
 Pœnis ablati, DEUS hunc conjunge Beatis.*

- LIII. *Philippus Schenck* Comes de *Erpach*, post Joannem Abbas *Weissenburgensis* designatus, Regnavit Annis XXXVII. ipsius Tempore erat Præpositus ad S. Pantaleonem, *Waltherus de Geroltsegg* Obiit autem Anno MCCCCLXVII. Sepultus ad Latus sui Prædecessoris.

*Ingenium Terra protulerunt Ecce PHILIPPUM,  
Letum, de ERPACH, fultum diu, ibi sepultum  
Abbas triginta cum medio tribus Annis  
Rexerat, in CHRISTI Regnum fert Conditor illum.*

- LV. *Jacobus* Baro de *Bruckh* Regnavit Annis III. & VIII. mensibus, Obiit Anno MCCCCLXXII. in die Sancti Laurentii. Sepultus propè dictum suum Prædecessorem in circuitu. Sub sequenti Epitaphio:

*Vir Constans, Humilis, semper Pietatis Amator,  
Spes Populorum, Gemma Baronum, Lux Clericorum  
De BRUCHK qui genitus, JACOBUS Nomine dictus,  
Ecclesiam quatuor cum Dimidio, Rexit Annis.*

- LVI. *Antonius* Comes de *Leiningen* erat suo Tempore Præpositus quatuor Turrium. *Henricus de Homberg*, Hassus, præfuit Monasterio usque ad Annum MCCCXCVI. quo profectus ad Summum Pontificem HADRIANUM VI. in Reversione prope Florentiam. Obiit XXV. Maj.

- LVII. *Wilhelmus* de *Eyp*, Gelrensis. Sedit Annis III. Obiit Anno MD. Sepultus in Circuitu Ecclesiæ, sub hoc Epitaphio.

*Hoc sepelit saxum, Lector, Gelida Ossa GUILHELMI  
Ille Domus sacre, Duxque Paterque fuit:  
Tertius & denuſ CHRISTI cum volvitur Annus,  
Quinque ter emensus Sacula, Phæbus erat,  
Quinque ter impleat Februus cum Luna Calendas,  
Exsolvit vite, debita Fata sue.*

- LVIII. *Rudigerus* Electus Anno MD. sedit Annis XLV. ultimus Abbas; nam ABBAS & I. Præpositus. Anno Domini MDXXVI. translatum est Monasterium in Collegium Sæcularium Sacerdotum, & Abbatia in Præposituram. Auctotitate Summi Pontificis CLEMENTIS VII. & Imperatoris CAROLI V. Obiit autem dictus Præpositus Anno MDXLV. sepultus in Choro Divæ Virginis, cum sequenti Epitaphio:


*Anno Domini MDXLV. die VII. mensis Julii, Obiit Reverendus Pater, Dominus RUDIGERUS hujus Ecclesiæ Præpositus, cujus anima in Pace requiescat  
Sacras, Qui quondam vivens, has Rexerat Aedes  
Conditur hic Gelida, nunc RUDIGERUS Humo.  
Huic DEUS Omnipotens miseratus, vincla relaxet  
Mortis, & ad vite Limina pandat Iter.*


- II. *Philippus à Flersheim* Episcopus Spirensis, & Secundus Præpositus *Weissenburgensis*, nam & Anno MDXLVI. Præposituræ *Weissenburgensis* incorporata est Ecclesiæ Spirensi, accedente consensu PAULI III. Pontif. Max. & Imperatoris CAROLI V. Obiit XIV. Augusti Anno Domini MDLVII. sepultus Spire in Summo Templo. Epitaphium ipsius in Choro *Weissenburgensis* Ecclesiæ sequens extat:

## MEMENTO MORI.

*Reverendissimo Domino, Domino PHILIPPO è Nobili Familia de Flersheim, cujus prima Ætas moribus honestis & optimis disciplinis Exculta, subsequens Doctorali Mitra, Dignitatibus Ecclesiasticis in Basilicis Cathedralium Spirensis, Wormatiensis, Augustensis, Eystettensis, Bruggensis, Ecclesiarum ornata; Posterior, primò Coadjutoria Præsulis Wormatiensis, deinde Episcopatu Spirensis Ecclesiæ, demum Insignis hujus Ecclesiæ Præpositura, decorata: MAXIMILIANO & CAROLO V. Divis Imperatoribus, Regibus, omniumque Ordinum Hominibus ob summam Prudentiam & in conciliandis Hominum animis, Negotiisque arduis tractandis Felicitatem, nec non erga omnes suos Subditos Heroicam Humanitatem, Desideratissimus.*

- III. *Rudolphus de Franckenstein* Episcopus Spirensis, & tertius Præpositus Weissenburgensis. Obiit in Castro *Lauterburg* die veneris XXI. Junii Anno MDLX. Sepultus Spiræ, in Summo Templo die mercurii III. Julii.
- IIII. *Marquardus ab Hatsstein* Episcopus Spirensis & IIII. Præpositus Weissenburgensis, nec non Sac. Cæsareæ Majestatis Imperialis Camerae Judex; Obiit in *Vdenheim* Anno MDLXXXI. die Jovis. VII. Decembris. Sepultus in Summo Templo Spirensi, die XVII. Decembris.
- V. *Eberhardus à Dienheim* Episcopus Spirensis, & V. Præpositus Weissenburgensis Imperialis Camerae Judex. Electus in Vigilia S. Thomæ Apostoli XX. Decembris, Anno MDLXXXI. Obiit in *Vdenheim* X. Octobris, Anno MDCX. Sepultus in Summo Templo Spirensi XVIII. Octobris Anno MDCX.
- VI. *Philippus Christophorus à Soëtern* Episcopus Spirensis & VI. Præpositus Weissenburgensis, Imperialis Camerae Judex. Electus Spiræ in Coadjutorem & futurum Episcopum die Sabbathi XXX. Maj. Anno MDCIX. Deinde post obitum Reverendissimi EBERHARDI ad Possessionem Episcopalem inductus XX. Octobris Anno MDCX. Postea die Lunæ XX. Novembris Anni ejusdem Possessionem, Præposituræ Weissenburgi cæpit.





## III.

## VETUS DIPTYCON FULDENSE.

## NOMINA DEFUNCTOR. REG.

*Pipin* REX.  
*Karlus* IMP. V. Kal. Feb.  
*Berabta.*  
*Hiltigart.*  
*Gisla.*  
*Fastrat.*  
*Irmingart.*  
*Liutgart*  
*Karl*  
*Pipin*  
*Pernhart*  
*Hruodtrud*  
*Hludovich* IMP. XI. Kal. Jul.  
*Hluderi* REX III. Kal. Oct.  
*Hluduuvic*  
*Karal*  
*Karalman*  
*Hluduuvic*  
*Hemma* REGINA.  
*Karl.* IMP. obiit.  
*Gisla.*

## NOMINA DEFUNCTOR. EPISC.

*Lul* Episcopus.  
*Ricchof.* Episcopus.  
*Heistolf.* Episcopus.  
*Otger.* Episcopus.  
*Hraban.* Ep. & Mon. II. Non. Feb.  
*Karl.* Episcopus.  
*Luitbraht* Archi-Episc.  
*Ansger* Ep. & Mon. II. Non. Feb.  
*Hemmo* Episcopus.  
*Reginheri* Episc. VI. Kal. Sept.  
*Eboni* Episcopus.  
*Theotmar.* Episcopus.  
*Ercanbraht.* Episcopus.  
*Vuolfger.* Episcopus.  
*Huunpraht.* Episcopus.  
*Gozbald.* Ep. XII. Kal. Oct.  
*Samuel* Episc. VIII. Id. Feb.  
*Theotrich.* Episcopus.  
*Marcuuart.* Episcopus.  
*Pacificus* Episcopus.

*Bernhart* Comes.  
*Vuillihelm.* Comes.  
*Afis* Comes.  
*Beffo* Comes.  
*Hessi* Comes.  
*Albuvin* Comes.  
*Thaccolf* Comes.  
*Adalbraht* Comes.

IV.

A N O N Y M I C H R O N I C O N  
C O E N O B I I S C H U T T E R A N I.

**C**Um Multi in primo Schutterano Fundatore, & Monasterii initio erraverint, eo quod Litteras Veteres Monasterii non vidissent; visum mihi fuit ex solis Archivis rectius Rem declarare, simulque Abbatum & Prælatorum Nomina & justè & breviter perstringere: Constat igitur ex Documentis certis, Monasterium nostrum reverà Anno Christi DCIII. Indiët. VI. Anno Chlotarii II. Regis Franciæ, à Regii Sanguinis Viro Offone Anglo, tempore S. Gregorii Magni, & primi, qui Angliam paulò antè ad Christi Fidem converterat, erectum à Fundamentis, nec hoc officit, aut præjudicat Sanctitati ac Famæ Pirmini, quem quidam contendunt, Schutterense Fundasse Cœnobium; is enim, inquit Trithemius, fuit Vir Doctrina & Sanctitate admirabilis & pro Christi Amore Fidem rectam prædicaturus Populis, in partes venit Germaniæ ibique multos, Verbo & Exemplo ad Cultum Veritatis convertit, & plurima Monasteria Fundavit; adde, non autem à Fundamentis; nam & Geigenbach Monasterium & alia plura Fundasse dicitur, quæ Reges, Principes, aliósque Fundatores agnoscunt, nulla Pirminii facta mentione; Videtur itaque tribuendum Pirminio, quod plura Monasteria super Fundamentum Catholicæ Fidei fundaverit (quod certè tunc Temporis Operæ pretium fuit) ac in iis vitam cœnobicam, sicut à Divo Mauro didicerat, discretè instituisse. Cæterùm multa hodie superbè erecta & exstructa videntur Cœnobia ex piis Fidelium Largitionibus, quæ antea exigua & parvi pretii Sacraria & Cellæ erant, unde apud Nos quoque Capellam B. MARIE Virginis, summo olim in honore habitam, asserebant Veteres, hanc omnium primum hujus Loci fuisse Ædificium, quod ex simplicis & Humilis Structuræ Fabrica satis conjici potuit; verùm eandem superioribus diebus, præ Antiquitate Ruinosam considerans Abbas Cunradus, cum sibi affulsit Spes longioris Vitæ, illicò ibidem supra, magno sumptu & apparatu Bibliothecam extruere persuasum habuit, unde tam antiquum Monumentum cum Altari (nonnullis contradicentibus) solo tenus destrui mandavit Anno MDXXVII. & tamen Opus incaptum vel perficere nequivit aut neglexit.

Porrò Trithemius Spanhemensis, in suo compendio Annalium de Origine Regum Francorum, taliter concludit, quod Fratres Schutterani nulla Documenta veritatis ostendentes, dicunt Offonem Anglum, dum Romam Devotionis Causa peteret, Sancti Gregorii I. Papæ Temporibus, Loci amœnitate provocatum, in eo constituisse Monasterium, cujus Trithemii falsæ assertioni repugnat Antiquitas Nominis nostri Monasterii, quod Dagobertus Franciæ Rex *Offonis Cellam* nuncupavit in Litteris suis, quibus hortante Arbogasto Episcopo Argentinensi, Curtem seu Prædium suum in Pago Herlisheim Monasterio nostro Dono dedit, Anno DCXXX. quod Prædium usque ad Annum MCCLXXXIX. tranquillè possedimus, plures etiam Pontifices & Romanorum Reges usque ad Tempora Reginboldi Abbatis sic intitulaverunt Monasterium nostrum, neque tam Fidi Propugnatores ejusdem Loci, eum sic nuncupassent, nisi ab Offone, ut patebit, inditum primitus fuisset: Authores enim hujusmodi Litterarum, conjectores fuisse, difficillimè quis censebit. Ergo cum Tempore Divi Gregorii Offonem Angliæ Regem, hoc nostrum Monasterium a Fundamentis Erexisse & Ædificasse, tum ex supputatione Annorum, tum ex Litterarum valida Autoritate firmiter teneamus, addimus, quod Offo ille cum aliis innumeris Fidelibus conversisque Anglis, de quibus Historiæ refertæ sunt, ad Germaniam propagandæ Fidei Gratia profectus, in Littore Fluvii Kinzing Sedem sibi delegit, ubi exædificatæ à se Arci seu Pyrgo Nomen suum indidit, qui nunc etiam *Offoburgum* vulgò dicitur, ibidemque ex Terra divite Argentum effodiens, Nummos cudit, quorum adhuc aliqui exstant, & quos ob Angliæ Memoriam & Nomen, imagine Angeli Crucem utraque manu præferentis (quali Apparatu primos Fidei Precones incessisse in Angliam testatur Venerabilis Beda) insignivit, hi usque hodie Germana ac patria voce dicuntur *Engländer Pfenning*, aut etiam *Alt-Offenburger*.

Cæterum Offo, Monasterium nostrum exædificasse legitur in Honorem Individuæ Trinitatis ac Beatæ MARIÆ Virginis, illique Nomen suum imposuit & Offonis-Cellam dici voluit, quo tamen per varias Temporum Revolutiones, quibus Monasterium multifariam succubuit, ablato, à fluviolo *Schuttera*, qui interlabitur *Schuttern* dictum est. Hic Offo etiam apud Nos sepultus creditur, quippe cujus Tumulum veteres Patres Statuis exornavêre Lapideis, ut infra sub Abbate Hermanno videbitur, & quotannis in ejus Memoriam Stipes Pauperibus erogatur, Missæ & Vigiliæ decantantur cum Illuminatione & Visitatione Sepulchri: Trithemius verò, in præallegato Compendio. Dum Historias caller, hisce verbis commentatur; Fratres Schutterenses negant suum Proprium Fundatorem (intendens Primum) quemadmodum, inquit, in Originali volumine vitæ ipsius, quod penes Nos habemus clarè scriptum invenitur; cujus definitionem jam antea rejectam nullo modo admittimus, præsertim quod plus semel Fratres Schutteranos personaliter visitaverit, & adhuc Anno MDI. per Triduum, nec ex dicto Originali Fratribus ibidem degentibus, Rem tam intricatam enodaverit; jam verò quantum ad aliam Glosam, ubi dicit, Falsam Schutterensium Fratrum assertionem, vel ex hoc demonstrari, quod Offonem & Fratrem ejus Choret, Reges Angliæ, Amore Regni Cœlestis incensos Romam adivisse & Monachos ibidem factos, reliquum vitæ Tempus sub Regula Divi Benedicti transegisse constet, Anno Childeberti Regis Francorum DCCVII. Sanctus autem Gregorius obierat Anno DCV. Nos respondemus; Nos istum Choret, non noscere, nam cuncta, quæ aut ipse Offo Monasterii hujus Fundator instituit, vel ipsius Monasterii Patres vicissim pro salute ejus, Opera Pietatis ordinaverunt, sub unico & singulari Nomine ordinata, & hætenus observata fuisse, accedit Sculptura Mausolæi, conservatio veteris Sigilli Conventualis, ac Oppidi, antiquæ depictæ aut sculptæ Imagines Offonis, Clypei quoque seu Regum Anglorum Scuta & hujusmodi; præterea cum Chronica alterutrum Offonem appellant, potuit Offo ille, & Offo noster, convenire in Nomine, sed certè non in Tempore, nam ille Romam adivisse & Reliquum vitæ Tempus sub Regula Divi Benedicti ibidem transegisse legitur; Offo verò noster Fundator, ut dictum est, Romam petiit, ipsum tamen huc remeasse, ac hoc Monasterium funditus exædificasse, ibidemque sepultum esse, ex Veterum Traditione manifestum est; unde quod Trithemius Annotum Supputationem & Nominum appellationem cum nostro Fundatore non congruere & constare objicit, eò quòd Divus Gregorius obierat Anno Christi DCV. Longè ante Offonem & Choret, hoc totum una mecum consentaneè sectatur, nam de raritate Idiomatis Choret, & parilitate Nominum Offonis hoc procedit; & hæc satis de Fundatore hujus Monasterii nostri Schuttern, cujus Assertionem antiquissimam & Opinionem sicut hanc Veriloqui Patres prioris ævi plena Fide argumentis & ratiociniis authenticis ratam in Posteris veridicè relictam perpetuârunt, eandem pari modo, pro Captu & posse meo veram affirmare satégi; Joannem Trithemium, quondam Abbatem Spanheimensem novissimè nunc Sancti Jacobi Herbipolensis, idcirco oppugnans, quòd hujusmodi Erroneam Assertionem Schuttern, ut ipse dogmatizat, vivus à Schutteranis cum potuisset, eripere & tollere non curaverit, hunc Nodum explicando.

Nunc ad Cathalogum Abbatum progredimur, quem ab Origine Monasterii, usque ad *Rudolfum* hodie Anno MDXXXVII. in Abbatia præsentem deducere optarem, verùm cum de Vetustioribus nil Nobis supersit præter Nomina, nec possibile sit definire, quo Tempore sibi invicem successerint, illos hic eo Ordine exhibendos duxi, quo in Mortuario reperiuntur inscripti

- VIII. Idus Januar. *Simon* quondam Abbas.  
 II. Kal. Mart. *Diepoldus* Abbas hujus Loci.  
 XVI. Kal. April. *Folkernus* Abbas hujus Loci.  
 VIII. Kal. April. *Joannes* Abbas hujus Loci.  
 Idibus April. *Landoldus* Abbas hujus Loci.  
 II. Idus Mai. *Adelhelmus* Abbas.  
 Kal. Julii. *Erkenbertus* Abbas hujus Loci.  
 XIV. Kal. August. *Ernichus* Abbas hujus Loci.  
 X. Kal. August. *Gotfridus* Abbas.

- III. Non. August. *Rudmannus* Abbas Nostræ Congregationis.  
 II. Non. August. *Bertholdus* Abbas  
 VI. Idus August. *Gotfridus* Abbas.  
 II. Idus August. *Hucbertus* Abbas.  
 II. Idus August. *Wernherus* Abbas.  
 VI. Idus Novemb. *Folkernus* Abbas hujus Loci.

Sequitur nunc *Evvihardus*, seu *Eberhardus*, quem Abbatiæ præfuisse constat ex Bulla Leonis VIII. cum enim Abbas & Conventus circa annum DCCCCLVIII. disceptarent super antiquo Privilegio, quo Pagenses Presbyteri annuatim certa servitia solvere debebant, post quorum etiam obitum de tota substantia duæ Partes Abbati, tertia Monasterio cedebat, idem Papa Leo, Wormatiæ celebrans Synodum præsidente & assentiente Othone Imperatore, coacti sunt tales Presbyteri servitia sua pendere sicut ab antiquo, aut Ecclesias suas resignare; his præsens aderat Evvihardus Abbas, quem Annales obiisse referunt Anno DCCCCLXXV. III. Non. Aprilis.

Cæterum non constat, an sub hoc Abbate, vel sub aliquo ex suis Antecessoribus reponendum sit, quod Trithemius narrat in prima parte Chronicæ Monasterii Hirsaugiensis his verbis. Anno Domini DCCCXXXVIII. Foundationis Monasterii Hirsaugiensis centesimo, Tria Ordinis Nostræ Monasteria incendio perierunt, videlicet Sancti Bonifacii in Fulda, Sancti Galli in Suevia, & Schutterense in Alsatia, quod ultimum denuò reædificatum Consecrâsse reperitur Erkenbaldum Episcopum Argentinensem.

*Folkernus*, Evvihardo in Abbatiâ successit; id quod edocet Privilegium Defensionis & Electionis, quod Ottho Imperator eidem Folkerno contulit, vi cuius, decedente Abbate habent Fratres Liberam Potestatem inter se Eligendi alium, quamdiu inter eos talis invenitur, qui eos secundum Regulam Sancti Benedicti gubernare valeat. *Signum OTHONIS &c. Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXXV. Indiçt. III. Regni Othonis XV. Imperii verò III. datum ESCHÉVVE.*

Folkernus postquam Abbatiæ præfuit annis XXXIII., Obiit anno MVIII. XIV. Kal. Junii; cui successit

*Ekebertus*, sive *Eggbertus* Abbas. Huic Divus Henricus Romanorum Rex, Privilegium Electionis & Defensionis concedens, eundem vocat *Venerabilem Abbatem Cænobii*, quod vocatur *Offonisvveiler*, & est constitutum in Pago Mortunangense, super Fluvium Schuttera &c. *Signum HEINRICI Romanorum Regis. Datum III. Non. Novemb. Anno Dominicæ Incarnationis. MIX. Anno Regni Gloriosissimi Henrici Regis VIII. Actum WORMATIÆ &c.* Idem Sanctus Henricus, Monasterium nostrum abundè ditavit; nam pro Remedio Animæ suæ, Parentumque suorum, nec non Interventu & Petitione Venerandi Præfulis Eberhardi (Episcopi tunc Bambergensis) cuidam suo *Pauperi Monasterio*, *Offonis Cella dicto* donat unam Villam Ruckersvveiler dictam, vulgò Sancta Cella Georii, & unum mansum in alia Villa, quæ dicitur Freysenheim, in Comitatu Berchtoldi in Pago Mortinavve, & VI. mansos in Villa, quæ dicitur Blabodelsheim in Comitatu Ebirhardi in Pago Alsatia, cum omnibus Terris, pratis, pascuis, silvis &c. *Signum Domini HEINRICI Romanorum Invisibilissimi Imperatoris Augusti. Datum Anno Incarnationis Dominicæ MXVI. Indiçt. XIII. Anno Henrici II. Regnantis XIII. Imperii III. Actum BABENBERG &c.* per hoc idem Imperator, nostrum Monasterium quoad Temporalia sive, ut ajuunt, Regalia, Novo à se Erecto Bambergensi Episcopatu Jure Feudi Tradidit, unde in hodiernum usque diem Abbates nostri ab Episcopo infeudantur. Præfuit Eckbertus Abbatiæ Annis VIII. nam Obiit Non. Octobris Anno MXVI.

*Reginboldus*, Eligitur XII. Kal. Novembris Anno Domini MXVI. Sub cuius Regimine CUNRADUS II. Imperator, petente Eberhardo Bambergensi Episcopo confirmat Privilegia Antecessoris sui Henrici, Monasterio nostro concessa. *Datum Anno Incarnationis Dominicæ MXXIII. Indiçt. VII. XII. Kal. Januarii Actum CORBEE.* Præfuisse creditur Reginboldus huic Monasterio annis XI. mensibus IX. diebus III. inscribitur Annalibus Obiisse anno MXXVII. XIII. Kal. Augusti.

*Rustenus*; hunc properam contendunt quidam fuisse Abbatem S. MARIE in Nigra Silva: præfuit autem Abbatiæ nostræ annis VII. mense uno diebus duobus.

Obiit MXXXIII. III. Non. Septemb. ut noster Paulus Volzius Martyrologio inscripfit, post quem vacavit Abbatia annis CII. quia non reperitur aliquis ei præfuisse usque ad CUNRADUM hujus Nominis primum, qui si immediatè Rusteno successisset, & vixisset usque ad annum Domini MCLXII. quo notatur obiisse in Martirologio ad diem X. Kal. Augusti, præfuisset annis CXXVIII. quod est impossibile & ridiculum oportet ergo Rustenum diutius vixisse quam Paulus Volzius Martyrologio inscripfit, aut alium vel alios habuisse Successores, aut certè tanto tempore Abbatiam vacasse; cæterum quod Conradus hic, qui immediatè præcessit *Suvigerum*, Abbatiam aliquando administraverit, patet ex Bulla Pontificia, quæ sic habet:

*INNOCENTIUS Episcopus Servus Servorum DEI, ad hoc Universalis Ecclesie Cura nobis à Provisore omnium Bonorum &c. Dilecte in Domino Fili CUNRADE Abbas, tuis Postulationibus accommodantes assensum, Schutterense Monasterium sub Cura Beati Petri & nostra Protectione suscipimus &c.*

*Ego INNOCENTIUS Catholica Ecclesie Episcopus.*

*Ego THEODORICUS Sancte Ruffinae Episcopus.*

*Datum PISIS per manum AIMERICI S. R. Ecclesie Cardinalis & Cancellarii. V. Kal. Novembris Indictione XV. Incarnationis Dominice Anno MCXXXVI. Pontificatus verò Innocentii II. Papæ Anno VII.*

\* \* \* \* \*

... suprâ Tumbam ejus, Lapidi incisa Imago ipsius Alberti, quæ nunc magna ex parte contracta cernitur; Anno itaque Domini MCCLXXXIII. idibus Augusti *Hermannus* Abbas, & præmemorati, consecrari fecerunt novum Opus & VI. Altaria ut præactum est, à Venerabili Patre Domino Johanne Episcopo Letoniensi, auctoritate Reverendi Domini Cunradi Episcopi Argentinensis, ut in Codice vetusto legitur hæc Ordine. Primum Altare inferius ad Aquilonem, in honorem Scholasticæ, Otiliæ, Agnetis & Omnium Sanctarum Virginum & Viduarum. Secundum Altare descendendo ad cursum Solis, in honorem Sancti Georgii, Benedicti, Martini, Leonis Papæ & Omnium Sanctorum Confessorum. Tertium Altare, in honorem Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Salutiferæ Crucis, & Sanguinis Domini. Quartum Altare in honorem S. Joannis Evangelistæ, Petri & Pauli, & Omnium Apostolorum & Discipulorum Domini. Quintum Altare in honorem S. Laurentii, Lini, Cleti, & Omnium Sanctorum Martyrum. Sextum Altare superius in Testudine consecratum est ab Episcopo eodem Anno scilicet XIX. Decemb. in Honorem S. Michaëlis & Omnium Sanctorum Angelorum. Eadem die in Claustro ante valvas Templi consecrata est Sepultura Prælatorum, cui apposta hæc Inscriptio:

*Cæmeterium hoc Venerabilium Abbatum hujus Monasterii Schuttern Anno Domini MCCLXXXIII. XIX. Calend. Decembris sub Abbate Hermanno de Burner, eousque est consecratum, quousque incisa pictæque Cruces, muros utrosque insigniunt.*

Annotat Paulus Volzius in suis Scriptis, idem *Hermannus* Abbas post alterum Incendium quo hoc Monasterium conflagravit Anno MCCXL. Opus novum super Tumbam *Offonis* in Ecclesia Parochiali exstruxit, cui ab extra hæc antiqua Legenda insculpta est

*REX OFFO FUNDATOR, hic Sepultus.*

Versus altare Martyrum exstat Statua *Hermanni* Abbatis, in cujus vestimenti Fimbria legitur

*HERMANNUS Abbas fecit istud Novum Opus.*

Circa Sepulchrum Domini, exstat Statua *Friderici* Abbatis, in cujus vestimenti Fimbriis pariter sculptum reperitur

*Abbas FRIDERICUS Prædecessor HERMANNI Abbatis.*

Vetus est Traditio, & adhuc Lapidum Fragmenta hinc & inde dispersa testantur, Offonem inter hos duos Abbates Sepulturam suam habuisse, cui superposita erat ejus Statua Regio Ornatu, nunc verò Offonis Locus vacuus cernitur; dicuntur Kenzingenses & Endingenfes hujus Sacrilegii Authores, unde Jurgia & Lites, de quibus infra sub Rudolfo II. Abbate.

*Albertus* Scultetus de *Malberg* & Heredes & uxor ejus donant *Hermanno* Abbati tria quartalia Siliginis & totidem hordei in *Rudgersvveiler* Anno MCCLXXIII.

*Rudolfus* Episcopus Constantiensis perpendens Paupertatem Monasterii, incorporat Parochiales Ecclesias suæ Diocesis *Wipprechtzkirch* & *Baldingen* inferiorem, conferendo etiam Monasterio Jus Patronatus consentiente Præposito & Capitulo. Datum *Constantia* Anno MCCLXXVI. VI. Id. Augusti. Has donationes & Incorporationes approbavit postmodum *NICOLAUS III.* Pont. Max. per Bullam datam apud *Urbem veterem* XII. Kal. Julii Pontificatus sui Anno III.

*Ludovicus* Nobilis de *Tiersberg* consentiente, approbante *Cunrado* Episcopo Argentinenfi, cujus erat Nepos ex Sorore sua *N. Helck* donat Monasterio Curtem suam in *Friesenheim* Anno MCCLXXIX.

*NICOLAUS III.* Pontifex per specialem Bullam datam IV. Non. Octob. Reata Anno Pontificatus sui II. nostrum Monasterium in Protectionem S. Petri recipit & omnia Privilegia nostra confirmat.

Ego *NICOLAUS* Catholica Ecclesie Episcopus.

Ego Frater *LATINIUS* Ostiens. & *Vercellens.* Episc.

Ego *GERARDUS* Sabviensis Episcopus subscripsi.

Hoc Privilegium postmodum sub Abbate *Joanne Ambroster*, Confirmatum fuit in Concilio Basiliensi Anno MCCCCXXXIII.

*Cunradus* de *Liechtenberg*, Episcopus Argentinenfis autoritate *Nicolai* Papæ III. Ecclesiam *Friesenheim* Monasterio nostro incorporavit. Anno MCCXC. cui accessit consensus & Ratihabitio *Gerardi* Archi-Episc. Moguntini.

*Bercholdus* de *Vitenheim* providus Cellarius hujus Monasterii, de quo sub *Rudolfo I.* Abbate egimus. Obiit Anno MCCLXXXIII. III. Idus Augusti. Ejus Epitaphium sic habet:

*Presbyter & Monachus, Bertholdus, hic est Tumulatus,*

*Cujus erat vita sacra, morum flore polita,*

*Ipse fuit strictus, sibi quod jussit BENEDICTUS.*

Nunc de Translatione Sanguinis Domini Nostri *JESU CHRISTI*, quæ facta est sub Abbate *Hermanno*, de qua exstant hi versus:

*Bis sexingenti, decies sex, octoque, CHRISTI*

*Exstiterant Anni, medio sub mense Novembri;*

*HERMANNUS, Guttas quod CHRISTI Sanguinis, Abbas*

*Ex Argentina tulit in Schutteram; simul unâ*

*Crinem MARIE: Flexi Precibus tribuere*

*Guttas, Majores Fratres, Crinemque Minores.*

Anno Domini MDXXIII. *Joannes Freyburger*, quia ibidem natus, Custos, deinde Prior factus Schutteranus, hos versus excerptit ex quodam vetusto, pergameno Codice, qui veterum Monachorum Mellicensium exactam disciplinam continebat, aliisque Antiquitates notabiles & perutiles; sed statim subsecuta inaudita Seditio & Factio Ruricularum, eundem Libellum & reliquos pene omnes discerpit, perdidit & annihilavit, totumque Monasterium ex amullum spoliavit & oppressit, dicebatur Tempus seu Bellum Rusticorum. Custodi ergo hos versus, & hoc, quod sequitur.

„Frater *Joannes* de Ordine Theutonicorum DEI Gratia Episcopus Laconiensis,  
„omnibus Christi Fidelibus presentium Inspectoribus, pacem in Domino sempiternam;  
„quia secundum Verbum Sapientis, in Thesauro abscondito nulla est utilitas, & secun-

„dum Verbum Evangelicum Lucerna super Candelabrum est ponenda, non sub Modio  
 „Nos pretioso & incomparabili Thesauro, ad quem nec Cœlestis, nec Terrestris Crea-  
 „tura, potest nec debet aliquatenus comparari, videlicet pretioso Sanguine Salvatoris  
 „& Domini Nostri JESU CHRISTI apud Monasterium dictum Schuttern Ord. S. Be-  
 „nedicti Argentinensis Diœcesis considerato venerabiliter & inspecto; cogitavimus  
 „Omnium Christi Fidelium mentes ad præfati Sanctissimi Theauri Venerationem &  
 „Reverentiam de cætero provocare, dantes Universis, qui ad respectum tam incom-  
 „parabilis Theauri ad Locum præfatum devotè venerint, & Domini Nostri JESU  
 „CHRISTI Clementiam humiliter imploraverint Centum dies criminalium & annum  
 „venialium Indulgentiam, & hanc Indulgentiam de consensu Reverendi Patris ac  
 „Domini Cunradi DEI Gratia Argentinensis Episcopi ratam & approbatam sicut in  
 „suis patet instrumentis universi noverint. Datum Anno Domini MCCLXXXVIII.  
 „in die Beati Bartholomæi Apost. Hermanno Abbate præfati Loci.

Cunradus *Sumehardt* Doctor Tubingensis hic apud Nos sepultus ante Chorum, Anno MDII. XIII. Kal. Novemb. in suo Tractatu de *Sanguine* CHRISTI, enumerando Locos, ubi de hoc præciosissimo Sanguine, Particulæ asservantur, testatur vidisse se in Carthusia Boni-Lapidis Diœcesis Constantiensis partem panni Linei valdè tenuis & subtilis, quam Patres dicebant esse de Peplo MARIÆ Virginis, & in eo apparebant Gutta Sanguineæ Redemptoris Nostri, hoc Donum acceperunt à Mechtilde Archiducissa Austriæ, quæ illud multis precibus ab Alberto Principe Conthorali suo impetraverat.

Præfuit autem Hermannus de Burner Abbatix Annis XXXIII. Menſe I. Diebus X. Obiit Anno Domini MCCXCV. XV. Cal. Junii. Hic fuit verus Amator Religionis.

Numerantur ex sua Familia plurimi Benefactores, quorum aliquos, prout in Libro Animarum reperiuntur, hic apponimus.

XIV. Calend. April. Obiit *Vernherus* Miles de *Burner*, qui dedit nobis XIII. pecora, Equos & Boves, cum Veste sua, & duo Quartalia Siliginis in Anniversario suo.

XI. Calend. April. *Henricus* Miles de *Burner* Legavit Curiam suam in Almersvveyleyler.

XVII. Calend. Maj. *Bernhardus* Armiger de *Burner* Legavit nobis XIII. Denarios annuatim.

III. Idus Augusti. *Clementia* de *Burner* Mater Hermanni Abbatis, dedit II. Quartalia Siliginis in Almersvveyleyler de Curia, quæ dicitur Althöff.

XVI. Calend. Januar. *Vernherus* Miles de *Burner* dedit Quartale I. Siliginis & I. Tritici in Schoffen annuatim.

V. Calend. Januar. *Uta* de *Burner* dedit duo Quartalia Siliginis annuatim.

III. Non. Januar. *Clementia* de *Burner*, quæ dedit annuatim duo Quartalia Siliginis in Waffelzvveiler & Pallium suum, cum Psalterio.

Non. Februarii. *Scholastica* de *Burner*, Legavit nobis duo Quartalia Siliginis. Anno MCCCXLIX.

*Rudolfus II.* Eligitur Abbas Anno MCCXCV. Calend. Junii.

*Cunradus* Episcopus Argentinensis, Ecclesiam in Ottenheim Matricem declarat, & Almansvveyleyler Filialem, Anno MCCXCVI. De his Ecclesiis sæpius invenies infra, usque ad Abbatem *Joannem Widel* Anno MDVIII.

*Fridericus à Lichtenberg* Episcopus Argentinensis, Redditus Capellaniæ in Friesenheim ordinat Anno MCCCVI. Hic obiit Anno eodem, die XX. Decembr. Sepultus apud Fratrem suum Episcopum Conradum, qui in Obsidione Friburgensi Interfectus est; tunc Dominium Minorum de Lichtenberg transit Anno MCCCCLXXX. ad Comites de Hannvv & de Bitis.


*Joannes I.* Episcopus Argentinensis, quem dicunt quidam ex Pago circa Eslingen natum, & Filium fuisse extra Matrimoniale; quisquis verò fuerit, constat Virum fuisse omni virtute & doctrinâ ornatum, hic Monasterio Schutterano XX. pondo seu Libras in Testamento suo Legavit.

Anno MCCCIII. Lis, quæ versabatur inter Monasterium nostrum, & Oppidanos de Kenzingen & Endingen Ratione damni illati Lapideo Sepulchro Offonis, componitur per Arbitros, compensativè in hunc modum:

Allen den, die diesen Brief sehen oder hören lesen thun kundt, wir Hug Herr von Isenberg, Schultey's Rad und Gemeinde der Statt Kentzingen, so wir der Misshale so unser Herr Apt von Schutter und Convent, hatten wider uns, umb den Schaden der Inn zu Schutter im Closter und im Dorff beschach, sind khumen abn die Edlen Heinrich Marggrafen von Hochberg, und Herrn Walthern von Geroltzeck Schidlute, und han uns geschiden also, das wir dem Apt zu Schutter, und dem Convent die Freiheit han geben das ir Lib Guett freylich soll faaren uff und ab in unser Stat zu Kentzingen, und davor wo unser Gebot gereichen mag, wan sie wollen, ir Guett abn allen Zoll, und soll sie einricher Gebott, einricher Gesatz die wir jeznder han, oder hernach mochten machen, irren. Zu Erkundt han wir Hug, Schultey's, Radt und Gemeind, diesen Brief mit unsern der vogenanten Herren besigelt &c. Actum Anno MCCCIII.

Conradus Comes de Haburg, & sui Haeredes jurant promissione fideli, non molestare Abbatem in Curia & Parochia Wipprechtzkirch Anno MCCCXXVII. dodem tempore fuerunt Domini Consanguinei de Claro-Monte, qui vocabantur Comites Friburgenses.

Desolatio Monasterii Schutterani: sic enim scribitur pro Parochiali Ecclesia Kondringen incorporanda; quod Schutteranum Monasterium propter Discordias, & incursum Hostiles Nobilium & Potentium, diversorum etiam Raptorum & Persecutorum, praecipue Fautorum Ludovici de Bavaria damnati, adeo attenuatum existat in substantia usque ad penuriam cedrosam, quod dicti Abbas & Conventus, devenerunt in pulverem Paupertatis, nec habeant unde valeant sustentari, dicunturque ex nimia Necessitate coacti, Monasterio derelicto, per alienas partes miserabiliter mendicare; quare supplicant JOANNI Papae XXII. pro Kondringen incorporando, quod tandem factum est Anno MCCCXXXII. Interim obiit Rudolfus II. Abbas Anno MCCCXXVII. VI. Idus Martii.



## V.

## NECROLOGIUM LAURESHAMENSE.

## JANUARIUS.

- |            |   |
|------------|---|
| Kal.       | <i>Rathmari</i> Laici. Hic dedit Nobis Vincam in Heiningesbach.                   |
|            | <i>Elyfabeth</i> Conversa.  |
|            | <i>Gerdrud</i> Laica.   |
|            | <i>Grifo</i> Laicus.  |
|            | <i>Wernheri</i> Rasoris Nostri de Heppenheim, qui dedit Nobis X. solidos Hallenf. |
|            | <i>Sigifridus</i> Puer & Acolyta.   |
|            | <i>Wernheri</i> Subdiacon. & Can.   |
|            | * <i>Jodoci</i> Presbyteri de Peddersheim hujus Loci Canonici.                    |
| IIII. Non. | <i>Richuvini</i> ex Laico Mon.  |
| III. Non.  | <i>Gerburdis</i> Laica, haec dedit II. Vincas in Heppenheim.                      |
|            | <i>Mechtildis</i> Conversa.   |
|            | <i>Eburhardi</i> Laici, hic dedit nobis Jugerum Vincæ.                            |

- Hartlibi* Militis & Laici.
- \* *Wernberi* dicti *Stechelin* de Heppenheim, qui dedit Conventui nostro Vineam suam.
- II. Non. *Henrici* Presb. & Mon. hujus Congregationis & Inclusi; hic fecit Subtile candidum, Auro texto perornatum.
- Herbordi* Laici; hic dedit Vineam unam in Weinheim.
- Hanimanni* Laici Civis Wormatiensis; hic dedit Nobis Horreum suum, cum Horto adjacente ante Portam Judæorum, & Curiam suam in Herlesheim cum aliis pertinentiis.
- Non. Jan. *Berringeri* & *Godeberti* Presbyt. & Mon. hujus Congreg.
- Gudelmanni* Conversi nostræ Congreg.
- Gerdrudis* Laicæ de *Starkinberg*. Hæc dedit Nobis XL. maldra Siliginis.
- Cunra* Laici. Hic dedit Nobis dimidiam Carratam Vini & II. Libras Hallens.
- Reynhardi* Conversi Nostræ Congreg.
- NICOLAI* Præpositi hujus Loci.
- VIII. Idus. *Henrici* Conversi & Mon.
- Berthe* de *Roden* Familiaris Nostræ, quæ dedit X. sol. Hallens.
- \* *Petri* Sacerdotis de *Vlveresheim* Canonici hujus Loci.
- VII. Idus *Willeburc* Laica; hæc dedit in *Walcheim* Prædium suum, ut Fratres exinde quot annis, in die Obitus sui plenum habeant servitium.
- Cunradi* Conversi hujus Congregationis dicti de *Turri*.
- Friderun* Laica, hæc dedit Vineam in *Benesheim*.
- \* *Else* & *Grete* Monialium in *Schebach*.
- VI. Idus. Conversi *Jordanis*, qui Legavit annuatim Conventui Libram Hall.
- Stephani* Conversi & Mon.
- Werndrut* Familiaris, quæ contulit Nobis Libram Hallens.
- Adetheidis* Familiaris Nostræ, de *Heppenheim*.
- Wigandi* de *Muntebur* Prebendari *Nuhufensis*, qui dedit Ecclesiæ XX. mald. Silig.
- V. Idus. *Stephanus* Presbyt. & Mon.
- Hezelonis* Canonici S. Martini *Wormat.* qui contulit Ecclesiæ Nostræ LIII. Jugera Agri.
- Gerdrudis* Laicæ.
- III. Idus. *Giselheri* Laici, hic dedit Vineam in *Hufin*.
- Meginlaici* Laici, hic dedit Nobis Talentum.
- Hugonis* Laici de *Lampertheim*, qui dedit Conventui duas Libras Hallens.
- \* *Georgii Rorbach* Canonici hujus Congregationis.
- Joannes* de *Grunavv*, Germanus ejus *Georgius*, Soror *Elisabeth*, dederunt Albam S. Nazario in Remed. Animar. suar.
- II. Idus. *WERNHERI* Episcopi *Mersburgensis*, hujus Petitione, Natalis S. *Maximi* Festivè apud Nos celebratur, & eadem die Fratribus ex ipsius Traditione plenum servitium datur.
- Elsa* Laicæ.
- Idus Jan. *KARULI* Imperatoris, hic Nobis Privilegium Libertatis & Curtem Indominicatam in *Alesheym* dedit cum appendiciis.

- PETRI* Decani Ecclesiæ Nuehusenf. qui dedit Nobis duos Jurnales Vineæ in Hentschuhisheim.
- Rudolfi* de *Benesheim*, Coloni nostri, qui contulit Conventui IIII. uncias annuatim super Arca sua in Benesheim.
- \* *Johannis* Molendinatoris Familiaris Nostri.
- XVIII. Kal. Feb. *Anna* de *Vellenberg*, quæ dedit Nobis Calicem Argenteum ad Montem Omnium Sanctorum.
- XVIII. Kal. *Greda* *Wobin*, quæ dedit Nobis unum flor. pro Remed. Animæ suæ.
- XVII. Kal. *Liutheri* Presbyt. & Mon. hic dedit dimidiam Hubam in Phungestat, XXX. denarios Fratribus persolventem in Festivitate S. Stephani Proto-Martyris.
- Elisabeth* de *Michelsstat* Uxor *Martini* quondam Cellerarii in Heppenheim, quæ dedit sex flor. ad Reformationem magnæ Crucis.
- XVI. Kal. *Wernheri* ex Laico Mon.
- Heytlindis* Laicæ.
- Richardi* Plebani in Richenbach, qui legavit Conventui X. Uncias Hallenf. super dimidia Huba in Elmanshusen.
- XV. Kal. *HATTONIS* Archi-Episcopi ex Abbate nostræ Congregationis, Hic Sancto Nazario Virnheim, Riamnis, Wibilinga acquisivit.
- XIII. Kal. *LUDEVVICI* Regis. Hic Sancto Nazario Prædium suum dedit in Scarra, Sunthove, Dienenheim.
- Adelberti* Laici. Hic dedit Vineam I. ad Capellam S. Michaëlis in Cella.
- Drutvuis* Laicæ.
- Luckardis*, *Mechtildis*, *Jutte* Laicarum.
- Conradi* Laici.
- XII. Kal. *Burhardi* Laici. Hic dedit Fratribus vineam I. in Virnheim pro se & Parentibus suis, ut inde Fratres habeant servitium.
- Giselheri* ex Laico Mon. Hic contulit huic Monasterio, centum Marcas puri Argenti, pro quibus obligavit nobis hæreditatem suam, scilicet Curiam, in qua ipse manebat cum suis pertinentiis, dimidiam Hubam *Conradi* cognomento *Cancum-Curtin* & suis pertinentiis. Hubam in *Conzenbach*, cum suis pertinentiis, præterea quidquid Rerum mobilium habere videbatur, moriens secum ad Monasterium contulit, absolutas etiam vineas, & quasdam in pignore obligandas nihilominus contulit.
- XI. Kal. *Bertholdi* Laici.
- Hedervigis* Conversæ.
- Reginfridi* Laici. Hic dedit Nobis Marcam.
- X. Kal. *OTTO* Imperatoris, hic Nobis Privilegium Libertatis dedit, & Mercatum in *Wizenloch*, *Steine*, *Wirheim* & *Monctam* in *Brumat*.
- Wernheri* Presbyt. & Mon.
- Herradis* Laicæ.
- VIII. Kal. *Adalberti* Laici. Hujus Frater *Wernherus* pro se, suisque Parentibus, & ambobus Fratribus, & Sororibus, dedit Hubam in *Buobinesheim* VI. uncias in Epiphania Fratribus persolventem, & insuper IIII. Jurnales in eodem Loco sibi oppignoratos pro uno Talento, ea ratione ut aut ipse, aut Repetitor eorundem Jurnalium, Fratribus rependat Talentum.
- VIII. Kal. *Ebirhardi* Laici.

- Bezecha* Laicæ.  
*Hermanni* Laici. Hic constituit X. Urnas vini in Urebach in Anniversario ejus Fratribus ad Caritatem.
- VII. Kal. *Landoldi* Militis.  
*Gernoldi* Laici, hic dedit Nobis VIII. Jugera agri in Ludenbach Superiori.  
*Elisabeth* Sororis nostræ Congreg.  
*JOHANNIS de SPANHEYM* quondam Præpositi hujus Loci, qui fideliter Rexit Ecclesiam Nostram.
- VI. Kal. *JACOBI* hujus Ecclesiæ olim Præpositi, *Jacobi & Alheidis* Parentum suorum, in quorum Anniversario Conventus habet III. Libras.
- V. Kal. *KAROLI* Imperatoris. Hic Locum nostrum de Libera manu in Regalem Mundeburd. suscepit & cum Privilegiis sublimans, Oppenheim & Heppenheim & vineam in Hofstet in cum omni Integritate Liberali manu tradidit.  
*VOLCMARI* Abbatis.  
*WERNHERI* Comitis. Hic Bybiloz cum Ecclesia & Zullistein cum Portu, & omni integritate, & XCV. mancipia dedit & Prædium suum in Wattenheim, & Vineam in Weinheim.
- III. Kal. *Berolfs* Pueri.  
*Machtildi* Monialis.  
*VOLMARI* Abbatis Hirsaugiens.  
*Ludgardis* Sanctimonialis in Steinbach.  
*ALEHOLFI* Abbatis Fuldenfis.
- III. Kal. *Arnoldi* Laici. Hic dedit Nobis Carratam vini.  
 \* *Grede de Hochhusen* Monialis in Sreinbach.
- II. Kal. *Henrici* Conversi.  
*Hermanni* Mon. & Inclusi.  
*RUPERTI* Senioris Comitis Palatini Reni. Sacri Romani Imperii Electoris & Bavariæ Ducis, qui Nobis Benevolè & gratiosè Oblationes suas & Offertoria sua Personaliter obtulit & præsentavit ad Montem Omnium Sanctorum, in Festo eorundem singulis Annis, & Eo Absente Nobis dari & præsentari postergato omni Subterfugio disposuit, & curavit, vita dum præsens, vegetavit ejus Corporis artus.

## FEBRUARIUS.

- Kalend. *Henrici & Dauconis* Presbyt. & Mon.  
*Craftoni* Militis, qui dedit Nobis Libram & *Sevelingis* Uxor ejus.  
*Nicolai* Molitoris de Heppenheim Confrater Noster, qui multa Bona fecit Monasterio Laurilens.
- III. Non. *CUNRADI* Regis.  
*Jutte* Laicæ.  
*Johannis & Margareta* ejus Legitimæ, qui tradidit Ecclesiæ Crucem, quæ venit ab Alexandria, & crevit ibidem in Terra.
- III. Non. *Dudelini* Conversi & Mon.  
*Szvikeri* Armigeri de Castro Heidelberg.

- Nonas. *Bertoldi & Basilia* de Winheim.  
*Bervvelfi* Presb. & Mon.  
*Theodorici* Conuersi.  
*Reginbodonis* Laici.  
*Adelheidis* de Oppenheim.  
*Elisabeth* de *Stralenberg*, hæc Legavit Conventui XL. mald. Silig.
- VIII. Idus. *GODEBOLDI* Comitis Junioris, hic dedit Vineam I. in Bensheim.
- VII. Idus. *SAMUELIS* Episcopi & Abbatis.  
*Cunradi* Laici.  
*CUNEGUNDIS* Reginae; hæc dedit Gingen ex Integro.  
*CUNEGUNDIS* Abbatissæ.  
*Henrici* de *Narheim* Armigeri.
- III. Idus. *REGINNOLDI* Sacerdotis & Abbatis.  
*Godescalci* Laici.  
*Rudegeri* dicti *Schellenbuch* Armigeri de Heppenheim, qui Legavit Nobis Arma sua & Omnia Bona sua in Heppenheim sita;  
*Hedeuwigis* Legitimæ ejusdem.
- Idus Feb. *HELMERICI* Abbatis. Hic Pavimentum stravit, & Ciborium à Domino *Gudelando* inceptum perficiens, cum Principali Altari, Auro & Argento decoravit.
- XVI. Kal. Mart. *Kunegundis* de *Aschaffenburg*, quæ contulit Sancto Nazario X. flor. in Auro ad unam Monstrantiam, pro Remedio Animæ suæ suorumque Parentum.
- XV. Kal. *DRUTMARI* Abbatis. Hic, istinc Prelatus Novæ Corbejæ, Congregationi, composuit Sermonem & Cantum in Honorem S. Nazarii.  
*CUNRADI* Comitis,  
*Patri* Laici. Hic dedit Nobis dimidiam Hubam in in Lampertheim.  
*Jacobi* Plebani de Birstad.  
*Adelheidis* Conuersæ.
- \* *Elsehua* de *Vinheim* pauperulæ Mulieris, quæ legavit Nobis totum, quod habuit, & erat in valore X. Librarum.
- XIII. Kal. *SIGIFRIDI* Archi-Episcopi.  
*Anselmi*, *Gude* Laicorum. Hic oppignoravit Nobis Res suas in Hemmingesbach CL. marcis.
- XIII. Kal. *Cunradi* Militis.  
*Mathildis* Hæc dedit Nobis Vineam in Winheim.
- \* *Barba* Laica de Waltmichelbach, quæ dedit Nobis Mappam.
- XII. Kal. *RUPERTI* Comitis; hic fuit Maritus Domine *Willisvvinde*.  
*Ebbonis* Conuersi.  
*Hartlibi* Laici, hic dedit Fratribus duo Jugera in Bubensheim.
- X. Kal. *Dude* Laicæ. Hæc dedit Fratribus Stolum Argento textam.  
*Alheidis* dictæ *Gifelherin* quæ dedit Nobis vitulum.  
*Arnoldi* Laici de *Vinheim*, qui Legavit Conventui nostro X. Capones & X. Solidos Hallens. & III. Jugera Agrorum in Heigenesbach cum consensu & Libera Voluntate Uxoris suæ.
- VIII. Kal. *HEINRICI* Præpositi Ecclesiæ Laurissensis.

*Wernheri* & Uxoris ejus.

*Wölfhardi* & *Gute* Uxoris ejus de *Cuingenburg*, hi dederunt annuatim III. maldra Siliginis,

*Hermanni dicti Longi*, qui contulit Nobis dimidium Jurnalena vineæ in *Cuingenburg*.

*Ida* Laicæ de *Narheim* Filia *Arnoldi* Militis de *Stokheim*.

VI. Kal. **HILDEGARDIS** Comitissa de *Kazzenelenbogen*.

V. Kal. *Hermanni de Werle* & *Jute* Uxoris ejus in *Bensheym*, qui Legaverunt Conventui Nostro dimidiam Amam vini annuatim super Vineæ sita in *Heppenheim*, & quando prædictum vinum non datur, tunc prædicta Vineæ cedet Conventui Nostro liberè & solutè.

III. Kal. **SALEMANNI** Abbatis. Hic Nobis Privilegium Libertatis à Tribus Romanis Pontificibus **BENEDICTO**, **JOHANNE**, **GREGORIO** expetiit & Strata pavimenti perfecit, & Moralia in tribus Voluminibus complevit, & ut de reliquis taceamus, scilicet duobus Nolarum circulis, tribus Libris, Ciborio, Cruce magna, quæ omnia velut alter *Salemon* puro vestivit auro, solam Altaris Tabulam fecit XXXII. Talentis purissimi Auri obriztatam, & CCC. Lapidibus decoratam.

*Egilolfi* Mon. & Diac. Hic dedit Nobis Bibliothecam in uno Godice. Duas Carratas Vini. Talentum Argenti & Casulam.

II. Kal. **CANCURI** Comitissæ.

**ANGILÆ** Comitissæ. Hæc Uxor Filii Dominæ **WILLISUVINDÆ** Sancto *Nazario* omnem Dorem suam in *Byrstat*. dedit.

Obiit **PHILIPPUS** Comes Palatin. Reni. Dux *Bavariæ* S. R. Imp. Princeps, Elector, Archi-Dapiferque.

## M A R T I U S.

Kal. Hac Ebdomada celebrabitur Memoria Parentum Fratris *Joannis* de *Wormatia* videlicet *Hartangi*. *Demudes*. *Albeidis*. A quibus Conventus annuatim habet XII. mald. situs.

*Wernheri* Laici. Hic dedit unam Hubam in *Waltenhuson* & duas partes Ecclesiæ in *Berebach* Superiore.

**GEBEHARDI** Episcopi & Abbatis.

V. Non. **BERTOLFI** Comitissæ.

*Joannis* Cantoris Eccles. S. Martini *Wormat.* & *Joannis* Plebani in *Morlebach*, ambo de *Lanisheim*, qui Legaverunt Conventui II. Libras *Hallens.* in Anniversario suo.

III. Non. *Heinrici* Militis, hic dedit nobis XX. Jugera agri in *Rorheym* majore,

III. Non. **RUTGANGI** Archi-Episc. *Metensis*. Hic Locum nostrum primus fundans, Fratri suo **GUNDFLANDO** commisit & B. *Nazarium* Nobis Patronum adduxit.

**BURCHARDI** Abbatis.

*FridERICI* Laici. Hic dedit Nobis alterum dimidium Jurnallem agri in *Rorheym* minori.

*Gozdrudis* Laicæ.

*Lipmudis* Laicæ.

*Cunegundis* Conversæ.

*Lise* Laicæ, de *Stockheim*, quæ legavit Nobis duos Jurnales Vineæ sitos in *Heynesbach*.

II. Non.

- II. Non. *Volquini* Conversi.  
*Heydevvigi* dictæ de *Kranvvelsen*, quæ Legavit Conven-  
tui Libram Hallensium.  
*Dyemonis* Laicæ de *Rorheim*.
- Non. *Friderun* Conversæ.  
*Bude* Laicæ, hæc dedit Nobis pallam Altaris.
- VIII. Idus. *Cunradi* Dapiferis de *Starkenbergo*, qui contulit Ecclesiæ Equum  
suum & Arma sua.  
*Hernesti* Laici. Hic dedit Nobis III. Hubas in Altorf cum om-  
nibus appenditiis suis.
- VII. Idus. *SIFRIDI* Archi-Episc. Mogunt.  
*Folmari* Sacerdotis.  
*Willeburgi* Conversi. Hic dedit Fratribus III. Uncias in Anni-  
versario suo.
- VI. Idus. *FRIDERICI* Presbyt. & Abbatis.  
*Basilie* Laicæ, hujus Maritus *Burkardus* dedit Nobis V. Jurna-  
les Agri in Rorheym majore.
- V. Idus. *Adelberti* Militis.  
*Luzovib.* Laica, hæc cum Viro suo *Heinrico*, Vineam unam  
in Hemysbach Fratribus dedit eo tenore, ut singulis annis, quous-  
que vixerit, in palmis unciam solvat, & post mortem amborum, ex  
integro ad utilitatem Fratrum veniat.
- III. Idus. *HULABERTI* Abbatis. Hic Domino *Reginaldo* Substitutus,  
Cognatos suos plus æquo dilexit, & prædia Monasterii scilicet Hu-  
genheim, Crustilla. Gronovva, Luderbach, Sahsenheim, Burifel-  
den, Heidebach, & vineas in Doffenheim. . . .  
*Ortrudis* Laicæ.  
*Mahtildis* Conversæ.
- II. Idus. *EINHARDI* Abbatis; hic Sancto Nazario Cellam Michilinstat cum  
C. Mancipiis & Omni Integritate dedit.  
Id. Mart. *Crafftonis*. Hic dedit Nobis Vineam in Heimmingesberg.  
*Hic celebratur Obitus Omnium Benefactorum.*
- XVII. Kal. Apr. *Henrici* Laici. Hic dedit dimidium Jugerum Vineæ in Heppen-  
heim.  
*Geruvvin* Laicæ. Hæc dedit in Sahsenheim duas partes Eccle-  
siæ. Hubas XI. Mansos V. Nemus dimidium. Molendinum I.  
XL. Jugera Vinearum & XI. Jugera de prato & mancipia XXX.  
*Hartmanni* de *Cronenberg*
- XV. Kal. *Symonis* Laici. Hic dedit vineam in Heppenheim.  
*Henrici* & Uxoris ejus *Gutæ*. Hi dederunt XI. Uncias ad Ca-  
licem.  
*Guthe* Sanctimonialis.
- XII. Kal. *Lutheri* Laici, hic dedit Curtem in Liuthereshuson, cum Eccle-  
sia & omnibus ad eam pertinentibus, & in Confinibus Locorum.  
Hubas XLVIII. & dimidiam. Jurnales XVI. Vineas III. Mo-  
lendina V. & centum & duo mancipia absque Filiorum Numero.
- XI. Kal. \* *JOANNIS LINCK* olim Præpositi, qui multa Bona fecit Mona-  
sterio, piæ Memoræ, qui etiam comparavit Librum *Catholicon* pro  
V. florenis.

- IX. Kal. *Wernheri* Laici, hic pater *Gerardi* Senioris, dedit Hubam in Waldorfeshufon in usus Ecclesiæ perfolventem I, Talentum.
- VII. Kal. **HEINRICI** Abbatis.  
*Conradus de Dudenburch* pro Remedio Animæ, Vineam in Urbach dedit.
- VI. \* *Joannis Bache* Armigeri de *Mumelingen* & *Elisabeth* Uxoris suæ, qui dederunt II. solid. perpetui Censui in Anniversario eorum.  
*Ezzoni* Militis ex Laico Mon.  
*Moda* Laica, hæc ejusque Maritus *Engilhelmus*, præter unam Puellam excipientes de suis Rebus, omnia, quæ habuerunt, S. Nazario tradiderunt.  
**GERDRUD** Abbatissa.
- V. Kal. **OTTONI** Abbatis.  
*Eberhardi* & *Mezza* Laici, Ortolani nostri.
- III. Kal. *Ertmari* Laici, hic dedit Nobis Cuttem in Lorfa, de qua dabuntur XXX. Denarii.  
*Gertrut.* hæc dedit Vineam in Winheim.
- III. Kal. *Mergoti* Laici. Hic dedit Nobis Equum.  
*Gerbildis* Inclusæ.  
*Herbordi* Conversi. Hic dedit III. Hubas in Gernsheim pro se & Uxore sua.
- II. Kal. *Hedwvigis*, *Alheidis*, *Werendrudis*, *Irmele*, hæc dederunt Nobis Psalterium.  
*Tulmanni* Laici ac Familiaris Nostri, Civis Wormatiensis, hic cum Uxore sua *Gudela*, dederunt Conventui Nostro Omnia, quæ habuerunt, & Journalem vineæ in Heigenesbach, ac domum specialem dictam ad Tiliam in Wormatia.

## A P R I L I S.

- III. Non. Commemoratio Domini **WERNHERI** Archi-Episcopi Moguntini.  
*Gumbirn* Laica, hæc dedit Nobis Vineam in Heppenheim.
- VII. Idus. Non. Ap. **CUNRADI** Præpositi hujus Ecclesiæ, qui bene fecit huic Ecclesiæ.  
**BOBBONI** Abbatis. Hic Calicem Magnum Aureum cum patena, & Stolum Auro textam fecit.
- VI. Idus. *Buoto* Presb. hic Casulam candidam, & Stolum Auro textam dedit, & multa alia intrinsecus & extrinsecus ad Ecclesiæ Ornatum simul & Utilitatem fecit.
- V. Idus. *Adalheri* Presb. hic dum Scolis Nostri præfuit, Libellum de Miraculis Sancti Nazarii composuit.  
*Arnoldi* Laici, hic dedit Nobis Vineam I, in Henningesbach.
- III. Idus. *Wiberti* Laici, hic dedit dimidium Jug. Vineti in Henningesbach.  
*Helevvici* ex Laico Mon. hic dedit dimidiam Hubam in Heppenheim.
- II. Idus. *Symonis* Laici de *Saraponte*, Bonæ memoriæ.  
Idus. Ap. *Petri* Archi-Presbyt. de Bensheim.  
*Hildegundis* Laicæ de *Bensheim*.  
*Ulini* Portarii, qui dedit Nobis I. florenum.
- XVIII. Kal. Maj. **GERTRUDIS** Reginae.  
*Gude* Conversæ.

- Johannis* Laici Bonæ memoriæ, ac Specialis Familiaris Nostri, qui vivens Conventui bene fecit, & post Mortem XIII. Libras Nobis dedit, ad emendum perpetuam Pensionem.
- XVII. Kal. *Ingrammi* Laici. Hic dedit Vineam I. in Henningsbach.
- XVI. Kal. *Engilfridi* Conversi,  
*Edelindis* Laicæ,  
*Dinevvibe* Conversæ.
- XV. Kal. BERTOLDI Comitis Junioris.  
*Matheldis* Laicæ, quæ dedit Nobis dimidium Jugerum Vinearum & Mantellum unum.
- XIII. Kal. Hic Obitus Sancti LEONIS PP. hic Leo PP. XVIII. Kalend. Novembr. consecrans Variam Ecclesiam cum Villa Bettenkircha dotatam, interdixit, ut nullus exceptis Fratribus nostris ad medium Altare Missam caneret, nisi prius Licentiam ab Abbate vel Decano acciperet.  
GODEBOLDI Comitis.
- XII. Kal. *Godefridi* Armigeri de *Lichen*.
- XI. Kal. BERNGERI Sacerdotis & Abbatis.  
VICTORIS PP. III.  
*Arnoldi* Militis de *Stockheim*, qui Legavit Nobis Arma sua & Balteum unum, & II. Jurnales Vineæ sitos in Heimbach.
- X Kal. *Hugonis* Militis, hic dedit Vineam I. in Winheim, & Uxor ejus *Frowecka* Calicem argenteum.  
*Bertholdi*, ex Laico Mon. hic dedit Nobis Hursnium & Equum, & Balteum unum, & Arma sua.  
*Dineburgis* Conversæ, hæc dedit Nobis velum circa Altare.  
*Elisabeth de Menbotesheim*, quæ dedit Nobis Vineam apud Rivum Wantphach sitam.
- VIII. Kal. *Mergardis de Winheim*, quæ Legavit Ecclesiæ XII. Jugera Agri minus quartali, & I. Jug. Vinearum & Domum, de qua X. Solidi, & Hortum, de quo II. solidi dantur annuatim Conventui nostro.  
*Thillemani* Filii Scuteti de Laurissa, qui legavit Nobis Arma sua & XLIII. Hallens.
- VIII. Kal. *Gerhardi* Militis, hic dedit in Leunheim III. Hubas persolventes octo uncias & I. Vineam tantæ Fertilitatis, ut olim Sacramento confirmatum sit, quod decem Carratas daret.
- VII. Kal. HERMANNI Abbatis.  
*Gundelabii* Laici, hic Fratribus Vineam unam in Winheim contradidit.  
*Wernheri* Militis de *Birgenstat*.
- \* *Joannis* quondam Coci Domini Præpositi, qui dedit Conventui omnia Bona sua, & hoc erat in valore XII. Librarum.
- VI. Kal. *FridERICI* Laici, hic dedit Nobis Vineam unam in Heiminesbach,  
*Guda* Sanctimonialis,  
\* JOHANNIS AMELLE quondam Præpositi Ecclesiæ Laurissensis,  
\* *Ulrici de Lindensfels* Militis, ac *Cunegundis* ejus Legitimæ, hi dederunt Ecclesiæ duas Vineas, in Hemmesbach unam, & aliam in Ludenbach, cum uno Prato, & centum Libras Hallenses.
- III. Kal. ADALBERTI Episcopi & Abbatis, hic Gernheym ex Integro dedit.

- III. Kal. **RAFFOLDI** Comit̄is, hic Totum, quod habuit, in Winheim dedit, cum XLIII. Mancipiis.  
*Raffoldi* Laici, hic etiam Prædium suum dedit in eadem Villa & VI. Mancipia.  
*Waltheri* Laici de *Stockheim*.  
*Alheidis* Uxoris *Gerlaci* de *Heppenheim*, qui ibidem pariter tradiderunt Ecclesiæ, Omnia, quæ habuerunt.
- II. Kal. *Henrici* Laici & Militis.  
**HILDEGARDIS** REGINÆ.  
*Ludevici* quondam Scuteti in Laurissa, qui dedit Conventui VII. Uncias Hallenf. & V. Cappones super Domum Lapideam & Hortum ibidem.

## M A J U S.

- Kal. *Mechtildis* Laicæ, hæc dedit partem Vineæ in Benheim.
- VI. Non. **DIEMONIS & UDALRICI & BERTOLFI** Abbatum. Hi Monasterium consecrare fecerunt.  
*Geroldi* Senioris, Hic Nobis Equum dedit.  
*Machtildis* Conversæ.
- V. Non. *Burchardi* Militis, ex Laico Mon. & Subdiac.
- III. Non. **MAZELINI** Presb. & Abbatis Burensis.  
*Goteberti* Laici. Hic dedit Vineam I. in Heimesbach.
- III. Non. *Wilhelmi* dicti *Straz* Decani Ecclesiæ S. Victoris extra Muros Moguntinenses, qui contulit huic Ecclesiæ prætiosum Ornatum, cum omni suo Apparatu, & cum hoc donavit XL. florenos in Auro, pro una Cappa serica, ob Remedium Animæ suæ, & Omnium Parentum suorum.
- Non. Maj. **OTTONIS** IMPERATORIS. Hic Nobis Privilegium Libertatis dedit in Heimesbach, & XXX. Hubas in Bruomath, & Mercatum in Wizenloch: Hic etiam constituit, ut inter Ministeriales & Familiam in Bruomath compositio, quæ vulgò dicitur *Wette* in qualicumque causa, non nisi ad III. Denarios illius monetæ procedant.
- VIII. Idus. **OGONI** Abbatis. Hic Nobis Privilegia Libertatis à Romano Pontifice **LEONE** impetravit, & omnimodis Fratrum Utilitatibus prospiciens, verus Pater Monachorum & dicitur & esse curavit.  
**GEROLDI & FOLCNANDI** Abbatum.  
*Henrici* de *Immehagenhove* in Moguntia, qui Legavit Libram Hallenf.
- VII. Idus. **BRUNINGI** Abbatis, Hic Ornatum Ecclesiæ in Cappis adauxit & Bertenkircha acquisivit.  
*Hildeberti* Laici, hic dedit Vineam in Heimesbach, de qua solvit Uxor sua VI. Denarios dum vivit; ea mortua in usum Fratrum.  
**SYMONIS** Episcopi Wormaciensis, qui dedit Nobis maldrum Papaveris, in Anniversario ejus super Hortum Tulivesheim, & III. Uncias.
- VI. Idus. *Adelhardi* Laici; hic dedit Nobis Vineam in Heppenheim.
- III. Idus. *Elisabeth* Conversæ.  
*Margareta Guesegerne*, quæ dedit Nobis II. Pallas.  
*Getzen* de *Lindensels*, quæ dedit unam Pallam.

- Id. Maj: *Hugoni* Sacerdotis. Hic dedit Nobis dimidiam Hubam in Hete-  
nesheim Fratribus persolventem XV. maltaria, ut Fratres exinde in  
die Obitus sui habeant servitium.  
*Wernheri* Scriptoris Wormatiensis Ecclesie, Familiaris nostri.
- XV. Kal. Jun. *Anselmi* ex Laico Monachi, hic primò Cellam Nuvenburg  
fundavit.
- XIII. Kal. *Hugoni de Lambertheim*, qui dedit Nobis Vineam in Hei-  
nengesbach.
- XIII. Kal. *RICHARDI* Presbyteri & Abbatis.
- XII. Kal. *Rentuvvini* Conuersi.  
*Agnētis* Sanctimonialis.  
*Alheidis* Matris, & Familiaris Nostræ de *Sahsenheim*, quæ &  
sua dedit Monasterio Laurissensi.
- \* *VLRICI* dicti *ECHTER* olim Præpositi hujus Loci, qui multa Bo-  
na fecit huic Monasterio.
- XI. Kal. *Berchtoldi* Laici. Hic dedit Nobis Vineam unam in Sundernbach.  
*Kraftonis* Armigeri de *Suntheim*, qui dedit Nobis Equum &  
Arma sua.
- X. Kal. \* *Henrici* Armigeri de *Sovinheim* & ejus Legitimæ, qui viven-  
te corpore, & sano, DEO & S. Nazario Omnia Bona sua immo-  
bilia Jacentia & situata in terminis Bensheim, in valore mille floren-  
orum, liberè & matura Voluntate contulit, & dedit, ob Reme-  
dium Animæ suæ, & suæ Legitimæ.
- VI. Kal. *Conradi* Laici. Hic dedit pro Remedio Animæ suæ, III. Jugera  
Agri in Rorheim majore, ea Conditione, ut Uxor sua quamdiù vi-  
xerit, persolvet in Festo S. Michaëlis Fratribus unum *Hatheit* Tritici  
& dimidium & si Heredes post mortem Uxoris dare neglexerint,  
Fratres exinde facient quod voluerint.
- III. Kal. *BABBONI* Abbatis.  
*LUTFRIDI* Abbatis.
- III. Kal. *Wolfgangi* Militis.
- II. Kal. *Ludevvici* Militis. Hic dedit Nobis dimidiam Hubam in Lang-  
vvandin.  
*Izmanni* Laici. Hic dedit Vineam unam in Heppenheim.

## JUNIVS.

- III. Non. *Cunradi* Laici. Hic dedit Nobis Equum & Arma sua.  
*LUTGARDIS* Comitissæ.
- II. Non. *CUNRADI* IMPERATORIS. Hic dedit S. Nazario Omne suum Re-  
gale Jus, & Mancipia ad Sannita pertinentibus.  
*Adelrudis* Laicæ, hæc dedit Nobis Vineam in Burekhelden.
- Nonas. *Eingilfridi* Presbyteri, hic dedit Fratribus, Proprietatis suæ Villam  
Wizerichestal dictam, sitam in monte Burekhelden.  
*GODEBOLDI* Abbatis S. MARIE Amorbach.  
*Ruberti* Militis.
- III. Idus. *FRIDERICI* IMPERATORIS.  
*Rudegeri* Conuersi.  
*Emichonis* Laici. Hic dedit Nobis Equum & Arma sua.  
*Mergardis* Laica. Hæc dedit Nobis Uncias II. Hallensium.

- II. Idus. *Gude* Sanctimonialis.  
*Mechtildis*, quæ viva, dedit Nobis Casulam.  
*Cunradi* Laici; hic dedit Nobis Dimidium Jugerum Agri in Vurbach.
- XVIII. Kal. Jul. GERHARDI Abbatis.  
*Berzvelsi* Laici. Hic dedit Fratribus unam Vineam pro Remedio Animæ suæ, in Heimesbach.  
*Ludevici* Laici. Hic & Frater suus *Nibilunc* dederunt Nobis Pratum unum in Heppenheim.
- XVII. Kal. HENRICI Primi Præpositi hujus Congregationis, de Ordine Præmonstratensium, & BURCHARDI tertiæ Præpositi ejusdem Ordinis.
- XIII. Kal. *Mechtildis* Laicæ, hæc dedit Nobis Jugerum Agri in Gernsheim, juxta Frenkenevelt.  
*Folmari* Opilonis Nostri, qui Legavit Conventui Nostro VI. Uncias Hallens.
- XIII. Kal. *Johannis* dicti *Neisegast*, qui Legavit Conventui in perpetuum XX. Maldra Siliginis super Bonis suis in Gernsheim sitis.
- XII. Kal. LUDEVVICI IMPERATORIS; Hic Nobis Privilegium Libertatis & Lauginiga ex Integro, & Ecclesiam in Siggenheim dedit.
- XI. Kal. *Agnētis* Familiaris & Hospitæ nostræ de Moguntia.
- X. Kal. ADELBERTI Archi-Episcopi.  
*Wolframmi* Laici. Hic dedit Nobis Hubam unam in Rorbach.
- VIII. Kal. ARNOLDI Archi-Episcopi Moguntini.
- VII. Kal. ANHELMI Abbatis. Hic Pater, in monte Habrahæ, pro desiderio Regni Celestis, & in augmentum Honoris hujus loci, novam Cellam construxit, & decem Fratribus necessaria sufficienter inibi acquisivit, & S. Nazario Optimam Cappam Auro textam condonavit, & Fratribus ad Karitatem Caratam vini in Festivitate S. Nazarii constituit, & dimidium Talentum in Festo Pentecostes, & maldrum Caseorum, & centum Ova & Talentum in Anniversario ejus contradidit.
- V. Kal. *Lukardis* Laicæ de *Hemminingesbach*, quæ dedit Conventui Jugerum vineæ.

## JULIUS.

- Kalend. HEINRICI Abbatis.  
*Hartmanni* Adolescentis de *Lampertheim*, quæ dedit Nobis duo Jugera Agri, & Equum.  
*Cunradi* de *Wwinheim* & Uxoris ejus *Adelheidis*, qui dederunt Albam.
- VI. Non. MEGINHARDI Abbatis.  
 \* *Hartmanni* Armigeri.
- V. Non. *Engilmari* Laici. Hic dedit Nobis Partem Vineti Bennesheim.  
*Agnētis* Dapiteræ de *Wwinheim*, quæ dedit Nobis Albam.
- III. Non. *Margareta* Laicæ, Uxor quondam Domini *Hartmanni* de *Cronenberg* Burgravius in *Starkenbergo*, quæ Legavit Conventui CC. Libras Hallens. pro Remedio Animæ suæ, & suorum Parentum videlicet *Cunradi* dicti *Wvisriht*, & *Petrissa*.
- III. Non. *Hadevvigis* & *Hazzege* Laicarum, hæc dederunt S. Nazario duas Pallas Altaris, & Mensale.

- VIII. Idus Julii. *Friderici* Presbyteri & Abbatis.  
*Hartmanni* dicti *Beyer*, Burgravii quondam in *Starkenber*  
*& Grede* Uxorij ejus, qui dederunt S. Nazario Pannum de Ge-  
 nealogia & de Infantia Salvatoris ac de Passione ejus, & Casulam,  
 & prædicti Pannus & Casula, sunt in Valore XXXIII. florenorum.
- V. Idus. *Herbordi* Militis de *Vrberg*, qui Legavit Nobis III. Maltra  
 Tritici annuatim.
- III. Idus. **HEINRICI** IMP. Hic Nobis Privilegium Libertatis dedit & Ditti-  
 nesheim, Bannumque Silvarum, & Mercatum in Oppenheim, &  
 Edictum inter Nos & Wormatiam fecit.
- II. Idus. **SIGEHARDI** Abbatis. Hic constituit Fratribus in Anniversario  
 suo, Octo uncias de Decimatione in Hantschuesheim.
- XVI. Kal. *Gerdrudis* Inclusæ.
- XI. Kal. **BERTHOHI** Sacerdotis, & Abbatis Fuldenfis.  
*Bertoldi* Laici. Hic dedit Nobis vineam in Hennesbach, in  
 Monte, qui dicitur Alterberc.
- III. Kal. **CONRADI** Abbatis.
- III. Kal. **ADALBERTI** Abbatis; hic Fratribus ad Supplementum Servitii  
 ipsorum in Julio, constituit annuatim dari Caritatem vini in Hep-  
 penheim, pro qua Dominus Abbas **ANSHELMUS** dedit vineam unam  
 in Heppenheim.  
*Elisabetha* Begginæ.

## AUGUSTUS.

- Kalend. **GERBODONI** Abbatis, hic Nobis Privilegium Libertatis à Romano  
 Præsule **SILVESTRO** expetiit & Pavimentum usque in medium per-  
 fecit, & Utilitatibus Ecclesiasticis solertissimè invigilans, Calicem  
 magnum aureum, Lampadesque quatuor argenteas, aliæque per-  
 plura dando, Ornatus Ecclesiæ adauxit, & Edificia quamplurima  
 circumquaque Augmentavit & Construxit.
- III. Non. *Basilie* Puellæ, hæc dedit sex Jugera Agri in Winheim.
- Nonas. *Stephani* Militis de *Cuvingenburg*, qui Legavit Nobis Bona  
 sua in Velden.
- VII. Idus. **HEINRICI** III. IMP.  
*Jude* Sanctimonialis.
- VI. Idus. *Wolframmi* hic dedit Nobis III. Jugera Agri in Superiori Ror-  
 heim, pro remedio Animæ suæ.
- V. Idus. **CUNONI** Ducis.
- III. Idus. *Theoderici* de *Sahsenheim* Familiaris Nostri, qui contulit omnia  
 quæ habuit, Ecclesiæ Laurisheimensi.
- II. Idus. *Petri* Cerdonis & *Alheidis* Uxorij suæ, qui dederunt unam Al-  
 bam & tres Pallas.
- XIII. Kal. **LUDOVICUS** REX Junior. Hic in Winheim Hubas III. ex toto  
 tradidit sibi Sepulturam juxta Patrem in Ecclesia Elegit.  
*Ida* Laicæ, quæ Legavit Conventui Tunicam valentem IX. uncias.
- XII. Kal. *Joannis* Præpositi de Wisserat, Canonici Ecclesiæ Moguntinæ, qui  
 dedit Nobis Calicem argenteum.
- X. Kal. **ENGILBERTI** Abbatis.
- VIII. Kal. **ADALUNGI** Abbatis. Hic auream Crucem cum præciosissimis La-  
 pidibus perornans, Altare Dominicum III. Tabulis argenteis inclu-  
 sit. & alia fecit ejusdem Operis.

- Eberhardi* Laici, qui dedit Nobis omnia Bona sua in Agris, & Vineis, & de illis Bonis, dedit Conventui II. Jugera Vinearum.
- Godefridi* Sacerdotis in Florido Horto Professi; pro Reformatione hujus Monasterii huc directi.
- VIII. Kal. *Arnoldi* Laici. Hic dedit Fratribus Vineam in Hemmesbach.
- ELYSÆ* Comitissæ. Hæc dedit Nobis Prædium II. Libras per solventem.
- Conradi* dicti *Echter* Armigeri, qui dedit Nobis X. flor.
- Luckardis* Laica, hæc dedit Nobis Vineam I. in Weinheim.
- VI. Kal. GERLACI Præpositi hujus Congregationis.
- V. Kal. LUDEWICI II. IMP. hic dedit Nobis Privilegium Libertatis, & Navim Wormaciæ, & Prædium suum in Schem, & Bickenbach, Cauben, Gozbodesheim, cum CXLV. Mancipiis.
- Gyselheri* Laici, hic dedit Jugerum Vinearum & Carratam Vini.
- III. Kal. *Judæ* Laicæ, hæc dedit Nobis Curiam in Bennesheim solventem XV. Denarios & II. Capones in festo S. Martini & V. Jugera Agri in Campo, qui dicitur Hegenheim.
- III. Kal. *Godefridi* Stammelarii, dedit Nobis Equum.
- WILLISUVINDIS DEO Sacrata. Hæc cum Filio suo CANCURI Comite, Prædium suum Laurissam, Archi-Episcopo Merensi Ruotgango, ad Instituendam Monachicam Vitam dedit, & Hagenheim ex integro, Mansumque unum in Moguncia cum V. mancipiis, & Basilicam in Scarra, cum XV. mancipiis, ad supplementum dedit.
- Machtildis* Laica.
- II. Kal. *Wernheri* Conversi.
- Gerhardi* Militis. Hic pro se, & Patre suo dedit Hubas V. Areas III. virgales II. & vineam I. in Walahesttat minore.
- \* PETRI Sacerdotis de LORCHE, quondam Præpositi hujus Ecclesiæ, qui multa Bona fecit huic Ecclesiæ.

## S E P T E M B E R.

- III. Non. LIUTHERI Episcopi & Abbatis.
- FRIDERICI Illustris Pueri. Hic Filius *Conradi* Palatini Comitis de Reno.
- Cunonis* Laici. Hic dedit Nobis Equum in prætio trium Talentorum.
- II. Non. Hic celebratur Anniversarius quondam *Rudolfi*, qui fuit Pater *Gudelmanni* Archi-Presbyteri in Bensheim, de quo habemus post decessum ejusdem *Gudelmanni* V. mald. Siliginis.
- Nonas. HEMIRCHONI Comitis; hic Filius *Cancuri* Comitis; Facta de hoc Loco quasi hæreditaria Proclamatione in præsentia Magni KAROLI, abdicavit se de hoc eodem, visa & recognita Parentum Traditione; unde & apud Nos habetur certa Evindicatoria ab ipso Rege tradita.
- Hartlibi* Conversi, hic dedit Nobis Vineam in Winheim.
- VIII. Idus. *Lukardis* Puellæ.
- Demudis* Laicæ, hæc cum Viro suo, dederunt Nobis II. Jurnales vineæ in Winheim.
- VI. Idus. *Abbonis* Laici, hic dedit Fratribus vineam unam in Bennesheim pro Remedio Animæ suæ, & Velum bonum ad Ornatum Ecclesiæ.
- IIII. Idus.

- III. Idus. *MARQUARDI* Abbatis.  
*Eberhardi* Laici. Hic dedit Nobis Vineam I. in Wynheim.
- XVIII. Kal. Oct. *LULLI* Archi-Episcopi.  
 \* Commemoratio *Hildegundis* quondam Beginæ Wormaciensis, quæ fundavit Missam & III. Anniversaria in Anno.  
 \* Item *EBERHARDI* de *WASEN* Præpositi Laurissenf. Ecclesiæ, qui multa Bona administravit huic Ecclesiæ.
- XVII. Kal. *Walberti* Sacerdotis; hic Fratribus Hubam in Blanckestat dedit, *Sifridi* Militis. Hic dedit Nobis Militaria Arma.
- XVI. Kal. *Emmehardi* Campanarii in Heppenheim; hic dedit Nobis unum Jugerum Vinearum in Ovenberch, & quartam partem Vineæ in Berrendal.
- XIII. Kal. *Heilevvibis*. In hujus Anniversario dabuntur Fratribus III. Unciæ de Decima quadam in Henscuesheim.  
*Jutte* Sororis nostræ, hæc dedit Nobis Vineam I. in Bennesheim.
- XIII. Kal. *Henrici* Militis de *Henscuesheim*, qui dedit Nobis II. Lib. Hallenf.  
 \* *Eberhardi Schabel* de *Bobenhausen* Præpositi hujus Ecclesiæ.  
 \* *Alheidis* Pincernæ de *Erpach*, quæ dedit Nobis pro Remedio animæ suæ XX. flor. & Pittarium argenteum cum coopertorio argenteo in valore VII. florenorum.
- XII. Kal. *DEGINHARDI* Abbatis.
- IX. Kal. *Hermannii* Laici. Hic dedit Nobis unum Jugerum & dimidium Vinearum in Ludenbach.  
*Bervvelfi* Laici. Hic dedit nobis vineam unam in Hemmesbach.  
 Dominæ *Hildegardis* de *Bingia*.
- VIII. Kal. *PIPPINI* REGIS.  
*Adelheidis*, pro hujus Anima dedit *Godefridus* maritus ejus Vineam in Heppenheim.
- V. Kal. *Hilderici* Laici, hic dedit Nobis vineam in Heppenheim, unde Heredes sui dant duas Sittulas vini.
- III. Kal. *LOTHARII* IMP. Hic dedit Sancto Nazario Prædium suum in Gamita.  
*HEINRICI* Abbatis. Hic dedit Calicem deauratum, Turibulum aureum, Buccinam argenteam, ampullas argenteas, ad Ornatum Altaris; & vineam in Hemmesbach in Anniversario suo usui Fratrum constituit: præterea XIII. Cappas. III. Casulas, Dalmaticam, Stolas II. auro textas, & III. simplices ad decus Ecclesiæ contulit, Muros dirutos restauravit, Pontem exstrui, pluraque ædificia intus & Foris renovari fecit, ac cellæ in Nivvenburg tam in ædibus, quam in Possessionibus prospexit plurimum.
- II. Kal. *Buobboni* Militis.  
*Eberhardi* Laici, hic dedit nobis vineam unam in Cellen.

## OCTOBER.

Kalend. *RICHBODONIS* Archi-Episcopi & Abbatis. Hic primus Claustrum nostrum Muris circumdans, & Dormitorium cum Ecclesia triplici ante ipsam fundans, Cancellam hinc inde, circa Requiem Auro & Argento mirificavit, pavementumque sublimans, coram Altari decoravit.

- Bertholdi* Laici, hic dedit Nobis Prædium suum in Keveridal.
- VI. Non. **ARNOLDI** Episcopi & Abbatis. Hic Variam Ecclesiam per **LEONEM** Papam consecrari fecit, Casulamque candidam cum Cappa, & I. Dorfali dedit, & Ecclesiam in Hanscuesheim construxit.
- V. Non. *Wilhelmi* Militis de *Priz*, Burgravius in Starckenberch, qui Legavit Nobis Equum & Arma sua cum Balteo.
- III. Non. **HEINRICI** IMP.  
*Drudela* Conversæ.
- II. Non. *Rapodoni* Militis.
- VIII. Idus. *Bertholdi* de *Gellenheim* Familiaris Nostri, hic contulit annuatim Conventui decem maldra Siliginis in perpetuum.
- VII. Idus. *Arnoldi* Diaconi, hic Oratorium S. Stephani in Ebrinesberc Fundavit, & Consecratione impetrata, eam cum Huba una in Hanscuesheim, Dotavit.  
*Cunradi* dicti *Ricahenbeche*. Hic dedit Nobis dimidium Jurnallem vineæ in Bennesheim.
- VI. Idus. \* Obiit Venerandus Dominus Præpositus **JOANNES MURER** de Spira.
- V. Idus. **BRUN.** Archi-Episc. & Abbas. Hic Turibulum magnum argenteum, duosque Nolarum Circulos fecit, à Fratre suo **OTTONE XXX.** Hubas in Brumat Sancto Nazario dari expetiit.
- III. Idus. *Adilberti* Laici, hic dedit Nobis dimidium Jurnallem vineæ in Heppenheim.
- III. Idus. **REGINBALDI** Episcopi & Abbatis. Hic singularis Pater Pauperum. Urnam argenteam fecit, & Altare ad Crucem, Tabulis argenteis cinxit, Faciémque Templi Dorfalibus, Coronis, Nolarum circulis, Candelabris, Fornicibus, Crucibusque argenteis, & Omni Decore Ornavit, & in Ebrinesberc Monasterio & Claustro Fundato, Crucibus cum Tabulis fabrefactis, ceterisque Ustensilibus Decoravit, Monachorum Congregationem inibi coadunavit.
- XVII. Kal. **RUDOLFI** Ducis.  
*Rathamari* Laici; hic dedit Vineam unam in Hemmesbach.  
*Abbonis* Laici, hic dedit III. Jugera in Rorheim minore.
- XVI. Kal. *Godefridi* Laici, hic dedit Vineam I. in Urbach.
- XV. Kal. **LICHARDIS** REGINÆ.  
**THIATROH** Abbas, hic Ecclesiam in Oppenheim & Monasterium in Abrinesberc fundotenus Erexit.  
*Walko* dedit Hubam unam in Bubeneshheim.
- XIII. Kal. *Gerhardi* Militis de *Schoënbürg*. Hic dedit Nobis Vineam unam in Wynheim; in vico, qui dicitur Vestinbach cum adjacentiis suis: modo solvuntur XV. Casci.
- XII. Kal. *Arnoldi* Militis de *Heidelberc*.
- XI. Kal. *Heinrici* Laici, hic & uxor ejus dederunt Sancto Nazario dimidiam Hubam in Bibiloz.
- X. Kal. **HILDEBERTI** Abbatis.
- VIII. Kal. Anno Domini **MCCCXXXIII.** obiit *Hartmudus* Miles de *Cronenberg*, Burgravius in Starckenberg, qui multa Bona vivens fecit & in extremis contulit nobis.
- VI. Kal. *Wilhelmi* Scolaſtici S. Pauli Wormaciensis.  
*Berovelfi* de *Laudenburg*; hic dedit Ecclesiæ omnes Agros suos in Ziluelsheim & Vineam in Luzzelfassenheim sitam in Langenvvende. Item dedit Bonam Casulam.

III. Kal. WERNHERI Abbatis.  
ADAM Abbas Præmonstratensis.

## NOVEMBER.

- Kalend. *Cunegundis*, quæ dedit Nobis Lineum pannum ad Albam.  
\* ANTONII BOEHLEI Præpositi hujus Loci.
- III. Non. *Gelphardi* Laici, hic dedit vineam & Jurnallem I. in Winheym  
ut in die Obitus sui Fratres reficiantur.  
\* CONRADI de DALHEIM Præpositi Ecclesiæ Lauriffensis.
- II. Non. *Ebirhardi* Laici; hic pro Remedio Animæ suæ contulit Nobis II.  
Talenta puri Argenti.
- VIII. Idus. \* *Erckengeri de Rodenstein* Illustris, & *Hilgardis* ejus Legi-  
timæ, qui dederunt Nobis Partem Areæ in Bidenbach.
- VI. Idus. *Heilmannus* de *Molle* de Sahsenheim, qui Legavit Conventui  
X. Solidos Hallens.
- III. Idus. BERTOLDI Sacerdotis & Abbatis.  
CUNRADI. Hujus Loci Præpositi.  
*Gebbe* Laicæ, hæc dedit Nobis Vineam unam in Heminesbach.
- III. Idus. *Gerlaci* de *Heppenheim* Confratris nostri, qui Contulit Eccle-  
siæ omnia, quæ ibidem habuit.  
*Herbonis* Laici; hic dedit Nobis Pallam Altaris auro textam.
- XVIII. Kal. Dec. BEATRIX IMPERATRIX. Hæc dedit Nobis præciosum Dorsale.
- XVII. Kal. *Arnoldi* Filii Militis de *Stocheim*, qui Legavit Nobis Arma sua,  
& duos Jurnales Vineti in Heimbach.
- XVI. Kal. *Sigifridi* Laici, hic constituit Nobis L. Libras Argenti super Bonis  
suis in Verbach.  
\* Pia Memoria Domini PETRI HEYN Abbatis Præmonstratensis.
- XIII. Kal. *Mechtildis* de *Gellenheim* Soror *Bertoldi* Familiaris nostri,  
quæ contulit Ecclesiæ octo Libras Hallens.
- XI. Kal. *Hermanni* Laici, hic dedit Nobis Vineam in Winheim.
- IX. Kal. *Engilhelmi*. Hic est Engilhelmus, Dominae *Mede* Maritus.  
RACHILDIS Deo sacrata, hæc Soror HENRICI Comitis, dedit  
quicquid Dienenheim & Sunnenheim habuit.
- VIII. Kal. UDALRICI Abbatis. Hic nobis Privilegium Libertatis à Roma-  
no Pontifice ALEXANDRO impetravit, & in proxima Insula renovans  
Dei servitium, & ipsum Locum Monasterium in Abrinesbere mul-  
tiplicibus Donis fecit conspicuum, sub hoc etiam Locus hic, Tiran-  
nicæ Dominationi addictus, & pœnè quodammodo dejectus, sed  
annitentibus quamplurimis Sanctæ Dei Ecclesiæ Fidelibus, in brevi-  
bus Dei Gratia ad pristina Libertatis statum est revocatus & erectus.
- VII. Kal. *Rudolfi* de *Gernsheim*, qui dedit Ecclesiæ nostræ ad valorem  
L. Librarum Hallens.  
*Cunradi* Laici, hic dedit nobis III. Jugera Agri in Gernsheim, ea  
videlicet Conditione, ut ab Heredibus duo maltaria tritici inde per-  
solvantur in Dedicatione.
- V. Kal. MEGINGAUDI Abbatis.  
*Billungi* Conversi, hic dedit Ecclesiam in Cellen cum Vineâ &  
Agros in Heimesesbere, de quibus solvantur Fratribus LXX. Ca-  
pones in Festo S. Martini.  
*Adelheidis* Conversæ.

- III. Kal. *Fronoveche* Laicæ, hæc dedit Nobis Vineam unam in Wynheim & Calicem argenteum.
- III. Kal. *Hartlibi* Laici, hic pro Remedio Animæ suæ contulit nobis XXXX. maldra Siliginis.
- II. Kal. *Cunradi* Familiaris de Heppenheim, hic dedit maldrum Papaveris perpetuæ, in Hortis in Laurissa.

## D E C E M B E R.

- II. Non. ANNO Archi-Episcopus.  
LOTHARIUS Religiosus IMP. cujus Auxilio recepimus Prædium nostrum in villa, quæ dicitur Gamut.
- VII. Idus. OTTO (II.) IMP. hic dedit Nobis Privilegium Libertatis.
- V. Idus. *Erinfridi* ex Laico Mon. hic dedit Nobis V. Hubas in Nipha, ante Urbem ejusdem Nominis.  
*Adelindis* Laicæ, hæc dedit Nobis Vineam in Hanscuesheim.
- III. Idus. ARNOLDI IMP. hic Nobis Privilegium Libertatis dedit, & Bruomat ex Integro & Prædium suum in Rockesheim & Sunthove.
- III. Idus. TESSILO Dux, ex Laico Mon.  
*Hazeche* Laicæ, hæc dedit Nobis Vineam unam in Ludebach.
- XVII. Kal. *Jutte* Laicæ, hæc pro Remedio Animæ suæ, dedit Nobis Censum, IX. uncias annuatim in Celle apud Gronovve.  
*Cunradi* Militis, qui dedit Nobis Equum.
- XVI. Kal. ADELHEIT IMPERATRIX.  
\* *Wolframmi & Luzzæ* Uxoris ejus de Wormatia, qui dederunt Nobis Omnia Bona sua.
- XV. Kal. GUNDELANDI Primi Abbatis. Hic Bona Posteris suis quærens, in Manus gloriosi Regis CAROLI tradidit hunc Locum sibi à Fratre commendatum, & rursùm ab Eo recepit Privilegiis sublimatum, istudque Templum, quod à Fundamentis Erexit, Consecrari fecit.
- XIII. Kal. *Jutte & Egelburgis*, quæ dederunt Nobis II. Oves.
- XIII. Kal. BERINGERI Abbatis.
- XII. Kal. *Burchardi* Conversi. Hic Pater *Gerardi* Junioris, Hubas III. in Keverental dedit, quarum unaquæque in usus Ecclesiæ XII. Maldra Siliginis persolvit.
- X. Kal. CUNRADI REGIS, hic Nobis Privilegium Libertatis dedit, & Ecclesiam in Virheim cum silva & omnibus ad eam pertinentibus, Prædium suum in Wattenheim & Henscuesheim.  
\* *Bigela* Laica de Wormatia, quæ Legavit Conventui annuatim III. maldra Siliginis.
- IX. Kal. GEROLDI Abbatis.  
\* *Margareta* de Heppenheim, quæ dedit Ecclesiæ III. Equos & Currum, & Sacristiæ Tapetium in valore VIII. & C. Librat. Hallens.
- VIII. Kal. GODEFRIDI Ducis.
- VI. Kal. BERTHA IMPERATRIX. Hæc Uxor HENRICI III. IMP.
- III. Kal. *Mergardis* Laica; hæc dedit Nobis Albam & Pallam.



Engilhard. Starcheri. Walderich. Snelhard. Buobo. Ebo. Ederam. Roho. Sigebraht. Gumbraht. Wignant. Erchembraht. Bobbo. Ruorbraht. Bobbo. Gumbraht.

III. Non. Februarii fecit abnegationem Prædii nomine Helespach, quod est situm in Iffingouvo in Comitatu *Ramvoldi* Comititis, pro X. Talentis, quæ dederat *Heinricus* Abbas Babenbergensis in eodem Loco in præsentia *EBIRHARDI* primi ipsius Sedis Episcopi. Hi sunt, qui præsentibus fuerunt. *Otto* Comes. *Ebo* Comes. *Ramvoldus* Comes. *Gozvin*. *Stacco*. *Arnold*. *Sigiloch*. *Ernost*. *Bertolf*. *Cunrad*.

## III.

*Traditio Meginhardi Episcopi.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Noverit Ecclesiæ totius præsentis scilicet & futuræ ætatis Universitas, quod beatæ Memoriam *MEGINHARDUS* Wirceburgensis Ecclesiæ Antistes, Officio Sacerdotali debitor Ecclesiasticis servire Functionibus, Ecclesiam Rodeheim in honorem Sancti Petri Principis Apostolorum consecravit, eamque sui gratia Beneficii, Decimatione videlicet ipsius Loci Rodeheim & Vuanlibuhuson, Legaliter Dotavit; cui in stabilitatem & inconvulsam statuti sui Præsidium, Pontificali Jure sub Banno suo, Pacis indixit, per cunctas retro Generationes, soliditatem, ne quis Episcoporum in Posteris superveniens illud audeat dissolvere, cum per Bannum Antecessoris sui audierit stabilitum fore. Hoc Actum est MXXII. Dominicæ Incarnationis Anno. Indiçt. V. VII. Idus Novemb. astante *HEINRICO* Abbate Loci ipsius Provifore, istaque omnia tum Jubente, jam dicto Præfule Meginhardo, Litteris commendare, ne Posteritatem, Acta præsentium valeant latere, Amen. Fiat, Fiat.

## IV.

*Udalrici Militis Renuntiatio solennis super Prædio Scerstein.*

**N**OVERIT Omnium Fidelium tam moderna Ætas, quàm successura Posteritas qualiter *UDALRICUS* quidam, *LUITPOLDI* Magontiensis Episcopi Miles, Majestatis Reus est factus, & Imperiali Censura piissimi Imperatoris *HEINRICI* III. in Exilium proscriptus, cujus proscriptionis Lege diu in Italia religatus, nulla satisfactione, nulloque Amicorum suorum interventu receptionem Patriæ aut Imperialis Clementiæ Reconciliationem prius poterat obtinere, aut Beneficium suum à supradicto Præfule, quam Proclamationem & Justitiam de Prædio Scerstein dicto, quam adversus Abbatiam S. Michaëlis in Babenberihc habuit, ex tunc & deinceps Legitima Professione abjecit, & Nummum Confirmationis, ut Lex postulabat accepit; huic ergo Legitimæ Abrenuntiationi Testes, quorum Nomina infra continentur, interfuerunt & à supradicto Præfule in Testimonium Contractus, ut absque omni hujus Proclamationis Calumnia, prænominata Abbatia jam deinceps quæta sit & absoluta.

Testes itaque sunt hi *Hecil*. *Rothart*. *Gotebolt*. *Francho*. *Rodewin*. *Egezo*. *Nannelin*. *Heinrih*. *Megingoz*. *Swiger*. *Huch*. *Adelbraht*. *Nantheri*. *Hardewin*. *Ruodger*. *Hartman*. *Ruothart*. *Starcherat*. *Gisellbraht*. *Gundelah*. *Gotefrit*. *Hardewin*. Facta sunt hæc Magontia in Præsentia præfati Clarissimi Præfulis *LUITPOLDI* præfente Legato Gloriosissimi prælibati *HEINRICI* Imperatoris III. nomine *LUTIGERO*, ad hoc ipsum Negotium ab eo missõ. Anno Incarnationis Domini MLII. Indiçt. V. V. Idus Junii. V. Feria in Pentecoste. XIII. Anno Regni jam dicti Imp. *HEINRICI*, Imperii autem ejus III. Anno: primo verò Episcopatus Anno, jam supra dicti Archiepiscopi.

## V.

*Sententia Lata in Udalricum Militem ob Usurpatum  
denuo Prædium Scerstein.*

NOTUM sit Omnibus Christi Fidelibus tam Posteris, quam Modernis, qualiter quidam UDALRICUS Miles Episcopi Magontiacensis, quoddam Prædium S. Michaëlis in Babenberhc, Scerstein dictum, post obitum celebris memoriæ HEINRICI II. Imp. & III. Regis, injustè invasit, pro quo jam pridem eodem Imperatore vivente, Nummum Abrenuntiationis accepit: Regnante autem Filio ejus HEINRICO scilicet III. Anno Regni ejus Primo, cum Abbas supradictæ Abbatix Sancti Michaëlis, Injuriarum proclamaret, præsentem supradicto Rege, & Matre ejus AGNETE Imperatrice, & Principibus Regni, qui tum aderant, adjudicatus est, quicquid de eodem Prædio violenter abstulerat, triplum reddere; & Regali Majestati, deinde etiam ejusdem Abbatix Advocato, justam Legitimamque Injuriarum satisfactionem persolvere. Actum est autem Wormaciæ Anno Dominicæ Incarnationis MLVII. Indiæ. X. II. Non. Aprilis. V. verò Feria Septimanæ Paschalis. Præsentibus faventibusque & probantibus Episcopis & sæculi Potentibus, quorum nomina subscripta sunt. LUITPOLDUS Archi-Episcopus Magontinus. ANNO Archi-Episcopus Coloniensis. ARNOLDUS Episcopus Wormaciensis. OTTO Dux Sueviæ. KUONO Dux Carinthiæ. SIGEFRIIDUS Comes. GERLACH Comes.

## VI.

*Traditio Ruperti Episcopi.*

NOTUM sit Omnibus Christi Fidelibus, quod Episcopus Babenbergensis RUODBERTUS Alodium suum, Pecunia sua emptum, duas scilicet villas nomine Bunclesdorf & Ummanesberch, Tradidit ad Altare S. Michaëlis in Monte Monachorum, per manus Ministerialium Ecclesiæ suæ, Rudolphi, Herimanni, Popponis, Firmissima Traditione, cum omni Utilitate cultæ vel incultæ Terræ, Silvarum, & Fluminum, quatenus pro animæ suæ Remedio, Eleemosinæ Pauperum & Peregrinorum inde suppleantur, & in Anniversario ejus, Fratibus Consolatio inde exhibeatur. Hujus rei Testes sunt Comes WOLFRAM & Fratres ejus OTTO. Arnolt. Ratloch. Adelbreht. Tiemo. Hartwih. Adelger. Azzo. Regenbodo. Eburhart. Karol. Liuzo. Werenhart. Bucco. Wirint. Heinrich. Radeboto. Blidker. Wizechint. Adelbreht. Salsö. Azeman. Ramvolt. Truithere. Gundeloh. Poppo. Rudolf. Heziman.

## VII.

*Poppo de Werida desistit ab Injustis Exactionibus.*

NOTUM sit Omnibus hanc Scripturam Legentibus & audientibus, qualiter POPPO de Werida & Runzolveshuson, Diethalmum quendam S. Michaëlis servum, & Fratres ejus Folcmarum & Arnoldum, cum Sorore sua Hemma, sæpius infestavit, cupiens eos ducere in usum sibi serviendi, Jure Beneficii; cui non consentiens Domnus GUMPOLDUS Abbas Babenbergensis, eosque Rem perduxit, donec idem Poppo in Curti Werida, coram prædicto Abbate & servientibus ejus, quorum Nomina infra sunt scripta, totaque Familia ejusdem Curtis, omnem Exactionem ulterius in eos, cum manu & festuca abdicavit: apud jam dictum verò Abbatem, idem Diethalmus servitio suo hoc obtinuit, ut sibi, Fratribusque suis ac Sorori, Licentiam concederet, ubicunque vellent manendi, & Res suas pro Divina Ordinatione tractandi, eâ scilicet conditione, ut per singulos Annos in Festivitate S. Martini omnis masculus ex eis, XII. denarios persolvat, Femina, VIII. quibus persolutis ab omni Exactione sint securi, & nulli deinceps Abbati vel Præposito liceat eos alicui in Beneficium subjugare, aut ad Ministerium vel servitium aliud sine voluntate illorum eos deputare, & ut hæc constitutio

firma & inconvulsa deinceps permaneat, Laudamento Advocati Domini OTTONIS, & Consilio Fratrum & Ministerialium hanc Cartam saepe dictus Abbas eis conscribi jussit; hujus Conditionis & Actionis Testes sunt hi, Hefidegen. Radeboto. Item Radeboto. Billunc. Guneclin. Buolo. Poppo. Adelbreht. III. Rabenolt. Arnoldi III. Walthere. Aceman. Einhart. Adelhart. Gnanno. Heriman. Otto. Liutman. Wizo. Ruothart. Wecel. Dietmar. Unizo. Waltger. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MXCVIII. Indiçt. VI. Regnante HEINRICO Imperatore IV. Præsidente Babenbergensi Sedi RUOTPERTO Episcopo. Wirzburgensi verò EMEHARDO Episcopo. Abbate Babenbergensi GUMPOLDO. Facta sunt autem hæc Omnia consentiente & Laudante Advocato Ottone.

## VIII.

*Traditio Gisilæ de Bachfelt.*

NOVERIT Omnium Fidelium tam præsens Ætas quàm successura Posteritas, qualiter GISILA de Bachfelt, Prædium suum in eadem villa ad XV. mansos computatum consentiente Viro suo Ruodewico, huic Ecclesiæ contulerit, & quod Pactum hac Donatione fecerit; tradidit namque supradictum Prædium ad Altare S. Michaelis, ea videlicet conditione, ut quamdiu ipsa & Vir suus vixerint, Jure Beneficii illud habeant, solventes inde singulis annis solidum unum Legitimum, in Festo S. Michaelis; quibus ex hac vita migrantibus, Fratres præfatum Prædium suis assumant usibus, ita ut nulli Episcopo vel Abbati illud alicui in Beneficium concedere liceat, & si hoc contigerit Proximi prænominatæ Gisilæ Heredes, suo Juri saepe dictum Prædium vendicent. Facta est hæc Traditio præsentis GUMPOLDO Abbate cum reliqua Fratrum Congregatione & hi affuerunt Testes. Poppo. Radeloch. Mazelin. Mazelin. Plidker. Gotefrid. Pezelin. Adelbero. Gundeloh. Dietmar & alii plures.

## IX.

*Traditio Richardæ.*

NOTUM sit Omnibus Christi Fidelibus, quomodo Soror nostra RICHARDA, Prædium suum in villa Eglisfelt ad Regalem mansum computatum ad Altare S. Michaelis per manum Burchardi de Ahorn tradidit, hac videlicet conditione, ut ipsa vivens singulis annis solidum unum in Festo S. Michaelis persolvat, post mortem verò suam Fratres, idem Prædium in usus suos assumant. Hæc Traditio facta est in Præsentia GUMPOLDI Abbatis, ceterorumque Fratrum. Hujus rei Testes sunt. Uto. Plitker. Heriman. Hezil, Radeboto. Adelbero. Gundeloh. Aribo. Orgoz. Egkehart.

## X.

*Traditio Altun de Ulsinheim.*

NOTUM testatur Omnibus, qui Christiana Professione censentur, quomodo ALTUN de Ulsinheim, mansum unum in eadem villa positum, qui ab Incolis Gunthardi-Mansus appellatur, pro Remedio Animæ suæ, & suorum Parentum, Ecclesiæ nostræ firmissima Traditione stabilivit, & hac Donatione Societatem Fraternalitatis nostræ, & Locum Sepulturæ apud Nos impetravit. huic Traditioni interfuit GUMPOLDUS Abbas ac ceteri Fratres, & hi sunt Testes. Adelbreht de Gremistorf. Plitzer. Heziman. Radeboto. Gotefrit. Adelbero. Meginolr. Azelin.

## XI.

*Traditio Berthæ.*

**F**ideles Christi Noverint, quod Soror nostra nomine BERTHA, Alodium suum in villa, Friumerheresdorf dicta, ad Regalis Mansi modum, cum silva adjacente, tradidit ad Altare S. Michaëlis in Ecclesia nostra propria manu pro Animæ suæ Remedio, ad Fratrum usum perpetuos: eo tamen pacto, ut ipsa usque ad finem vitæ suæ, usum ejus habeat & singulis annis solidum pro eo persolvat. Testes hujus rei sunt Heriman. Poppo. & Adelbreht de Gremistorf. Reginbreht & Frater ejus Blidker. Pabo, Gundeloh. Erbo. Huic Traditioni interfuit GUMPOLDUS Abbas cum Fratribus.

## XII.

*Traditio S. Ottonis Episcopi.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis; Notum esse cupimus omnibus Christi Fidelibus, qualiter OTTO VIII. Babenbergensis Ecclesiæ Venerabilis Episcopus, Prædia Gestineshusen sita, quæ ipse ducentis terè Talentis comparaverat, ad Cœnobium S. Michaëlis pro Remedio Animæ suæ delegaverit, & Advocatiam eorundem Bonorum Comiti STERKARIO commiserit, ea videlicet conditione, ut per semetipsum absque Subadvocato eam administret, & semel in anno inter Festum S. Michaëlis & S. Martini placitum cum Colonis ponat, in his duntaxat, quæ ad Legitimum Jus Advocatiæ pertinent, & tunc ad servitium exigat duos Porcos, quos vulgò Inductiles vocant, & unum Lateralem, & unum Porcellum & III. Gallinas & III. modios tritici ad panem, & X. modios avenæ ad pabulum, & dimidiam Carratam Cerevisiæ, cum una urna medonis: injustas autem Exactiones sive postulationes, quibus Advocati, contra Jus & fas subjectos solent urgere, omninò non faciat. Testes autem hujus Conventionis fuerunt Dominus WOLFRAMUS Abbas ejusdem Cœnobii. Hermannus Præpositus. Udalricus Cultos. Tuto Scholasticus. Goteboldus Comes, Reginboto Comes. Arnaldus de Chunstat & alii multi.

## XIII.

*Conventio de Advocatia Montis S. Michaëlis.*

**C**onventio inter Dominum OTTONEM VIII. Babenbergensis Ecclesiæ Venerabilem Episcopum, & inter BERTOLFUM Comitem, de Advocatia Cœnobii S. Michaëlis, quam idem Bertolfus administrabat; qualiter facta sit præfens pagina manifestat. Igitur Antecessores prædicti Advocati Cœnobio S. Michaëlis debitam Reverentiam exhibebant, eidemque Loco per Omnia devoti existentes, colonos Ecclesiæ nulla oppressione gravabant: hic verò, postquam concedente præfato Venerabili Episcopo, Advocatiam ejusdem Loci adeptus est, cœpit Familiam Ecclesiæ, Tyrannica Crudelitate affligere, & tam Placitorum nimietate, quam violenta Exactione Abbatiam, hostiliter devastare; erat proinde Rusticorum Ecclesiæ miserabilis vociferatio sibi res suas tolli, se suis Patrimoniis exhæredari, facultatibus nudari, Luctuoso gemitu Clamantium: videns autem Dominus WOLFRAMMUS ejusdem Monasterii Venerandus Abbas, tam intollerabilem Familiæ Oppressionem, una cum omni Congregatione ad DEUM à facie Tribulantis confugit, & contra tam feralem Hominis illius rabiem, Divinum Auxilium depoposcit, siquidem pro ereptione ejusdem Ecclesiæ cotidianas fieri Orationes instituit, ante quorum inchoationem trinam pulsationem omnium Campanarum fieri præcepit: quibus completis, cum mens Advocati utpotè Hominis duri & indomabilis, nequaquam mollesceret, sed magis ac magis in prava obstinatione immota persisteret; Dominus de cœlo prospiciens ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret Filios afflictorum, Filium ejus unicum inopinata morte extinxit, Matrem Pueri, gravissimo Infirmittatis Languore afflixit, ipsum quoque Advocatum acerrimis

ægritudinum Stimulis penè exanimem reddidit; his tandem circumseptus ærumnis timens sibi, jam jamque Temporalis vitæ imminere dispendium, ad prænominatum Dominum Episcopum sub celeritate iter arripuit, atque Advocatiam Cœnobii S. Michaëlis coram Testibus absque omni conditione Domino Episcopo reddidit, quam mox ab eo Dominus Episcopus recipiens, eodem momento ipsi præfaco Comiti sub tali conditione restituit, quatenus ter in anno cum Colonis Placitum ponat, & singulis vicibus Talentum unum, vel tantum de rebus Ecclesiæ duntaxat ad Victum pertinentibus, quanto Talento emi possit, ad suum servitium exigat; quod si fortè Placitum ponere voluntaria deliberatione omiserit, à Domno Abbate tria Talenta in Festivitate S. Michaëlis, sine omni contradictione accipiat.

## XIV.

*Commutationes quorundam Prædiorum initæ inter  
S. Ottonem Episcopum & Abbatem Cœnobii S. Michaëlis.*

**U**niversali Notitiæ Fidelium tam præsentium, quàm futurorum parere volumus, commutationem Prædiorum, quæ facta est inter Venerabilem OTTONEM VIII. Sanctæ Bambergensis Ecclesiæ Episcopum, & inter WOLFRAMMUM Cœnobii S. Michaëlis venerandum Abbatem, qualiter idem DEO devotus Antistes Regalem mansum apud Ebelbach, & in villa Cielen III. Mansos, & in vicino ejusdem Loci dimidium mansum, & insuper Prædium apud Dahsoffa Ecclesiæ S. Michaëlis delegaverit, pro Prædio, quod situm est apud Oppah, quod videlicet Prædium, ipse à prædicto Wolframmo Abbate pro descripta delegatione suscipiens, Ecclesiæ S. Laurentii in Ur- augensi Cœnobio delegavit.

Simili modo idem Venerabilis Episcopus, Prædia apud Sahsilbah suo Juri competentia, pro Prædio apud Rathartsoffa, à præfaco S. Michaëlis Cœnobio commutavit, quod scilicet ad Altare S. Georgii in Pruvningensi Monasterio donavit: hac autem interposita Conditione, factum est hujusmodi commutationis Concambium, ut si aliquis fortè in Babenbergensi Ecclesia eidem Domno Ottoni succedentium Episcoporum, huic commutationi contraire tentaverit, & ea, quæ delegata sunt, à Cœnobio S. Michaëlis abstulerit, Abbas ejusdem Monasterii, quæ sua primitus fuerant absque omni contradictione recipiat.

## XV.

*Traditio S. Ottonis Episcopi.*

**F**ideles Christi noverint, qualiter Domnus OTTO Venerabilis Sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ Octavus Episcopus, Prædia apud Alren & apud Weickendorf sita, à duobus Fratribus Chunrado scilicet, atque Tiemone, data Pecunia, comparavit, & pro Remedio Animæ suæ, ad Altare S. Michaëlis in Monte Babenbergensi Dedicavit; postmodum verò, cum prædicti Fratres Proclamationem, & Querimoniam facerent de præfatis Prædiis, volens prænominatus Antistes totius contentionis nodos abrumpere, datis eisdem Fratribus rursus duobus Talentis ab eis Jusjurandum accepit, ut de præscriptis prædiis omnino abnegationem facerent, & sese totius repetitionis de eisdem prædiis, in perpetuum manu & stipula, abdicarent.

## XVI.

*Traditio Pillungi Militis.*

**P**ILLUNC de Emphthischirum, novem Mansos apud Ostheim Beato Michaëli Donavit, in præsentia Domni OTTONIS Episcopi; cujus rei Testes sunt BERCHTOLDUS Comes de Berchtheim. Patlochus. Orgoz. Pillunc. Gundeloch de Oberistenveld. Arnold de Chunstat. Ezzo de Burgelin. Reginbotto.

## XVII.

## XVII.

*Traditio Arnoldi Comitis de Berchtheim.*

**A**RNOLDUS Comes de Berchtheim, Allodia sua apud Richpach & Tragelboldersdorf & Tancehoge pro salute Animæ suæ Parentumque suorum, per manum Gebenonis de Offenheim donavit Beato Michaëli, coram Domino OTTONE Episcopo, cujus Donationis Testes sunt Heinrich de Numburg. Wignant de Beirbah. Wolf-ram de Stetebach. Ezzo de Willehalmeresdorf; de Ministerialibus quoque prædicti Comitis, Gotefrit. Pillunc. Dietmar. Pilgrim.

## XVIII.

*Traditio cujusdem Canonici Bambergensis.*

**N**otum sit Omnibus CHRISTI Fidelibus tam futuris quàm præsentibus, qualiter Ego Babenbergensis Ecclesiæ Canonicus, per manum Fidejussoris mei quod vulgo dicitur *Saleman*, Ottonis scilicet de Willehaldesdorf delegavi Prædia mea *Wissana* ad Altare S. Michaëlis Archangeli, culta scilicet, & inculta, quæsita & inquirenda sine omnium contradictione, pro Remedio Animæ meæ, & Matris meæ *VOLRADÆ*, ea videlicet conditione ut in Anniversario meo, & Matris meæ, qui est *VI. Idus Novembris*. Fiat inde Caritas Fratribus specialiter, & illuminetur inde Altare unum *Sepo*, & dimidium Talentum ab eodem Monte per singulos annos detur Berthenheim, ubi Mater mea, Fratres, & Sorores meæ sepultæ sunt, tandiu, quosque aliud Prædium, quod tantum reddat, illic acquiratur ac subdelegetur: Abbatis sit, qualiter ibidem à Parrochianis deserviat, reliqua rursus in usum Fratrum congregentur, nec alicui Abbati, vel cuilibet Personæ liceat illud in aliud commutare: Tradidi etiam illuc *Wolframum*, *Gumpertum*, *Hartmannum*, *Wiccerum*, ut Beneficia sua tantum ad vitam suam Ministerialium Jure deserviant; sed *Wiccerus* XL. Nummos, & *Juditha* simili modo persolvant; post horum verò vitam, sicut & cætera in oblationem Fratrum illic DEO militantium redigantur: si qui verò aliud inde facere studeant, vel ab usu Fratrum alienare præsumant, perpetuo anathemati innodentur, & cum *Dathan* & *Abiron* igni inextinguibili involvantur: fuerunt autem hujus rei Testes *Eberhardus*. *Conradus*. *Rutzelin*. *Hartuwik*. *Udalric*. Milites verò *Sterckere*. *Gebehart*. *Dietpreht*. *Engelhardus*. *Fridericus*. *Conradus*. *Friderih*. Ministeriales autem *Arnolt*. *Reinholdt*. *Radeloh*. *Wiccar*. *Otto*. *Arnolt*. *Rudolf*. Facta sunt hæc in eodem Monte S. Michaëlis Anno Dominicæ Incarnationis MCVIII. & ab OTTONE Sanctæ Ecclesiæ Babenbergensis Episcopo, Banno confirmata, & Sigillo Patroni nostri Sancti Georgii corroborata feliciter, Amen.

## XIX.

*Traditio Friderici Canonici Herbipolensis.*

**N**otum esse cupimus tam futuris quàm præsentibus, qualiter Venerabilis quidam Sacerdos *FRIDERICUS* Herbipolensis Ecclesiæ Canonicus, pro Remedio Animæ suæ, Fratribus Cœnobii S. Michaëlis Babenbergensis Ecclesiæ, XX. Libras argenti obtulit, pro adeptione scilicet Fraternalitatis eorum, quatenus de eodem Argento Prædium deberet comparari, unde semper in ejus Anniversario Fratribus ejusdem Cœnobii servitium ob ipsius Memoriam posset præberi; inito autem Consilio, Dominus *HERMANNUS* ejusdem Monasterii Abbas, dedit easdem Libras Argenti in coëmptione *Urdorfensis* Prædii, hac tamen interposita conditione, ut de ejusdem Prædii redditibus singulis Annis tantum excipiatur, unde Fratribus in Commemoratione prædicti *Friderici*, quem in Consortium Fraternalitatis suæ asciverant, servitium remota omni contradictione tribuatur. Hujus rei Testes adhibiti sunt omnes ejusdem Monasterii Fratres, ex quibus erat *Ellenhardus* Prior, *Hermannus* Custos, *Volchnandus* Camerarius, *Adelbertus*

bertus Cellarius. Drutwinus & Gozwinus ambo Præpositi. Tempore Domini Ottonis Episcopi, MCXXVII. Anno ab Incarnatione Domini.

## XX.

*Traditio Hachonis Presbiteri.*

**A** Pud Durfelin in Fundo Ecclesiæ S. Michaëlis HACHO Sacerdos de Halstat, consensu Domini HERMANNI Abbatis vineam proprio sumptu excoluit, quam ipse Divinæ Remunerationis Intuitu per manum Pillungi Ministerialis S. Georgii super Altare B. Archangeli donavit, ea scilicet conditione, ut post obitum ejus eadem Vineam in usus Fratrum cedat, & ut specialiter in Sabbato unicuique *Staupus* vini inde propinetur.

Hujus rei Testes sunt, Egilbertus tunc Decanus postea Episcopus. Eberhardus Præpositus. Tiemo Præpositus. Ruzelinus Præpositus. Cuonrat Custos. Tuto Scholasticus, & penè Universi Canonici, qui eo ascenderant ad Sepulturam S. Ottonis Episcopi. Præter hos etiam, Testes sunt HEINRICUS Frater Regis CHUONRA-  
DI, Ratpoto Comes. Berchtoldus Comes. Hermannus Comes. Bobbo Comes & alii.

## XXI.

*Accessiones Bonorum sub Hermanno Abbate.*

**N**otum sit omnibus Fratribus nostris tam futuris quàm præsentibus qualiter Dominus HERMANNUS Abbas hujus Congregationis XI. plus Omnibus Antecessoribus suis in rebus Monasterii & utilitate Fratrum, & Sanctæ Religionis Proposito studiosus, emerit & absolverit, vel etiam in melius commutaverit, Prædia, Beneficia, Villas, Agros, Prata, vineas, domos, mancipia, & cætera commoda innumera in usum Fratrum ad DEI servitium studiosè peragendum, ex quibus pauca hic memoriæ commendamus, quæ per manum Trutwini acquisivit, ne forsitan Oblivioni tradita paulatim & figillatim elapsa, per incrementa Temporum, aliquod emolumentum, fiat, quod absit, detrimentum.

Emit ergo prædium, quod est Pholenheim pro XXXI. marcis erga *Hestolfum* & uxorem ejus. Ibidem emit Præpositus Trutwinus mansum unum erga Waltherum de Gnotestat pro V. Talentis & dimidio: ibidem emit III. Jugera & Curiam erga Gutwinum pro III. unciis & dimidia. Ab Egisperto autem emit agrum pro LX. denariis, Sifridus posuit nobis VIII. Jugera pro X. Talentis.

*Ditolfus* vendidit nobis VII. Agros & Curiam, & partem unius Prati dedit nobis pro Remedio Animæ suæ & nos concessimus ei tres agros & Curiam usque ad obitum ejus.

*Hemma* de Wibelesheim delegavit nobis mansum & dimidium cum duobus mancipiis & Filiis eorum Wipotone & Juditha; Hujus rei Testes sunt Gerunc. Friderih. Erkanbreht. Walabrun, & alii.

*Berenger* delegavit nobis pro Remedio Animæ suæ XLV. Agros & XXX. alios, quos concessimus uxori suæ usque ad obitum suum.

*Diterih* & *Hiltebrant*, propter seditionem factam, dederunt nobis agrum unum.

Allodium, quod est Rodeheim emimus à *Gotefrido* de Hettungens pro XXXV. marcis & agros XL. pro XXX. marcis emimus.

*Heinrici* Filium captum, III. Talentis redemimus & XV. agros recepimus.

*Constantino* de Werd super dimidium mansum concessimus Talentum, ipsique dedimus dimidium Talentum pro Curte sui Juris; & idem quando gladium erat accepturus, necessitate compulsus posuit nobis agros VIII. pro XVI. unciis unde impensas faceret.

*Helmericus* Ministerialis, posuit nobis agros VI. pro dimidio Talento, postea verò Necessitate compulsus III. uncias super eosdem agros recepit, iterum etiam necesse habens dimidium Talentum à nobis accepit, ut eosdem agros Ecclesiæ dimitteret.

Prædium apud Pholenheim ab *Hettfolcho* quodam & ab uxore ejus, Dominus HERMANNUS Abbas pro XXXI. marca emit, & in manus horum Testium posuit Chadelhoi & Fratris ejus Reginhardi, Pillungi & Fratris ejus Eggehardi, Wolfmari, Riurwici, Albi, Adelhuni. In eodem Loco Frater *Beringerus II.* mansos Monasterio nostro Tradidit.

## XXII.

*Traditio Ottonis Canonici.*

NOTUM sit Christi Fidelibus, qualiter Otto Presbiter, Canonicus Ecclesiæ Tuirstatensis per manum WOLFRAMMI Militis de Stetebah, Ancillam suam nomine Liebistam, cum Filiis ac Filiabus omnique Posteritate ejus, absque omni contradictione tradidit ad Altare S. Michaëlis, quod est in Monte Monachorum, ea scilicet conditione, ut singulis annis Censum V. Nummorum eidem præfato Altari persolvat, sed & de Posteris ejus, tam masculus quam Fœmina post obitum ejusdem Liebistæ, qui maximus ætate in ea Familia inventus fuerit, ejusdem debitor Censu existat; his duntaxat exceptis, qui Clericali Officio destinati fuerint, quæ Constitutio in Filios Filiorum & Nepotes Nepotum utriusque sexus sic immota perpetim maneat, ut post obitum unius, alter qui proximus illi ætate & consanguinitate inveniatur, seu masculus seu fœmina, supradicti Censûs Legi subjaceat, quod si quis hanc eis gratiam violenter abstulerit & diminuerit, anathemate & Corporis & Animæ se juxta Canonicam Legem damnatum noverit. Hujus Traditionis Testes sunt: Peringer Presbiter, & Bruno Diaconus Tuirstatenses Canonici. Wolframmus prædicti Wolframmi Sororius, Dietmar ejusdem Consanguineus. Plikger, Adelgoz Halstatenses.

## XXIII.

*Traditio Erchanberti Canonici.*

NOſcant Præsentes & Futuri Fideles CHRISTI, quod ERCHANBREHT Canonicus & Presbiter de novo Monasterio, Prædium suum in villa Guhltat pro Animæ suæ Remedio tradidit ad Altare S. Michaëlis in Monte Monachorum, sic tamen, ut pars ejus, quæ sita est in Episcopatu Babenbergensi in proprium sit tradita, partem vero in Episcopatu Wirceburgensi sitam, X. argenti Libris, secundum Loci illius consuetudinem, si quis repetat, redimere habeat Potestatem.

## XXIV.

*Traditio Winizonis & Gunderunæ Conjugum.*

NOVERINT CHRISTI Fideles, qualiter WINIZO quidam, Liber Homo de ASCHABACH, juxta vitæ suæ terminum ab uxore sua GUNDERUN fideliter expectavit, ut Prædium suum, quod in eadem villa ipse habuerat, Beato Michaëli in Monte Babenbergensi, pro Remedio Animæ suæ donaret, quatenus pro hoc sepulturam inibi conferretur & Orationis suffragium, quam scilicet Mariti petitionem ipsa non solum devotissima implere curavit, sed & alia Bona Hereditario sibi jure proprio apud Huchilheim & Dieterichsdorf & Aschabach cum Ecclesia ipsius Loci super Altare B. Archangeli, per manum HEINRICI Liberi Hominis de CRUTSHAKE, Libera & absoluta Donatione contradidit, quatenus post vitæ suæ Terminum, hæc in usus cedant Fratrum; aut si ipsa prius mundum relinquere & ad prædictum S. Michaëlis Cœnobium se conferre voluerit, tunc quidem à Monasterio Prebendam consequatur. Hujus rei Testes sunt de villa Aschabah Eber. Nendinc. Arnolt. Gervvih. Burckart. Præter hos, Starcker de Mutechendorf. Pillunc & Frater ejus Gundeloch. Eberhart de Wicherigstein, Ezzo de Purgelen, Crafft & Henrich de Gremistorf, & Alii.

## XXV.

*Traditio Hermanni de Weckendorf.*

**N**otum sit Omnibus CHRISTI Fidelibus qualiter HERMANNUS de Weickendorf Prædia sua apud eandem Villam sita, in manus HACHONIS Sacerdotis de Halstat & DIETMARI de Babenberch delegavit, ea videlicet conditione, ut post obitum suum ipsa Prædia ad Altare S. Michaëlis in Babenbergensi Cœnobio, pro Remedio Animæ suæ delegarent, & ipse Hermannus Sepulturam inibi consequatur.

## XXVI.

*Traditio Arnoldi de Chunstat.*

**A**RNOLDUS de Chunstat, pro Filia sua Bertrada, Prædium apud Fullebach Ecclesiæ nostræ donavit, ut ipsa Filia ejus, prebendam de Monasterio habeat, & per Annum, dimidium Talentum à Domino Abbate accipiat.

## XXVII.

*Traditio Arnoldi de Friesenhasela.*

*Solo*  
**A**RNOLDUS quidam Liber Homo de Friesenhasela, dedit Prædium suum quod in eadem Villa possidet, præter III. Jugera & præter plaustrum, Sancto Michaëli, eo pacto, ut si petierit inter Fratres Barbatos recipiatur. Hujus Prædii Advocatiam RATPOTONI Comiti, ea conditione commisit, ut per semetipsum, vel per Subadvocatum administret. Testes Donationis Prædii, quod dedit Arnoldus de Friesenhasela hi sunt, Meginhardus Sacerdos de Ezzelenkirchen. Crafft Sacerdos de Hasela. Helmerich. Godefrid de Hostat. Crafft. Poppo. Tiuvolt, & Alii.

## XXVIII.

*199*  
**I**sti sunt Testes, qui astabant, ubi Prædium quod dicitur Lacheha in Pago Iffingouve situm in Comitatu GUMBERTI Comitis, cum omnibus Ustenilibus suis in Jus ac Potestatem nostræ Ecclesiæ traditum est. Henno. Reginold. Dietbreht. Ebo. Ebo. Ruotbreht. Heinrih. Gumbraht. Ederam. Bobbo. Windhere. Wecil. Roho. Timo. Engelhard. Gerlah. Gundgere.

## XXIX.

Hi sunt Libri, quos Ruotgerus in Librario invenit, sub Wolframmo Abbate.

Donati 1.  
Euticii 1.  
Catonis 11.  
Aviani 11.  
Prosperi 11.  
Sedulii 1.  
Aratoris 11.  
Terentii 111.

Salustii 11.  
Evagrii Commentum super Terentium.  
Virgilio 111.  
Servii Comment. super Virgil. 111.  
Boëtii 1111.  
Oratii 11.  
Statii 111.

Per-

Persii 11.  
 Juvenalis 11.  
 Martiani 111.  
 Prisciani 1111.  
 Isidori 1111.  
 Porphyrii 1. cum *Categoriis Augustini* 11.  
 Priora *Commentaria in Porphyrium* 11.  
 Priora *commentaria in Categoriis* 11.  
 Priora *commentaria in Perihermeneias* 11.  
 Posteriora 11.  
 Boetii *de relectis* 11.  
 Topichorum 1.  
 Arithmetice 11.  
 Musica 1111.  
 Rhetorice 111.  
 De *musica Encheriadis*.  
 Victorinus *in Rhetoricam*.  
 Julius *de Geometria*.  
 Higinus *in Astronomiam*.  
 Macrovius *in eod. volumine*.  
 Item *Macrovius*.  
 Item *Macrovius semiscriptus*.  
 Timæus *Platonis*.  
 Lib. *Sarracenus de Mathematica*.  
 Boetii *de S. Trinitate* 11.  
 Tullii *de Finibus Bonorum* 11.  
     *ad Herennium* 1.  
     *de Oratore* 11.  
     *Tusculanarum* 1.  
     *Officiorum* 1.  
     *de Amicitia* 11.  
 Musica *Augustini* 1.  
 De *Grammatica Augustini* 1.  
 Macrovi *Saturnaliorum* 11.  
 Mappa *mundi* 111.  
 Plauti *lib.* 1.  
 Lucani 11.  
 Plinius *de Naturali Historia* 1.  
 De *Persecutione Africa* *lib.* 1.  
 Daretis 11.  
 Perifeseon 11.  
 Justiniani *de Legibus* 1.

Quintiliani 11.  
 De *vita diversorum Principum*.  
     *lib.* 11.  
 Solini 11.  
 Martialis 11.  
 De *Instrumentis Bellicis* 1.  
 Græci *de Mathematica* 11.  
 Liber *semi-scriptus de Legibus Agelii* 1.  
 De *his, que Virgilius de Græcis traxit*. *liber* 1.  
 Aurelii *Symmachi de Præfectura* 1.  
 Phatta 1.  
 Medicinalium VI.  
 Itinerarius 1.  
 Servii *Honorati ad Aquilinum* 1.  
 Sibilla *vatis* 1.  
 De *Epistolis Pauli Apostoli* *lib.* 1.  
 Pompejus *Trogus* 1.  
 De *Urbe mediolanensi* 1.  
 De *Ordinatione Regum* 1.  
 De *Virtutibus* 1.  
 De *Heinrico Imp. versificus* 1.  
 De *Ecclesiastica Institutione* 1.  
 De *Formosiana Calamitate* *lib.* 1.  
 Officiorum 1.  
 Paulus *Orosius* 1.  
 Valerius *maximus* 1.  
 Helberici 11.  
 De *Nativitate Domini* 1.  
 De *Fide* 1.  
 Rufinus 1.  
*Historie Romanorum* 1111.  
 De *vita S. Galli* *lib.* 1.  
*Vita S. Benedicti* *lib.* 1.  
 SS. *Viti & Modesti*.  
 Kiliani.  
 Burchardi.  
 Anastasii & *Filiorum ejus*.  
 Juliane.  
 Cecilia.  
 Gingulsi.  
 Agnetis.  
 Agathe.  
 Corbiniani.

- Pœnitentia S. Cypriani & Passio ejus.*  
*Vita S. Silvestri una.*  
*Vita S. Gregorii una.*  
*Passionarius unus.*  
*Vita S. Nicolai una.*  
*Joannis & Pauli.*  
*Petri Alexandrini Episcopi*  
*& de Predestinatione in eo-*  
*dem volumine.*  
*Vita S. Wenezali M. una.*  
*Viti & Modesti una.*  
*S. Columbani.*  
*Vite S. Martini due.*  
*Remigii due.*  
*Willibrordi una.*  
*Augustini una.*  
*Maximini una.*  
*Antonii una.*  
*Mariae Ægyptiæ una.*  
*Missale l.*  
*Graduale l.*  
*Sequentiarum l.*  
*Psalterium Græcum l.*  
*Visso Paronti Monachi.*  
*Cassiodorus in Psalterium.*  
*Cassiodorus de Detractoribus sacra-*  
*rum Scripturarum lib l.*  
*Cassiodorus de Anima l.*  
*Josephi Historiographi volum. llll.*  
*Tripartita Historia.*  
*Moralia Job. duo volumina.*  
*L. Homiliarum B. Gregorii l.*  
*Gregorius in Ezechielem.*  
*Dialogus Gregorii l.*  
*Pastoralis cura l.*  
*Gregorius de Agone christiano.*  
*Gregorius in Epistolas beati Job.*  
*Gregorius in Epistolas Hezechielem.*  
*Augustini de Civitate DEI lib. l.*  
*Augustinus super Psalterium in V.*  
*voluminibus.*  
*Augustinus de doctrina christiana.*  
*Augustinus de agone christiana Re-*  
*ligionis.*  
*Augustinus in Epistolas S. Joannis l.*
- Augustinus de versu: Qui vult*  
*vitam.*  
*Augustinus de orando DEO.*  
*Augustini Enchiridion.*  
*Ambrosii in Isaiam Prophetam l.*  
*de mysteriis l.*  
*Cypriani ad Donatum lib. l.*  
*Gregorius Nazianzenus.*  
*Flaviani lib. l.*  
*Ruffinus Historiarum l.*  
*Beda de Temporibus ll.*  
*de virtutibus l.*  
*Beda de agone anime & corporis*  
*Liber l.*  
*de anima l.*  
*Epistolarum canonicarum Lib. ll.*  
*Paschasius de Eucharistia l.*  
*Epistolarum Encmari lib. l.*  
*Gestorum Charuli Imperatoris l.*  
*Regum Francorum l.*  
*De vita Cesarum Romanorum l.*  
*Item alius.*  
*Liber Richheri ad Gerbertum.*  
*Epistola Prosperi de Libero.*  
*Ecclesiastica Historia Gentis Anglor.*  
*Originis Periarchon l.*  
*Enchiridion l.*  
*Homeliarum Originis l.*  
*De Heresi lib. l.*  
*Lib. Chronic. l.*  
*Joannis de Compositione Cordis l.*  
*Joannis in Epistolas B. Pauli.*  
*De Benedictione Imperatorum l.*  
*Joannis Chrysostomi lib. ll.*  
*Epistola Adelberonis ad Ruodber-*  
*tum.*  
*Epistolarum Senecæ lib. l.*  
*Hieronimi Illustrium Virorum. ll.*  
*Plenarium ll.*  
*Item de Dormitione Paulini lib. l.*  
*Senecæ ad Novatum lib. l.*  
*Senecæ Epistolar. Moralium l.*  
*Epistola Hieronimi de Psalterio.*  
*Hieronimi ad Pammachium in Pro-*  
*phetias lib. l.*

<i>Hieronimi ad Damasum Papam in Ezechielem Prophetam.</i>	<i>Expositio in Matheum Evangelist.</i>
<i>Gestorum Sancti Hieronimi &amp; Sancti Dionisii Lib. 1.</i>	<i>Expositio super Evangelium Marci.</i>
<i>Hieronimi ad Eusebium lib. 1.</i>	<i>Expositio Bedæ super idem 1.</i>
	<i>Augustini ad quendam Comitem.</i>
	<i>Anus. de Proprietate Gemmarum.</i>

## XXX.


*Vetus Designatio Bonorum S. Michaëlis.*

**R**odeheim sunt XVI. mansi infra ipsam villam, quorum XV. singuli VIII. uncias & unum modium tritici persolvunt, sextus decimus verò, solummodò VII. uncias solvit. Insuper in prædicta villa tria Beneficia sita sunt, quorum Possessores duo, in singulis ebdomatibus duos dies in servitio Abbatis operantur, tertius verò XX. denarios habet.

*Liutpurgeshusen* mansus unus & dimidius. *Phoulenheim* unus mansus & dimidius. *Alterisheim* mansus I. & dimidius *Urhufen* mansus unus, qui XI. uncias solvit. *Gibilstat* mansus I. *Tuchilenhusen* mansus I. *Wvelbehufen* XIII. mansi & tria Beneficia. *Ophenheim* III. mansi sunt. *Heugisbah* V. mansi. *Rudolfeshove* III. mansi. *Hademaresbah* VI. mansi, quorum quisque in Festivitate S. Martini solvit LX. denarios & XL. in Pascha, Possessores etiam eorundem Mansorum unusquisque solvit Sindonem unam, quæ vulgò dicitur Phalta. *Forhe* X. mansi sunt. *Choste* VI. mansi. *Ratolfesdorf* II. mansi. *Slagamaredorf* V. mansi. *Eibingen* III. mansi. *Brunnen* tres agri sunt, totidem Viri in Beneficium concessi, quorum singuli quatuor dant uncias. *Tunnibrun* V. sunt mansi. *Elfindorf* VIII. mansi. *Lache* IX. sunt mansi. Apud *Wwinterbach* inferius & superius XI. *Heide* VIII. Beneficia sunt. *Grube* VII. Beneficia. *Luter* XII. Beneficia. *Berstat* VIII.

De *Rodehem* debet dari in Festivitate S. Michaëlis in Nativitate Domini, & in Pascha in unoquoque horum Temporum unus Frising & X. Casei & C. ova, anseres II. pulli III. In Purificatione S. Mariæ V. solidi pro emptione Piscium. In Quinquagesima X. Casei & C. ova & Legumina.

Similiter *Ezzelenkhiricha*, *Lacho*. *Wverdo*. *Ratolvesdorf* in Nativitate Domini & in Pascha Abbati tres Pelles, una Hircina & duæ Caprinæ.



## VII.

TRADITIONES VETERES  
COENOBII S. STEPHANI HERBIPOLI.

## I.

*Traditio Willelmi Presbiteri.*

**D**EO dignum Hominibusque carum est, ut dum in hac mortali vita versamur, An. 1057. quo Decreti sumus Cives, sedulò recordemur, brevique hoc in tempore pro Viribus aliquid operemur, cujus præmia in perpetuum experiamur: unde Ego WILLIHELMUS Sacerdotali Ordine licet indignè functus, Jugera bina Vineti Hohunbuch jacentis, ad Cenobium Sancti Petri in antemurali Urbis Wirceburchensis, causa Animæ meæ salutis condonavi, paciscens, ut quilibet carnali propinquitate mihi conjunctus, eisdem Jure hereditario potiri post Exitum meum volens, in Anniversarij meo Servitium Fratribus ejusdem Loci quam dignissimum ob mei Memoriam Annis singulis suffiat, quod postquam pertæsi fuerint, nulla contradictionis interveniente

niente Nebula, Commodis perenniter Congregationis ipsius deserviant. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini. MLVII.

## II.

*Tradio Mimutæ Matronæ.*

An. 1065. **O**Mnibus Universalis Ecclesiæ Filiis notum esse cupio, qualiter Ego MIMUT. octo Jugera Vinearum per manum Advocati mei EBERHARDI Senioris de Waldolfo & de Ratdolfo in proprii Juris Possessionem accepi, & eadem die per manum ipsius ad Reliquias S. Petri, ex eisdem Vincis IIII. Jugera delegavi pro Remedio Animæ meæ, & Domini mei HEMMONIS, & pro Animabus omnium Fidelium defunctorum, eo scilicet tenore, ut in Anniversario Domini mei Hemmonis & meo, Vigiliis & missas Fratres pro Commemoratione Animarum nostrarum celebrent, & in illa die eis detur de Me, aut de Posteris nostris plenum Servitium, aut X. solidi; Insuper igitur post Obiitum meum ex iisdem Vincis pro Anima mea, Heredes mei urnam vini aut V. solidos ad eorundem Fratrum usum persolvant: hi sunt, qui viderunt & audierunt DIETMAR Præpositus. WERLMAN Præpositus. ENGILHART Decanus. Willebraht Custos. Acerman. Mahtolf. Marcuvart. Heinrich. Zeizolf. Hiltibraht. Berenhart. Adclrih. Richalm. Hecil. Hozelo. Liutpern. Willemunt. Ruppolt. Hazzo. Luzman. Ebezeiz. Ernst. Zeizman. Diezman. Walpraht. Vuinefrit. Heilo. Lutpern. Ernst. Sigebraht. Azeman. Gunto. Gozmar. Hecil. Richeri. Engilbraht. Waltolf. Engilhart. Wecil. Encil. Liutpolt. Hozman. Regel. Anno MLXV. hæc Traditio facta est.

## III.

*Tradio Meribotonis.*

An. 1091. **P**RO eo quod apud humanam, nil constans diversitas, Curarum extrinsecus accidentium, relinquit, Memoriam firmitati Litteratoriæ ob futurorum Notitiam, obque omnem Improborum importunitatem oppilandam, mandari fategi, qualiter Ego MERIBOTO, eo Tempore, immo eo die, quo & acquirendi & perdendi, his in Regionibus Facultas mecum fuerat, mansos IIII. cum suis appenditiis in Villa Sala Jacentes, ad Altare Sancti Petri in Suburbio Wirciburg delegavi, eosque Loci ipsius Dominio quoad vixi absque omni contradictionis obstaculo vendicavi, & hoc ob Remedium Animæ meæ, Uxoris, eorumque, quorum mihi Hereditario Beneficio eadem Res provenerant, perfeci. Hujus rei Testes sunt, Volmar Frater meus, Heinrich de Etliciba. Puggo. Eherich. Rudolf. Bero. Herold. Wolfheri. Acelin. Regil. Siggo. Rudolf. Winizo. Beringer. Eber. Acelin. Gerich. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MXCI. Indictione XIII. sub HEINRICO IIII. Imperatore. EMEHARDO addicto Wirciburgensis Ecclesiæ Præsule. GOTEBOLDO Urbis Præsfecto.

## IV.

*Tradio Alpuini.*

An. 1094. **N**OTUM sit omnibus Universalis Ecclesiæ Filiis, tam futuri quam Instantis Temporis, qualiter Ego ALPUVIN, Juris mei Vineam Leimgrubun sitam, ad Altare S. Petri in Wirciburgensis Territorii Monasterio positam, causa salutis Animæ meæ delegaverim, tali conditione, ut me viam Univerſæ Carnis ingrediente, quisquis Filiorum aut Nepotum meorum hanc voluerit obtinere, ad exhibendum Lucernæ Lumen in Capella Sancti Nikolai, quæ Meridianæ Porticui ejusdem Monasterii adjacet, annuos V. Syclos Anniversario obitus mei die, Fratribus ibidem persolvat, à quibus etiam ipsa die ad Vigiliis & ad Missas Nominis mei memoria fiat: quod si quisquam Nepotum meorum, Traditionis hujusmodi servare retractarit Legem, Abbas ejusdem Monasterii Vineam

neam eandem, manu potestativa in suam redigat Dominationem: Isti sunt Testes, qui hæc audierunt & viderunt Ezzo prædicti Monasterii Abbas cum Fratribus suis. Ratolfus Canonicus. Adalrih. Suippoto. Rupolt. Liephart. Rutvvic. Ebo. Gotefrid. Burckard. Eggihart. Richard. Ecclin. Gerrich. Adalhard. Siggo. Rudolf. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MXCIII. Indictione II. HEINRICO IV. Imperante. EMFHARDO Wirzburgensis Ecclesiæ Præsulatum tenente. GOTEBOLDO Juniore, Urbis Præfecturam agente. Quisquis autem Delegationis hujus pactionem irrumpere, aut irritam præsumperit facere, Horrendi Anathematis, si non fespiscat, plaga multatus, Ignis inextinguibilis, vermiumque nunquam morientium sine Fine cruciandus, perpetuos sustineat Cruciatu.

## V.

*Traditio Henrici.*

**N**Overint omnes Fideles, qualiter Ego HEINRICUS, Vineam unam quatuor perti- An. 1095.  
carum in Latitudine, in Moresberg sitam, ad Altare Sancti Petri Apostoli delegaverim, ut singulis annis Egomet, si revertar à Jherosolimis, in Octava Sancti Kyliani, Fratribus impendam Urnam Vini & XXX. Similas, & quicumque Heredum meorum mea pactione eam obtinendo idem persolvere neglexerit in Anniversario meo, Fratres in usum suum transferant. Cujus rei Testes sunt. Rupolt. Kadeloch. Hecil. Leiphard. Rutvvic. Heinrich. Richalm. Liupern. Iseirrad. Winizo. Rudolf. Hemmo. Gotefrid. Libolf. Herold. Arnold. Gerrich. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MXCV. HEINRICO III. Imperatore. EMEHARDO Episcopo. GOTEBOLDO Urbis Præfecto.

## VI.

*Traditio Adelhelmi & Burcsuvindæ Conjugum.*

**S**æpenumero contingit, ut de Parentibus frugalibus Filii nascantur Luxuriosi, quo- An. 1098.  
rum petulantia quæcunque à Progenitoribus, Animæ fortassis cum periculo, certè Carnis, conquesta dispareant, itaque fiat, ut nec ipsis merces ulla Laboris mortuis accedat; potius ergo est, ut quæ usui proprio deservire volueris, in thecis Celestibus temet expectatura præmittas, quam dubiæ Posterorum Fidei diu præstolata, nunquam secutura committas: unde Ego ADELHELMUS Servus Sancti Kiliani, cum Conjugemea BURGUVINDE & ipsa Sancti ejusdem Ancilla, Prædium nostrum scilicet Curtem, Domum, cum constantibus sibi ædificiis, id est duabus Caminatis & totidem Cellariis, nec non Capellam S. Lamberti, hisdem adhaerentem; cum Dotali suo, Vineam scilicet in chivo Goltelingen jacente, ad Monasterium Sancti Petri in Suburbio Wirzburgensi situm sub hac pactione firmavimus, ut traditis ad eundem Locum quotannis, dum in hac vita vixerimus, sex quidem uncis, vineæ verò III. census nomine, utriusque nostrum sed & Patris Matrisque BURGUVINDIS, & una die præscriptæ totius Parentelæ suæ, ibidem perpetuò celebretur memoria; hoc summopere in Verbo Domini ammonentes & obnixius deprecantes, ne alii nobis succedant Heredes, quam PETRUS & PAULUS Apostolorum Principes, & eorum, in eodem Loco Veneratores, quod itidem sub testificatione Divina, ne qua rerum prædictarum fiat distractio, sed ratione determinata perseverent, denunciamus. Acta sunt hæc Anno ab Incarnatione Domini MXCVIII. Indictione VI. ubi affuerunt cum Domino EMEHARDO Episcopo; Testes subnotati, Beringer. Richalm. Engilpraht. Alduvin. Wolfram. Ebo. & alter Ebo Adalrih. Kadiloh. Heinrich. Arn. Hecil. Diedolf. Cuno. Herrat. Egispreht. Bernhart. Adelhart. Gerrich. Razman. Regil. Gifilbraht. Rudolf. Ecclin. Heimo. Hemmo.

*Sequitur ejusdem Traditionis Confirmatio.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis EMEHARDUS DEI Gratia Wirzburgensis Ex Auto-  
Episcopus. Si causam à DEO nobis traditæ dispensationis attendimus, Officii no- grapho-  
stri

ltri ratione omnimodis commonemur, ut Fidelium Oblationes, quibus Pauperum Christi in Monasteriis Conversantium Necessitati subvenitur, Ecclesiis, quibus fiunt, nostræ auctoritatis munimine confirmemus, ne quis trahat ad privatum commodum, quod ad communem Ecclesiæ utilitatem constiterit esse collatum: Eapropter cognoscat Universitas Fidelium tam futurorum quam præsentium, quoniam quidam Ministerialis Ecclesiæ nostræ videlicet ADELHELMUS & BURCSUVINDIS Uxor sua, Herede mortali carentes, DEUM verò Immortalem, & Sanctos suos Patrimonii sui Heredes constituere cupientes, Præsentiam nostram adierunt, & coram nobis in conspectu Cleri & Populi Civitatis, Curiam suam, quæ est circa Capellam Sancti Lamberti cum suis ædificiis, & ipsam Capellam cum domo, quæ est sub Capella, & VI. Jugera dotis ipsius Capellæ, quæ sita sunt in Marcha Daleheim, Ecclesiæ Sanctorum Petri & Pauli & Sancti Stephani Proto-Martiris, in Suburbio Civitatis sitæ, Manu collectiva delegaverunt, ita sanè, ut ipsi quamdiu vixerint, Bonis eisdem legitimè perfruantur, eis verò de medio sublatis, Ecclesia ipsis in univertium succedat, & Animarum eorum in Anniversarios Patrisque & Matris ipsorum cum Vigiliarum Missarumque sollempniis, celebrare non omittat. Hæc Traditio confirmata est à me Emehardo Wirceburgensi Episcopo in præsentia nostri & GOTEBOLDI Urbis Præfecti, & Venerabilis ETHZONIS Abbatis, ac totius Congregationis Fratrum suorum facta, honorabilibus tam Clericorum, quàm Laicorum Personis, quæ subter notatæ sunt interpositis: Ne igitur ulla super hoc impofterum relinquatur Altercationis Ocasio, seu aliqua in futurum oriatur dubitatio, neve ullus contra ipsam Traditionem veniat, sed quod promissum est, ratum & incon- vulsum permaneat, Domini Nostri JESU CHRISTI, & Beatorum Apostolorum ad quorum Reliquias delegati sunt, nostrumque Bannum inducimus, & Sigilli nostri caractere præsentis paginæ conscriptionem corroborare, non incongruum duximus.

Testes Canonici Meginhardus Decanus. Berngerus Decanus. Cunradus. Gebhardus. Gerungus. Wezil. Udalrich. Heinrich. Pobbo. Dietholt. Diethwin & Pabo.

Laici Bernger. Richalm. Engilbrath. Alduin. Wolfram. Ebo. & alter Ebo. Adalrich. Kadeloch. Heinrich. Arn. Hecil. Dietolf. Cuno. Herrat. Egisbreht. Bernhart. Adalhart. Gerrich. Regil. Razman. Gifilbraht. Rudolf. Ecelin. Heimo. & alii plures.

Acta sunt hæc Anno Domini MXCVIII. Indiçt. VI. Regnante Domino HEINRICO quarto. GOTHEBOLDO Urbis Præfecto. Mense Majo III. Idus ejusdem mensis.

## VII.

*Traditio Heizonis Decani.*

An. 1098. **N**overint omnes CHRISTO credentes, tam successuri, quàm nostræ ætatis homines, quia Ego BERN, sub Rogatu Domini HEIZONIS quondam Decani, qui eandem sub Jure defensorio in manus meas tradiderat, Curtem unam in villa Hocheim sitam cum ædificiis, absque suis appendiciis, ad Monasterium S. Petri in Suburbio Wirceburgensi statutum, pro Remedio Animæ ipsius delegavi, hac videlicet ratione, ut dum vivat ipse, omni rerum earundem usu potiri benignè permittatur; cum verò carnis iter ingressus fuerit, omni remota contradictione à Fratris illic DEO militantibus, usurpetur; hanc ipse Dominus Heizzo Traditionem, pro solo, ut dixi, Animæ prætio fieri postulavit, sed ne Heredes Bonis omnimodo fraudarentur Paternis, pars eorum, Curte una infra Urbe posita, binisque redempta est Talentis: facta est autem Anno ab Incarnatione Domini MXCVIII. Indictione VII. sub HEINRICO Imperatore quarto. EMEHARDO Episcopo. GOTEBOLDO Urbis Præfecto.

## VIII.

*Traditio Kadelochi.*

An. 1099. **I**nstabilitas Mundi hujus fugacis, sui Amatores mirabiliter, immò miserabiliter affligit, dum cogitationibus inter se pugnantis, modo quasi Lætis secuturis erigit, modo

modò Tristibus dejicit; hinc substantiis angustiatis ampliandis, illinc sollicitat servandis, fitque ut ipsum hominis vixille morti deputetur, dum ipsa super hæc omnia mox successura timentur; hanc Ego KADFLOCH considerans, mecumque, qua eam arte effugerem, deliberans, salubri reperto consilio, ut videlicet Dominum, quo volente Bona largita, quo tuente custodita, ipsorum mihi constituerem potissimum Heredem; omnia quæ Juris proprii in Villa Motenesheim possedi, Mancipiorum scilicet & Rurium, ad Monasterium, foras murum Urbis Wirzburgensis, Sancti Petri, hac subjecta Ratione dedi, ut me superstiti, mihi deserviant, mortuo verò, Loci Dominatui per omnia cedant, quod si vel morbo vel senio ad hoc perductus fuero, ut nec mihi nec subjectis prospicere valeam, in Loco eodem vestiar tantum, & pascar, de reliquo rerum ipsarum potestate destituar. His adstipulantibus qui subnotantur. Gozuvin. Ysinhart. Libolf. Rutger. Suigger. Irinc. Gunzilin. Ecelin. Beringer. Sigeloch. Heriman. Richalm. Arnolt. Ebo. Acta sunt hæc Anno ab Incarnatione Domini MXCVIII. Indiçt. VII. sub HEINRICO Imperatore quarto & EMEHARDO Episcopo.

## IX.

*Traditio Lucgartæ Matronæ.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ne qua in ævum ob Longitudinem An. 1099 temporis Nebula interpolet Oblivionis memoriæ mando presentium, eorumque posteritatis, quia Ego LUGGART, Libera mulier Conditionis, in Villa Mutenesheim situm propriæ potestatis prædium, ad Sancti Petri in Suburbio Wirzburgensi Monasterium delegaverim, sub hoc pacto, ut vivæ mihi, vitæ ex Loco eodem Largiatur subsidium; ingressæ Carnis iter, Animæ imploretur Reinedium, adjecto singulariter Filii mei HARTUVINI vocabulo, deim omnium, quorum parentili Beneficio hæc ad me usque decurrit possessio, ne qua autem, quod absit, invidorum Factione utentibus cogignatur molestia. Noverit quicumque legit vel audierit tam liberali datum manu, ut sub nullius redigi in perpetuum possit patrocinio, nisi qui eidem Loco generali præest Dominio: petitione tamen mea GOZUVINUS tunc Camerarius quoad vixerit ipse in defensione sua suscepit, mortuo autem eo, Successor ei in hac potestate ut nemo existat sancitum est, præter manifestum Loci defensorem, ut jam dictum est. Facta est hæc Traditio Anno Incarnationis Dominicæ MXCVIII. Indictione VII. sub HEINRICO Imperatore. EMEHARDO Pontifice, ubi cum aliis quàm plurimis hi fuere presentes HEINRICUS Comes. Gozuvin. Ebo. Libolf. Herolt. Liephart. Boto. Godefrid. Vualtheri. Emehart. Udalrih. Asmar. Hanthoch. Kadelhoch. Eiggehart. Guncilin. Accelin. Vuolfheri. Rudolf. Winizo. Suippoto. Razman. Gisilbraht. Hemmo.

## X.

*Traditio Morharti & Utæ Conjugum.*

**S**Olet evenire ut Avaritia cogente, quæ Parentum DEO servientibus, pro mercede Circa An. 1100. sua contulit diligentia, hæc eis posterorum auferre conetur insolentia, quæ res ne in ævum cujuslibet Successorum nostrorum adversitate proveniat præcavens, notum facio omnibus in CHRISTO tam presentibus quam futuris, qualiter Ego MORHARD cum Coniuge mea UTHA ipsiusque Filio SABSONE, Prædium nostrum quantumcumque est, in Finibus Rabeneshusun, nec non Tunigeresheim jacens, in Agro scilicet seminario, in Vineto, Pascuis, Pratis, Silvæ situ, Aquæ tractu, omnique, qui exinde nobis erat usu, ad Sancti Petri Cenobium in Suburbio Wirzburgensi conditum, pro nostrarum Remedio Animarum delegavi, interjecta conditione, ut nulli in perpetuum Extranco præstetur, sed Fratrum illic DEO militantium victualibus servitutum servetur, utque mortuis nobis tribus, in Claustro eodem Sepulturæ Locus tradatur, & Oratio Fratribus debita, per omnia persolvatur. Hujus rei Testes sunt Beringer. Kadeloch. Libolf. Rotovic. Richalm. Bernolf. Accelin. Heinrich. Ebbo. Gerrich. Eggi braht. Rudolf. Siggo. Razman. Vuolfgan. Hemino aliique, quorum pagina non potest capere Nomina.

## XI.

*Traditio Morharti & Uthæ Conjugum; altera.*

An. 1100. **I**N Apostolicis fertur Gestis, quod in Tirocinio Nascentis Ecclesiæ, quotquot Agrorum aut domorum Possessores erant vendentes, præcia eorum ante pedes Apostolorum ponebant, & exinde dividebantur per omnes, prout indigebant, sicque divitis opes, pauperis inopiam suplebant, instantesque verbo Apostoli & interiora curantes, nullam de exterioribus sollicitudinem habebant, jam tum promissio pervagante Dominico: *qui recipit Justum in Nomine Justo, mercedem Justo accipiet*, quod non est aliud dicere, quam qui orantem, huic operi reddit expeditum, idem quod ille orando, iste necessaria vitæ subministrando, conquiret Præmium; hæc consequi me posse credens per misericordiam pollicentis, quia sæculum perfectè relinquere, DEIque me servitiõ rebus multifariis, immò ut medullam Necessitatis aperiam, peccatis meis obstantibus, mancipare non potui, partem aliquam Prædiorum meorum ante pedes Apostolorum Principis obtuli, quatenus ipso interveniente, dum sibi servientibus carnalia provideam, eorum spiritualia quandoque metam: Anno igitur ab Incarnatione MC. Indiçt. VIII. Regnante HEINRICO quarto; Præfecto Urbis GOTEBOLDO. Præsidente Sedi Wirzburgensi Domino EMEHARDO. EZZONE Abbate; in præsentia eorundem Ego MORHART, cum Coniuge mea UTHA, qui & ante Fundum in villa Rabineshusun situm, ad Altare Sancti Petri in Suburbio Wirzburg Tradidimus; Prædium in villa Vuateringun quodcumque meæ Ditionis est cum Familia ad idem pertinente, exceptis Marcuardo & Ebone, eorumque cognatione, nec non tertiam partem Parochiæ ibidem constitutæ cum Patrocinatu ejusdem Integro, sed & Curtem Dotalem juxta Ecclesiam, cum ædificiis in ea constructis, tresque villulas quarum hæc sunt vocabula. Vualthufun. Uzenvuileri. Croba, cum omnibus suis appendiciis univèrsisque utilitatibus, pro Remedio Animarum nostrarum, Patris mei, matrisque, avunculorum materteræque, quorum Beneficio hæreditario eadem ego possedi, ad idem Altare, quod notum sit omnibus tam præsentis quam futuri sæculi hominibus, ad Victualia illic DEO militantium delegavimus, hæc interjecta conditione, ut quoad vixero ab Abbate Loci ejusdem præstita meis commodis prospiciant, si verò paupertas importuna occupaverit, aut Senectus gravaverit, ita ut eis per me uti nequeam, Ego tantum, & prædicta Coniux mea ibidem pascamur, de reliquo, omni in rebus prædictis Proprietate privemur; his autem non accidentibus, post mortem meam statim Fratres absque ulla contradictione possideant, nec Defensori cuiilibet, nisi ab Abbate Electo subjaceant, neque ea alio dari seu præstari cuiuscumque hominum liceat, quod si factum fuerit, Heredes mei Hæreditatem suam repetant: Familiæ autem idem Jus, quod sub me habebat, inviolatum permaneat, hoc est, ut in Abbatis sit potestate, seu in mansum seu in Curtem, Fiscale collocare, mortui Maris quod optimum, Fæminæ in veste per se facta quod præciosissimum ad Fiscum dato; residua Hæredes retineant. Cujus rei Adstipulatores hi sunt. Clericorum hic erat numerus: Conrat. Gebhart. Meginhard Decanus. Beringer Decanus. Gerunc. Vuecil. Udalrih. Heinrich. Poppo. & alter Poppo. Gundolt. Tiertolt. Tieruwin. Pabo. Liberos autem Laicorum. Gozuvin. Gerunc. Vuolfram. Ludewic. Meginvuart. Constantin. Ysinhart. Clientum verò Emehart. Libolf. Herolt. Ebo. Eingilger. Richart. Hecil. Wecil. Herolf. Vuientant. Beringer. Eber. De Familia Sancti Petri Recelin. Regil. Rudolf. Gerrich. Hemmo. Ebbo. Hi autem Fratres ejusdem Loci tunc Monachi Eppo. Walger. Adelbrecht. Arnuis. Bertolt. Hartman & alter Hartman. Engelfrith. Ruthart. Lamprecht.

## XII.

*Traditio Gozuvini & Ebbonis, Fratrum.*

An. 1100. **C**UM diversa sunt Lapsuum Genera, quibus ab Æternitatis Felicitate, Mortalium Cura labitur, non pauciores tamen Divina Clementia, piæ actionis instituit gradus, quibus eodem revocetur; sicut enim ejusdem moris, ita impossibile est, omne humanum

manum genus ejusdem ad bene agendum esse roboris, & idcirco alius alio Sanctior, alius alio fortior, alius alio devotior invenitur, ut dum per mutuae Caritatis Communionem perfectior quisque, minus idoneo de suis meritis supplementum largitur, diversae mansiones in Regno Patris pro disparitate introcuntium reservantur; unde fiduciam sumentes consequendi per alios, quod per hos ipsos nequimus, aliquantulum substantiarum nostrarum DEO Militantibus partiri disposuimus, ut dum eis vires gradiendi, corporis necessaria ministrando, praebuerimus in via, eorum suffragio juvemur in Patria. Ego igitur GOZUVINUS cum Fratre meo EBONE, Praedium pro voto, non facultate parvum, XV. scilicet mansos superante dimidio, infra metas Scuhesbach jacentes, Obtentu Animarum nostrarum, omniumque Parentum nostrorum Remedii, quod notum sit cunctis Nomine Christiano una nobiscum fungentibus ad Monasterium S. Petri in Suburbano Wirzburgensi statutum delegavimus, nullo pactionis interventu alio, nisi Memoriarum nostrarum in eodem Loco Statu perpetuo, nostrasque huic Donationi ab illa die & deinceps Proprietatis vindicias sustulimus, ut Fratrum per omnia, absque ullo contradictionis obstaculo proficiat utilitatibus. Acta sunt haec Anno ab Incarnatione Domini MC. Indictione VIII. sub HEINRICO Imperatore; Praefecto GODEBALDO. in praesentia HARTUVINI Magedeburgensis Archi-Episcopi & Domni EMEHARDI Wirzburgensis Episcopi, sed & FRIDERICI Palatini, eorumque Comitum quam plurimorum, qui & hujus rei noscuntur Idonei.

## XIII.

*Renovatio Traditionis Morharti & Utae Conjugum.*

**I**N Nomine Sanctae & Individuae Trinitatis; Omnibus Fidelibus praesentibus & futuris An. 1104.  
in perpetuum feliciter, Amen. Quoniam fluxu temporis agili cursu pretereuntis, Mortalium evanescit memoria, ad oblivionem rerum removenam, Justitiam vero memoriae hominum commendandam, vota quae adhuc vita florente Ego MORHARTUS & Conjug mea UTHA, Domino DEO persolvimus, presenti Testamento communire curavimus: cum itaque essemus ambo Homines nostri Juris, & absolutae Libertatis, secundum Spem vitae aeternae, Temporalibus nostris Celestia comparare studuimus, idcirco . . . Monasterio Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Sanctique Stephani Protho-Martyris, quod est in Suburbio Herbipolensi, Fundum quendam in Rabenhufen tradidimus, & in conspectu totius Collegii Omne Jus nostrae Proprietatis in ipso Fundo adstipulavimus: procedenti dehinc tempore, Victualia Fratrum in eodem Monasterio conversantium, adaugere cupientes, tertiam partem Parrochiae Watheringun, & dotem Ecclesiae, Curtem videlicet eidem Ecclesiae contetminum, ad Altare praedictorum Sanctorum collectiva manu delegavimus; statuentes, ut quemadmodum ad Nos antiquissima temporum devolutione pervenerat, ex omnibus ejusdem Parrochiae pertinentiis, tertia pars Abbati & Fratribus ejus contingat: Sacerdotem vero qui ibidem praesse debet populo, nemo alius praeter Abbatem Loci, consensu tamen & concordia Conventus in eadem Parrochia investire praesumat, ad cujus rei majorem sane evidentiam, Praedium quoque nostrum in eadem villa positum cum Familia eidem Praedio pertinente, exceptis Marquardo & Ebone eorumque cognatione ex integro in Jus praefati Coenobii transfudimus, adjicientes tres villas Legitimo contractu, quarum vocabula sunt haec Walthusen. Uzenwileri. Gruba, cum omnibus suis adjacentiis suisque Utilitatibus, pro Remedio Animarum nostrarum Parentumque nostrorum, quorum Beneficio per Longam . . . dictum est successionem, eadem Bona haereditaria devolutione quiete ac pacifice possidemus: placuit autem nobis hanc inde talem praefigere Legem, ut quo ad usque vixerimus, eadem Bona ab Abbate nostris commoditatibus praestita deserviant, post obitum vero nostrum remota & amputata funditus, omni Heredum repetitione, Fratres ea, Jure constitutionis praetaxatae integraliter possideant: Verum si ante obitum, inopinata Nos Egestas occupaverit, aut Senii debilitas in tantum confecerit, ut per Nos eis uti nequeamus, statutum est quatinus nos duo tantum in convictum, & Societatem Fratrum transeamus, & de reliquo in praescriptis rebus nichil Proprietatis, nichil Emolumenti capiamus; quod si nichil horum evenerit, nobis decedentibus Fratres universa recipiant, & juxta arbitrium suum propriis necessitatibus

inde prospiciant: nulli Mundiburdio, nulli defensori, nisi quem Abbas Loci providerit, præfixa possessio subjaceat, nullus ea infeudare vel . . . quomodolibet alienare audeat, Familiæ autem idem Jus quod sub nobis - - - habebat inviolatum permaneat, ita ut in arbitrio Abbatis pendeat ex eis quem voluerit seu in mansum, seu in Curtem fiscalem transferre, mortui masculi animatum optimum, Fœminæ quod in veste per se facta, præciosissimum est, accipere, cetera Heredibus non diminuire. Hæc autem Traditio recognita & confirmata est à me EMEHARDO Wirzburgense Episcopo in præsentia nostri, & Venerabilis ETHZONIS Abbatis ac totius Congregationis facta, honorabilibus tam Clericorum quàm Laicorum - - - quæ subter notatæ sunt interpositis: ne igitur ulla super hoc imposterum relinquatur Altercationis occasio, seu aliqua in futurum oriatur dubitatio, neve ullus contra ipsam Traditionem veniat, sed quod promissum ratum & inconvulsam permaneat, Domini Nostri JESU CHRISTI & Beatorum Apostolorum ad quorum Reliquias delegata sunt, nostro quoque Banno inducimus, & Sigilli nostri Caractere præsentis paginæ conscriptione corroborare non incongruum duximus. Testes Canonici: Meginhardus Decanus. Berengerus Decanus. Cunradus. Gebhardus. Gerungus. Wezil. Udelrich. Heinrich. Pobbo & alter Pobbo. Dietholt. Diethwin & Pabo. Liberi Homines Gozwin. Gerung. Berthold. Hartman. Item Hartman. Engilfrid. Ruthard. Lantpraht & alii complures. Acta sunt hæc Anno MC. Indict. VIII. Regnante Domino HEINRICO III. GOTEBALDO Urbis Præfecto.

## XIV.

*Traditio Ebbonis & Judithæ Conjugum.*

An. 1100. **V**Itæ mortisque Moderatoris DEI, viscera Pietatis quis comprehendere, quis memorare sufficiat? Cui, cum à se largita redduntur, ac si propria Tribuenti restituenda cum fœnore pollicentur; nec hoc ei suffecit, quin ad cumulum demonstrandæ hominibus Benignitatis suæ, quod pro se quis non adimplevit vivus, si per aliorum Manus expleat defunctus, nullus Bonæ Voluntatis præmii apud ipsum subripiat defectus: quapropter Ego JUDITHA, rogatu mariti mei EBBONIS in Lecto discessionis decumbentis, à se quidem promissos, sed mortis præventu impediante non traditos IIII. Mansos, cum omnibus suis attinentiis Villæ, quæ dicitur Suntheim, adjacentes, Cœnobio Sancti Petri, in antimurali Wirzburgensi condito, quod noverit cuncta Fidelium Ecclesia, Victualibus Fratrum profuturos ex hoc nunc in Sæculum, pro ipsius Animæ Medicina condonari, hac sola conditionis interpositione, quatinus ipsius recordatio in eodem Loco annuatim non desinat iterari. Acta sunt hæc Anno ab Incarnatione Domini MC. Indictione VIII. sub HEINRICO quarto, & EMEHARDO Episcopo & GOTEBALDO Præfecto, cujus rei Testes sunt RUPPERTUS Præpositus. MEGINHARDUS Decanus, BERINGERUS Decanus. Herimannus. Henricus. Wezil. Cuno. Udalrich. Gerunc. Laici GOZUVIII Camerarius. Ebo. Arnolt. Woltram. Emehart. Libolf. Herolt. Richart.

## XV.

*Traditio Ysenhardi.*

An. 1100. **S**apientis Viri Sententia hæc est: *Benefac Justo, & invenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à Domino*, cujus exhortationem Ego YSENHARDUS Liberæ conditionis Vir, ut etiam promissionis mercedem consequi merear, sequi cupiens, Notum esse cupio omnibus tam noltri quàm futuri Temporis Fidelibus, qualiter quinque Mansos & dimidium Wazzerloza sitos, cum duobus mancipiis Rudolfo & Uxore ejus, ad Altare Sancti Petri in Monasterio Wirzburgensis Territorii, pro Remedio Animæ meæ Uxorisque meæ CHRISTINÆ delegaverim, ejus conditionis tenore, ut nobis in eorum Fratritatem receptis, Locoque Sepulturæ in Claustro utrisque concessio, Ego V. annuos syclos, quoad vixerim in Festivitate Sancti Martini eis pro commonitione Fratritatis persolvam, eandemque possessionem vitæ meæ usibus profuturam, in Beneficium ab eis retineam; quacumque autem die viam universæ carnis ingressus fuero, quic-

quicquid ibi repertum fuerit frumenti, vel animalium, sive aliarum quarumcunque Rerum parvarum sive magnarum, Abbas ejusdem Monasterii cum ipsa possessione ex tunc & in æternum in suam, Fratrumque suorum recipiat potestatem: Conjux quoque mea, Equo meo, quem tunc temporis optimum habuero, Fratribus pro Beneficio Sepulturæ persoluto, mox quàm celerrimè res suas disponere potuerit, ad eundem Locum habitatura se conferat, uniusque Fratris Prebendam ad cottidianos usus ab Abbate Loci recipiat; quod si ipsa prior me defuncta fuerit, Ego simili vice talentum Argenti, die depositionis ejus Fratribus persolvam, possessionem verò ipse retineam, illisve remittam, in meo consistat arbitrio, prebendam autem illam, cum libuerit, habeam: Mancipia duo, quæ simul cum Possessione delegavi, eadem Servitutis Lege, qua mihi viventi, ipsis post obitum meum perpetuo Jure famulentur, adjuncta omni Posteritatis suæ Familia. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCI. Indictione VIII. HEINRICO quarto Imperante. EMEHARDO Wirzeburgensi Ecclesiæ Præsidente. GOTEBOLDO Urbis Præfecturam Agente. Hi sunt Testes, qui viderunt & audierunt. GOZWIN Camerarius. Libolf. Kadeloch. Herold. Gotefrid. Eherih. Rudiger. Hemmo. Richolf. Alpuwin. Rudolf. Winizo. Siggo. Gerrich. Dangmud. Razman. Hartman.

## XVI.

*Traditio Adeloldi.*

NOTUM sit omnibus Fidelibus tam futuris, quàm præsentibus qualiter Ego ADE- An. 1101.  
**N**OLDUS septem Jugera Vineti Recistat, & duos mansos in confinio Eichholvesheim, tam in Ædibus, quàm in Agris, seu rebus quibuslibet aliis, utilitati humanæ profuturis possedi, ad Monasterium Sancti Petri in Wirzeburgensi Suburbio situm, talis interjectu conditionis dedi, ut videlicet Ego quoad vixero, ad Missam Sancti Martini XV. Similas, cum urna dimidia vini, adjectis insuper in coëmptionem piscariam V. denariis, sub pretextu Censûs, ne nihil interim emolumentum de dato experiantur, à me Fratribus ejusdem Loci tradantur. Eadem etiam hora, quædam Juris mei mancipia Heribertum scilicet & Adelberonem. Reginhardum. Cristan. Manegoldum. Adelburgam quoque & Edilindam cum Liberis suis, ad Altare hujusmodi ratione delegavi, ut singuli trium annuatim denariorum Censum tribuant, ac duo insuper prædicti Heribertus & Adalbero IV. uncias ad festum Sancti Martini pro suprædictis mansis in usum ipsorum post obitum meum cedentibus persolvant, nec eorum post se hæredibus, sed Monasterii ex integro cedant Utilitatibus. Postquam verò Ego vivendi munus excessero, quisquis Heredum meorum idem in Beneficium possidere voluerit, datis præscripto anni tempore XXX. Similis urnaque vini, nec non quinis Nummis eidem actioni cui supra deputatis, prout proficuum duxerit utatur, sin alias servitio Fratrum pro Libito subjugetur: verum quia annis singulis, non una vini provenit genitura, eo anno, quo ejus Caritas subrepsit, in ejus Locum à me quidem uncia, à Posteris verò meis duo solidi expendantur. Acta sunt hæc Anno ab Incarnatione Domini MCI. Indiçt. VIII. Cujus rei Testes sunt. Arnolt. Otto. Uto. Heinrich. Richalm. Winteri. Harthman. Hemmo. Gerrih. Razman. Suippoto. Wolfgang. Biravin. Adolt.

## XVII.

*Traditio Richardi per manus Volcmari & Heroldi.*

QUIA Boni totius Fundamentum Fides est, & absque ea non potest esse ratum An. 1101.  
**Q**UO quodcumque munus oblatum; notum sit omnibus Fidei ejusdem tenorem, vita cariorem ducentibus, quod Nos, Ego scilicet VOLCMARUS & HEROLDUS, substantias quasdam RICHARDI, Fidei nostræ commendatas, ipsius Rogatu ad Monasterium Sancti Petri in suburbio Wirzeburgensi situm, Remedio Animæ ipsius profuturas delegavimus, quarum per omnia utilitates ne quis postmodum de studiis partium, dum ad se quisque nititur, nec DEI Hominumve recordatur, error emergat, providentes hoc modo discrevimus: unam quidem Curtem juxta Urbis murum jacentem,  
 Q cum

cum suis attinentiis Hortu videlicet & ædificiis, nec non vinearum partes tres, absque aliqua conditionis interjectione, Fratrum ejusdem Loci usibus cessuras, ex tunc in perpetuum tradidimus: aliam verò, quæ & cultu commodior & ornatior Filio Heroldi, Clericatu mancipato, datis census nomine per annos singulos III. unciis in die Anniversarii ipsius Richardi ad idem Altare, Custodi templi quocumque ipse eas in emolumentum Loci verterit servituris, quoad ipse vixerit, & si cui Clerico in sua cognatione eadem tributa pensione, pro se reliquerit possidenda, constituimus: quod si vivens ipse statutum solvere pertæsus fuerit, neque alteri eo modo quo diximus dimiserit, per manus Fratrum præstetur quocumque alias libuerit, sic tamen, ut vendendi eam penitus, quod & de reliquis sancitum est, Potestas nulla tribuatur, utque Census quantuscumque de ea proveniat, annuatim Custodi præsentetur; tres nihilominus Vineti partes hac conditione tradidimus, ut unam earum BERNOLPHUS ipsius Richardi Cognatus data in Anniversario ejus Urna vini & XV. Similis, alteram Soror ejus ENGILZEIZ sub simili recompensatione in Anniversario Matris Richardi, tertiam EBERHARDUS quidam tradita urna dimidia decemque Similis in Anniversario Patris ipsius Richardi, dum vivunt hi tres possideant; post mortem verò eorum non cujuslibet hæredum suorum, sed Fratrum dominio subjaceant. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCI. Indictione VIII. sub HEINRICO Imperatore quarto. EMEHARDO Episcopo. GOTEOLDO Præfecto: cujus rei Testes sunt Libolf. Bernolt. IIII. Henrici. Arnolt. Thietolf. Asmar. Encil. Lemphrit. Eppo. Lemphrit. Afoch. Wolfhun. Theitolf. Franco. Huzman. Rutgis. Heriman. Walterich. Bezeman. Rudolf. Siggo. Gerrich. Razman. Gnanno. Heimmo.

## XVIII.

*Tradio Friderici Ducis.*

An. 1103. **S**icut quorundam vita sibi & aliis proficit, ita è contrario multorum vita sibi & aliis officit, dum quod illi pro Remedio Animarum suarum ad præsentis viæ subsidium DEO servientibus conterunt, hoc isti ad condemnationem Animarum suarum eisdem velut avidissimi pervasores auferunt, fitque modo miserabili, ut unde salus aliis nascitur inde pernicius aliis acquiratur; unde Operæ pretium arbitramur notum facere omnibus Christianis tam præsentibus, quàm sequentibus, qualiter Ego FRIDERICUS DEI Gratia Dux, partem Beneficii mei, Episcopo Wurbiburgensi Domino EMEHARDO, causa salutis Animæ Fratris mei LUDEWICI Palatini Comitis, restituerim, ea conditione, ut ipse eam ad Monasterium Sancti Petri juxta murum ejusdem Urbis situm delegaret, quod & fecit idem Episcopus manu Advocati sui, Præfecti videlicet GOTEOLDI: est autem Silvula quædam juxta villam, quæ dicitur Witoldeshufun jacens; hujus rei Testes sunt HENRICUS Comes, Frater Episcopi. ENGILHARD Comes. UDALRICH de Kazzenstein. Ruppbraht. Sigeloch. Burkard. Wortwin. Arnold. Arnold. Egisbreht. Eber. Engilhard. Irinc. Richard. Meginold. Emehard. Arn. Arn. Heinrich. Arnolt. Adalbraht. Libolf. Herold. Gotefrid. Kadeloch. Richalm. Ebo. Rutwic. Balduvin. Thiedo. Guncelin. Sicco. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCIII. Indictione XI. HEINRICO IIII. Imperante.

Ex Auto-  
grapho.

*Sequitur ejusdem Traditionis Confirmatio.*

An. 1104. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. EMEHARDUS DEI Gratia, Sanctæ Wirzeburgensis Ecclesiæ Minister Humilis. Oportunum & omnino Rationi videtur congruum, ut Nos, qui Divina Providentia sacram vicem ac Typum Summi Pastoris in Ecclesia gerimus, ipsum quoque Apostolum Domini, piis Sanctorum Patrum exemplis edocti, maximè in his imitari studeamus, quo sacras Dotes, Donationes, Mancipia, Prædia, Beneficia, Monasteriis, Ecclesiisque per diversas Personas Nobiles & Humiles venerabiliter collata, quasi propria deputata custodire, conservare semperque in majus ea promovere, certaue Privilegiorum munitione imposterum confirmare atque promovere curemus. Inde est, quod omnibus Sanctæ Ecclesiæ DEI Fidelibus patenter notum esse cupimus, qualiter Dominus FRIDERICUS DEI Gratia Dux Serenissimus Suevo.

Suevorum, ad Curiam in Oppido Wirzeburg, Agente Domino HEINRICHŌ Inviſſimo Romanorum Imperatore ſollempniter celebrandam, una cum aliis Teutonici Regni Principibus adveniēns, ubi explorata adepraque oportunitate, Silvam quandam prope villam Witoldeshufun poſitam, ab Antecęſſoribus noſtris in Beneficium ſibi conſeſſam, noſtro aſſenſu, & quosdam Homines ſuę Proprietatis, quorum Nomina ſunt. Frideloch & Uxorem ejus Ratpurgam, Trudolf & Uxorem ejus Willetrudam cum Liberis ſuis, Regenboto & Willecuma Sororem ſuam, Gerrichum cum Uxore ſua Becela, cum Liberis ſuis Richolfo & Regelo, Giſela & Benediſta, cum tora ſua ſuorumque procreata & procreanda prole, Libera manu, liberaque Potestate coram Liberis & Miniſterialibus noſtra Serenitate faultrice, noſtraque Diſcretionē mediatrice ad ſacras Reliquias, & veneranda Patrocina, quę Laude digna honorantur atque reverentur, in Eccleſia ante muros Civitatis Wirzeburg, in honore Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Beati Stephani Protho-Martiris honorificę conſtructa, ob Remedium, piamque Salutem Dileſti Fratris ſui LUDEWICI Palatini Comitis delegans Contradidit atque Donavit; veruntamen hac Lege & Jure, eodem Homines, prædictę Eccleſię perpetuo ſervitio mancipavit atque dimiſit, quatenus quivis illorum ad annos Pubertatis deveniens & maſculus & femina in ſollempni Feſto ſupradictorum Apoſtolorum ſinguli ſingulis Annis tres denarios, ob Divam Memoriam dileſti Fratris ſui Ludewici Palatini Comitis, ritu ſempiterno perſolvant, ſicque à cunctis cunctorum mortalium angariis, proangariisque & omni Advocatitio Jure, & Advocatorum univerſa Exactione & inſatiabili corroſione Liberi, ita ut ubicumque Terrarum aut Locorum Romani Imperii habitare elegerint, optata Pace poſiti habitent, tuti degant, ſecuri & maneat, quam verò Juſtitiam, ſi quis poſthac malefactor aut falſus invaſor aliquis, Eccleſiam de his Hominibus ſibi donatis inquietando, deſpoliando, divetiendo violare tentaverit, Succeſſores quippe Sereniſſimi Ducis Friderici, ob Laudem ac piam Salutem ſui ſuorumque, agiliter vetent, indefeſe arceant, Invaſores reprimant, ſacrę hujus Donationis violatores Juſtitiamque mancipiorum quondam ſuorum deſenſare, & adjuvare non diſſimulent, Fratribus ſiquidem ſolis in præſata Eccleſia DEO ſervientibus, omninò liceat, ut quoscumque illorum Hominum placuerit & voluerint, quemlibet pro ſua qualitate ac manerix, Siſtrino, Coquinæ, Arti ſutorix, Caminatae quoque ſuę, ac publicę Corti ſuę introducant, ſibi que eos enutrient & adaptent ſervituros, à Nemine umquam gravandos: ut igitur hæc ſacrę Donationis pagina ab Auctore ſuo Domino Friderico Duce Sereniſſimo coram omnibus ordinata, recitata, & recognita Lege perpetuò valitura rata, intacta, illibataque in ævum permaneat, æterna Sigilli noſtri Clauſura, Noſtręque Præſularis Imaginis impreſſione permanſura inviolabiliter, eam confirmari atque corroborari conſtituimus: præterea verò auctoritate Principis Apoſtolorum Beati Petri, & noſtra, Nobis à DEO conſeſſa, ſi quis hujus Kartę Integritatem annullare, aut violare in tantum deliraverit, hunc cum omnibus ſuis ſequacibus Sanctiſſima Chriſti & Eccleſię communionē privatum & extorem, æternis infernorum ignibus, æternum & ultra cruciandum transmittimus. Sit anathema . . . . . Teſtes Clerici RUPERTUS Præpoſitus. OTTO Præpoſitus. BOPPO Cantor. MEGENHARDUS Decanus. Berenger Decanus. Heinrichus. Wezil. Cuno. Odelrich. Gerungus. Laici Heinrichus Comes. Engelhardus Comes. Udelrich. Ruppertus. Sigeloch. Burcardus. Arnoldus. Egispertus. Eber. Engelhardus. Yringus. Item Richardus. Megenoldus. Arn. Henrich. Libolfus. Gorefridus. Kadeloch. Richalmus. Ebo. Rutwigus. Tiedo. Gunnzelinus, Goswinus Camerarius & Alii plures.

Acta Anno MCIII. Indiſt. XI. Domino HEINRICHŌ Quarto Glorioſo Imperatore Romanorum. EMEHARDO Epilcopo Præſidente.

## XIX.

*Traditio Egisperti & Mahtildis Conjugum.*

IN Nomine Sanctę & Individuę Trinitatis. Ego EGISPERTUS & Uxor mea MAH- An. 1103.  
TILDIS tam Memorix quàm Notix univerſis Fidelibus pro ſui Succeſſione contradimus, quia præveniente miſeratione Domini, quantulamcumque ſollicitudinem pro Animabus noſtris gerentes, Fundum noſtrum ſitum in villula, quę dicitur Himminſtat,

& VIII. Jugera Vineti juxta Curnaha, ad Altare Sancti Petri, apud Suburbium Cenobii ipsius absque omni contradictione, firma traditione Manu continuata delegavimus, ut ipsorum pro nostris offensionibus intervenientibus meritis, aliquod Refrigerium experiamur in tempore necessitatis: hanc autem pactiōem substituiamus, ut usum fructuarium ex eo quod est Himminstat, Uxore mea superstitite obtineamus, ex Vineto autem me superstitite, & ex utroque interim omni Anno Fratribus ibidem DEO militantibus XV. Similas, & urnam vini persolvamus; quacumque verò die universæ carnis viam ingressus fuero, prædicti Fratres, Vinetum prout tunc temporis est, in sua penitus recipiant; Uxore autem mea demigrante, de fundo frugifero Himmenstat eadem sententia permaneat.

Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCHII. Indictione XI. HEINRICO III. EMEHARDO Wirzburgensi Ecclesiæ Præsidente. GOTEOLDO Præfecturam Agente. Cujus rei Testes sunt. Ruppertus Præpositus, Meginhardus Decanus. Heriman. Ortho. Cunrad. Bobbo. Ernest. Wecil.

Laici HEINRICUS Comes. GOZWINUS Camerarius. Ruppertus. Libolf. Emehard. Kadeloch. Rutwic. Richalm. Heinrich. Gotefrid. Herold. Bern. Engilhard. Irinc. Richolf. Bernolf. Ebo. Lempfrid. Beceman. Gerrich. Winizo. Rudolf. Razman.

## XX.

*Traditio Adalberti.*

An. 1105. Sicut quorundam vita sibi & aliis proficit, ita è contrario multorum vita, sibi, & aliis officit, dum quod illi pro Remedio Animarum suarum ad præsentis vitæ subsidium DEO servientibus conferunt, hoc isti ad Condemnationem Animarum suarum, eisdem velut avidissimi Perversores auferunt, fitque modo miserabili, ut unde Salus aliis nascitur, inde perniciēs aliis acquiratur; unde Operæ prætium arbitramur, notum facere omnibus Christianis, tam præsentibus quàm sequentibus, quod Ego ADALBERTUS ad Monasterium S. Petri in Suburbio Wirzburgensi situm, causa Salutis Animæ meæ, V. Jugera Vinetarum, absque aliqua conditionis interjectione, Fratrum ejusdem Loci usibus cessuras, statim mihi ingredienti iter carnis, ex tunc in perpetuum tradidi. Unam etiam Curtem infra Urbis murum jacentem, cum suis attinentiis, hac conditione delegavi, ut soror mea, Filiusque ipsius Gozwinus & Filia ejus, data in Anniversario meo dimidia urna Vini & XV. Similis dum ipsi vixerint possideant. Hujus rei Testes sunt Libolf. Bernolf. Gozwin. Beringer. Gotebold. Lemphrit. Deceman. Ebbo. Adalbero. Werinheri. Gotefrid. Wienant. Liubbern. Adalbrat. Heinrich. Sigimunt. Werinheri. Winizo. Rodolf. Razman. Gnanno. Alpuvin. Gerrizh. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCV. Indict. XIII. HENRICO quarto Imperante. ERLUNGO Episcopo Wirzburgensi. GOTEOLDO Præfecto.

## XXI.

*Traditio Liutfridi.*

An. 1106. Notum sit omnibus tam præsentibus quam subsequituræ ætatis hominibus, qualiter Nos HEIZO & BECEMAN, vineam LIUTFRIDI, Fidei nostræ manibus traditam ad Altare Sancti Petri in Suburbio Wurzburg ex ipsius petitione post obitum ejus delegaverimus, ea conditione, ut relicta ejus Vidua, sui que Filii hæredes existentes, quotannis in ejus Anniversario XXIII. Similas & urnam Vini Fratribus ejusdem Monasterii pro Remedio Animæ ipsius tributario Jure persolvant; quod si quemquam Hæredum pertæsum fuerit talem persolvere Censum, Abbas prædicti Loci delegatam sibi vineam in suam Fratrumque suorum redigat potestatem. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCVI. Indict. XIII. HEINRICO V. Regnante; Wurzburgensi Ecclesiæ tunc temporis Præsule destituta. GOTEOLDO Urbis Præfecturam agente. Et hi Testes, qui viderunt & audierunt Arnold Vicarius Præfecti. Eppo. Alpuvin. Germunt. Richolf. Rudolf. Dangmud. Sicco. Razman. Alpuvin. Gnanno. Hartman. Wolfgang. Gerrich. Gotebold.

## XXII.

*Traditio Egisperti & Mabtildis Conjugum, altera.*

**E**GO EGISPERTUS & Uxor mea MAHTILDIS, qui modicam pridem oblationem de An. 1107.  
Donis Domini, ad Altare Sancti Petri Apostoli retulimus, quantum in presenti  
Facultas mea concedit, adaugere curavimus, scilicet superaddentes quicquid Vineti pos-  
sedimus apud Gerbrunnen, ea conditione ut post mortem amborum, ad usum Fratrum  
perpetualiter pertineat. Acta est hæc Anno Incarnationis Domini MCVII. Indiçt. XV.  
HEINRICO V. Rege. ERLUNGO Episcopo. Gotebaldo Præfecto. Hujus rei Testes sunt  
Heinricus Comes. Deupertus. Marcuardus. Ruppertus. Herold. Bernolf. Gotefrid.  
Eggihard. Ebberhard. Richalm. Kerold. Waltprad. Gerrich. Winizzo. Rodolf.  
Danemut. Gorebold.

## XXIII.

*Traditio Gotifridi & Gisilæ Conjugum.*

**O**MNIBUS CHRISTI Cultoribus, tam presentis quàm subsequenti ætatis notum An. 1108.  
facio, qualiter Ego GOTIFRIDUS, & Uxor mea GISILA, vineam ad Altare Sancti  
Petri & Stephani delegaverimus, ut annuatim V. solidis ad Altare Sanctæ MARIÆ DEI  
Genitricis Lucendum, quamdiu hac fungimur vita expensis, usibus nostris deserviat;  
nobis autem decedentibus, ut hæc conditio nostra in perpetuum firma perseveret, Cu-  
stodis dominio & Ecclesiæ profectibus, absque ulla Heredum contradictione subjaceat.  
Facta sunt hæc Anno Domini MCVIII. sub ERLUNGO Episcopo. GOTIBOLDO Præfe-  
cto: Cujus rei Testes sunt. Libolf. Ebo. Udalrichc. Herolt. Bernolf. Kadelohc. Ri-  
chalm. Heintih. Hecil. Herolt. Reginhart. Kadelohc. Rutwik. Ebo. Wolfmar.  
Gotfrid. Adelbero. Ratolf. Rabenolt. Eincil. Cunrad. Eppo. Beceman. Ernst.  
Rudeger. Rudolf. Regil. Goribold. Dangmud. Burkard.

## XXIV.

*Traditio Herivvicæ & Filii ejus Eberovini.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum sit Omnibus tam presentis An. 1108.  
quàm successuræ ætatis Christianis, qualiter Ego HERIWIC, Liberis orta Natalibus,  
propria, Filiique mei EBERWINI manu, ad Altare Sancti Petri in Suburbio Würcebur-  
genfi situm, Possessiones nostras pro Remedio Animatum nostrarum & omnium Pa-  
rentum nostrorum delegaverimus, scilicet X. mansos in Ergeresheim, & duos in Hit-  
tenheim, omniatque Mancipia nostra, cum omnibus Justiciis & Rationibus, talique ser-  
vitutis Lege, quali nos hæcenus sine aliqua contradictione possedimus; quam Tradi-  
tionem ea firmavimus Conditione ut Filio meo in Consortium Monachorum ibidem  
recepto, duo mansi in Hittenheim ipsorum Dominio cedant, X. verò in Ergeresheim  
meis quoad vixero, post mortem autem meam illorum usibus deserviant; insuper  
etiam ad cottidianos usus, unius Monachi prebenda mihi detur, & duæ Libræ Lini sin-  
gulis annis, post duos annos Laneus Pannus in tunicam mihi conferatur; si qua ex  
mancipiis obierint, quicquid Vir in animalibus, Mulier in Vestibus propria manu textis,  
optimum possederit, Abbas ipsius Loci accipiat; ceterum dum vixerint, eadem servi-  
tutis Lege, qua mihi, etiam ipsi per omnia Pareant, quod si quis ex eis alterius Do-  
minii Famulæ se in Matrimonio junxerit, duabus partibus Abbas sibi vendicatis, ter-  
tiam uxori possidendam relinquat; Muliebris Sexus nullo censui quoad vixerit subja-  
ceat, post mortem autem, ut predixi, tantum quod in vestibus optimum habuerit per-  
solvat, reliqua Hæredes possideant: Advocatiam tam Possessionis quàm mancipiorum  
Abbas Loci, cui optimum duxerit, commendet, & si unus displiceat, eo destituto, mox  
alteri meliori illa committere potestatem habeat. Acta sunt hæc, Anno Incarnationis  
Domini MCVIII. Indiçt. I. HEINRICO V. Regnante. ERLUNGO Würceburgenfi Ec-  
clesiæ

clesiæ Præsidente. GOTEOLDO Urbis Præfecturam Agente. Hi sunt Testes, qui hæc viderunt & audierunt, HEINRICH Decanus S. Kyliani. Bruning Presbyter. Tuto Diaconus. Heinrich Præfecti Vicarius. Emehard. Marcuvarr. Bernolf. Heinrich. Gotefrid. Heinrich. Walpraht. Gozwin. Egilward. Bernhard. Rutwic. Regishard. Radeloch. Burckard. Bern. Heinrich. Sconekin. Eppo. Volnant. Johannes. Berhtolf. Richolf. Winizo. Rudolf. Dangmud. Wolfgang. Regil. Gerrich. Razman. Foltrad. Cunrad.

Et hæc Nomina Mancipiorum delegatorum. Dietrich. Offriht. Liuppraht. Dietrich. quos quatuor nunc & in ævum Juri Fratrum dimisi, reliquos mihi quoad vivam retinui. Filii Dietrici quatuor. Rudolf & Richard & Gerbirc & Uta. Bodenolf, & Uxor ejus Engila, & Filii eorum quinque. Helmrich. Beringer. Sigefrid. Erchenbraht & Ludewic. Imnikint. Willibirc. Mechtild. Irmburg. Reginhard.

## XIXV.

*Traditio Militis de Northeim. Confirmata ab  
Erlungo Episcopo.*

AN. 1102. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ERLUNGUS DEI Gratia Sanctæ Wirceburchensis Ecclesiæ Minister Humilis, Auctoritate Ecclesiæ . . . Filii & Nominis Prelatione Populo presidemus & Clero DEI, decet, & congruum esse viderur, ut benignè pauperes CHRISTI Virosque Religiosos tueamur, eorumque Negotia vel . . . Auctoritate studeamus adjuvare, ne pravorum dolis aliquando fauciat queant succumbere: Universis itaque CHRISTI & Ecclesiæ Fidelibus, veritatis preconio notum facimus . . . quidam Genere generosus, & Nobilis dictus de NORTHEIM, Divitiis præpotens, sed Domino DEO inspirante propter vitam æternam Omnia relinquens, universum Prædium suum in Agris . . . in Silvis, in Aquis, in Palude, in Marcha Northeim situm, coram Testibus idoneis Liberis ac Ministerialibus notis & cognatis, cum omni Justitia & Integritate, ob Remedium Animæ suæ suorumque Parentum Omnipotenti DEO, super Patrocinales Sanctorum DEI Reliquias, in Ecclesia Principum Apostolorum Petri & Pauli Sanctique Stephani Protho - Martiris, Legitima Donatione Jure perpetuo servitutum nostra Consilio Auctoritate mediante, una cum Uxore sua GERHILDA manu coadunata irrefragabiliter delegans donavit, ibique se ipsum Monachum fecit, Hominesque suæ proprietatis Rudolphum. Rudegerum. Adelberonem. Adalbertum. Regenhardum. Cunradum. Ynen. Luggardim. Richildem. Yrmengardim, Gerhildem cum Posteritate sua, tali rationis sub tenore, prædictæ Ecclesiæ contradidit, ut ubicumque Locorum habitarent, si Vir, XII. denarios. Si Mulier VI. denarios ad usus Ecclesiæ devotè persolveret, sed de hac vita sive Vir sive Mulier decedens optimam vestem Ecclesiæ deferendam relinqueret: sciendum quoque, quod nulli Muadiburdio, nullique Defensori, nisi soli Abbati, & ei quem Abbas Loci sapienter procuraverit, ipsa Plebs, ipsaque præfixa possessio in ævum subjaceat: Talem ergo donationem in Prædio & in hominibus celebratam, coram nobis probabiliter ordinatam pragmatica privilegiorum sanctione in præsentis pagina nostri Sigilli impressione inviolabiliter observatam, cunctis impostero Clericis memoriter transmittimus conservandam. Testes Clerici. Cunradus. Gebehart. Meinhart. Bernger. Gerunc. Wolfram. Ludewic. Meginhart. Ministeriales Emehart. Libolf. Herold. Ebo. Engilger. Rychart. Hecil. Herold. De Familia verò Sancti Stephani Ezelin, Rudolf. Gerrich. Hemmo. Et alii plures.

Acta Anno Domini MCVIII. Indictione I. Imperante Domino HEINRICO quarto. ERLUNGO Wirceburchensis Ecclesiæ Episcopo. ETHZONE Abbate, & Gerboldo Urbis Præfecto.

## XXVI.

*Traditio Mechtildæ.*

**Q**uia Res per Fidem depositas retentari, non minimi esse Criminis, & magnæ in- An. 1105.  
 dicitur Infidelitatis; conservari verò honorificum apud Homines, & non parvæ  
 apud DEUM Beatitudinis. Notum sit cunctis nostri, & subsequenti Temporis Fide-  
 libus qualiter nos HEROLD, & REGINHARD, & KADELOCH, MECHTILDE Uxoribus Bu-  
 thonis vineam, quatuor Perticarum Kerrenphedi sitam, Fidei nostræ depositam, sub  
 Rogatu ipsius, consensuque Filiarum ejus, quibus Hæreditatis sorte debebatur, ad Al-  
 tare Sancti Petri in Suburbio Wirciburgensi situm, manu potestativa delegaverimus,  
 eo conditionis tenore, ut per totum præsentem annum singulis Ebdomadibus, una  
 Missa communiter à Fratribus pro Remedio Animæ ejus persolvatur, similiter & à sin-  
 gulis Presbiteris ibidem consistentibus, insuper Anniversarius ipsius de Anno in Annum,  
 ut moris est, celebretur, ipsaque Vinca continuo in Jus Fratrum absque ulla contradi-  
 ctione redigatur. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCVIII. Indictione I.  
 HEINRICO V. Regnante sub ERLUNGO Episcopo & GOTEBOLDO Urbis Præfecto, & hi  
 Testes, qui viderunt & audierunt. Clerici de novo Monasterio Werinheri Decanus.  
 Acelin Presbiter. Woffo Parrochiarius. Laicorum Nomina Heinrich Præfecti Vi-  
 carius. Bernolt. Herold. Wolfmar. Heinrich Filius Nozelonis. Gotesfrid. Bern.  
 Buto. Burkard. Wigman. Bernhard. Heinrich generi ejus. Rudolf. Winizo. Jo-  
 hannes. Gerrich. Dangmuod. Hartman. Gotebold. Alpuvin.

## XXVII.

*Traditio Sigilohi & Judithæ Conjugum.*

**I**N Evangelicis Paginis Dominica voce commonemur dare Eleemosinam, & facere An. 1108.  
 Nobis Sacculos, qui non veterascant, Thesaurum non deficientem in Cælis quo  
 Fur non appropiet, nec tinea corrumpat; quam admonitionem Ego SIGELOH, Libera  
 Conditionis Vir, prout ipse Dominus in Corde meo dedit, sequi cupiens, omnibus no-  
 stræ & subsequenti Ætatis Homines notum facio, qualiter duos mansos Giezzen  
 sitos, ad Altare Sancti Petri in Monasterio Wirciburgensis Territorii pro Remedio  
 Animæ meæ absque ullius conditionis intercapedine delegaverim, excepto solius in  
 Claustro, post obitum meum, sepulturæ Loco, similiter & Uxor mea JUDITHA eodem  
 momento, duos mansos Zaffendorf sitos, ibidem contulit suis, quoad vixerit usibus de-  
 servituros, post ejus obitum, Fratrum Juri mancipandos. Acta sunt hæc Anno Incar-  
 nationis Domini MCVIII. Indictione I. sub HEINRICO V. Rege. ERLUNGO Episcopo.  
 Goteboldo Præfecto. Hi Testes qui viderunt & audierunt. Diedold Clericus, & om-  
 nes ejusdem Monasterii Fratres. Laici Liebwin. Egisbreht. Winizo. Richolf. Jo-  
 hannes. Rudolf. Elpwin. Dangmud. Gotebold. Adelbero. Gebini. Razman. Ger-  
 rih. Gnanno. Hartman. Wolfgang.

## XXVIII.

*Traditio Ramvoldi & Gotalæ Conjugum.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum Omnibus tam præsentis quam An. 1108.  
 successuræ Ætatis Christianis, qualiter Ego RAMVOLD, cum Conjuge mea GOTALA,  
 ad Altare Sancti Petri in Suburbio Wirciburgensi situm, possessionem nostram, quan-  
 tumcumque est in Manilichstat, pro Remedio Animarum nostrarum delegaverimus,  
 & novem mancipia, quibus omnem Justitiam & Rationem & talem servitutis Legem,  
 qualem *Lurenfis* habet *Familia* pacti sumus: quam Traditionem ea firmavimus Condi-  
 tione, ut nostris quamdiu vixerimus, post mortem autem nostram, Fratrum usibus  
 deserviant; insuper etiam per singulos annos, quatuor quadrantes frumenti & alia qua-  
 tuor

tuor Braccii, & Porcus mediocris æstimationis, nobis concedatur. Acta sunt hæc Anno Incarnationis Domini MCVIII. Indictione prima HEINRICO V. Regnante. ERLUNGO Episcopo. GOTEBOLDO Præfecto, cujus Rei Testes sunt. Gotefrid. Herolth. Heinrich. Arnolt. Bernolf. Rudolf. Winico. Dancmut. Gotebold.

## XXIX.

*Tradio Wolmundi.*

An. 1112. **C**Ujuslibet rei Traditionem sub multorum Testimonio non solum ratam fieri, sed etiam Scripturarum memoria commendatam, perhennem stabiliri, tametsi ante novimus, in subscriptæ tamen Testificationis Exemplo, evidentius edocti sumus; Vineam etenim, quondam sitam Blascenberc, quam EBO quidam cognomine *Junior*, manu propria ad Altare Sancti Petri Apostoli & S. Stephani Protho-Martyris delegavit, & ab ipsius Cenobii Abbate pro Annuali tributo V. solidorum recepit, receptam tributi paccione absolvit, clanculum tamen, etiam Uxore sua ignorante cuidam WOLMUNDO, cum adjacens illi esset, vendidit, quam Venditionem cum usque post Obiitum ipsius latuisset, nisi tamen adhuc superstes, testimonium quam Scripturam infirmamando, prepedisset, ipsa Traditio prima penitus infirmata & irrita exstitisset: Itaque idem VOLMUNDUS, quia nec pecuniam ab Heredibus recipere, nec Vineam dictante Justitia, obtinere valebat, consulto optimum factum visum est, ut aliam vineam suam propriam apud Habechsperch sitam pro eodem delegaret, & utraque pro Tributo III. unciarum recepta, sibi & Uxori suæ, nomine GISILA, Superstitibus & Liberis suis, non quos genuerant, sed si quos fortè simul genuerint, qui jam steriles per triennium commanserant, ita tamen, ut ad secundam Lineam Nepotum hæc Hereditas non procederet, obtineret, cujus rei iidem qui priores testes sunt. Otto Camerarius. Herolth. Bernolf. Gotefrid. Erpwin. Filius ejus Adelrich. Ludewic. Reginhart. Rudolf. Acta est hæc Traditio Anno Incarnationis Domini MCXII. Indictione V. HEINRICO V. Regnante. ERLUNGO Episcopo. GOTEBOLDO Præfecto.

## XXX.

*Tradio Dizmanni.*

An. 1113. **E**GO DIEZMAN, & Uxor mea, vineas duas ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani Protho-Martyris, hæc conditione delegavimus, ut quo utrique vixerimus annualem Censum, dimidii scilicet talenti quantitatem persolvamus, decedente verò uno nostro, Fratres ejusdem Monasterii, Memoriam ipsius in Orationibus & vigiliis, ut cujuscumque in ipsorum consortio defuncti, faciant, vineamque ex suprascriptis unam possideant ex integro & obtineant; alteram verò qui Superstes fuerit, quinque solidis redimat annuatim quoad vixerit, post cujus Obiitum, eadem etiam non tributo annuali ab Heredibus possideatur, sed absque omni contradictione in Jus Fratrum usu & fructu quemadmodum prædicta, Continuo vendicetur & Mislarum quantitas pro ipsius Anima iteretur. Facta sunt hæc Anno Domini MCXIII. Indictione VI. cujus rei Testes sunt Herold. Bernolf. Gotifrid. Rabinold. Bern. Adalbero. Amolung. Diezman, Heinrich. Heinrich. Ludewic. Rudeger. Rudolf. Dangmud.

## XXXI.

*Tradio Heinrichi Comitis.*

An. 1113. **N**OTUM sit omnibus tam presentibus, quam successuræ Posteritatis Fidelibus, qualiter Nos BERN, & IRING, sub Rogatu Domini HEINRICI Comitis, Prædium quoddam in Gundresleibi situm, manibus Fidei nostræ traditum pro Remedio Animæ suæ, parentumque suorum ad Monasterium Sancti Petri Apostoli & Sancti Stephani Protho-Martyris, in Suburbio Wirzburgensi constitutum delegaverimus, hoc scilicet condi-

conditionis pacto, ut GUNDRAMMO, cui idem in Beneficium concessit, illo Superstite, usufructuario cum omnibus attinentiis suis potiri concedatur: Comite verò, totius carnis iter ingresso, pro agendis in sui Memoriam Missarum oblationibus, in ipsius Anniversario XV. Similis & dimidia vini urna annuatim expensis, ipse quoad vixerit obtineat, & si cui Filiorum post se conferendum disposuerit, eadem hereditario Jure persolvat, sin vero Fratrum Dominio subiaceat. Facta est hæc Traditio Anno Domini MCXIII. Indictione VI.

## XXXII.

*Traditio Adeloldi.*

SÆpe evenire solet, ut quæ DEO servientibus pro Retributione perpetua quorundam contulerit Diligentia, hæc eis Avaritia instigante, aliorum auferre conetur insolentia; proinde notitiæ omnium tam præsentium quàm futurorum declarabo, qualiter Ego ADELOLDUS tres mansos, infra metas Husum sitos, ad Monasterium Sancti Petri Apostoli, in Suburbio Wirzburgensi constitutum, tali pactionis interjectu delegavi, ut meis, quoad vixero, deserviant usibus, meque iter universæ carnis ingresso UDALRICUS, natione Bawarius, datis annuatim in meo Anniversario duabus urnis vini cum XL. Similis Fratrum servitio, ipse cum uxore sua HILTHIBURGA & Filio HEITHUVOLGO, vel quisquis Heredum suorum, hoc idem persolvere voluerit, absque alicujus contradictionis impedimento obtineat; eo autem anno, quo ubertas vini minus provenierit, utrumque V. redimat siclis: si verò quemquam eorum pertæsum fuerit quantitatem statuti reddere Censuræ, Fratrum continuo cedant utilitatibus. Facta sunt hæc Anno ab Incarnatione Domini MCXIII. cujus rei Testes sunt Ebo. Herolt. Cunrad. Hertuvik. Kadeloch. Reginhard. Ebo. Ruthwic. Richalm. Hemmo. Elpuvin. We-  
rinheri. Lutheri. Wecil. Godebolt. Diezman.

An. 1114.

## XXXIII.

*Traditio Hartungi.*

E GO HARTUNGUS, Lucis Perpetuæ Famelicus, duas Vineas apud Villam Gerbrun-  
num sitas, unam in Loco, qui dicitur Heselehe, alteram in Loco Uttenwingar-  
tun nuncupato, ad Altare Sancti Petri in Suburbio Wirzburgensi propria manu dele-  
gavi, ea conditionis Lege interposita, ut Ego dum vixero, in VI. feria Paschæ singulis  
annis V. solidos Tributi ad idem Altare persolvam, ut ex eis per Fratrum Providen-  
tiam omni nocte in Cripta Sancti Stephani jugiter Lumen ardeat, & ut Sepulturæ meæ  
Locum cum Successoribus meis ibidem obtineam, post Obitum verò meum Frater  
meus GERMUNDUS, vel quicumque Heredum meorum proximus, in Anniversario meo  
idem persolvat, vel si intermiserint in usum Fratrum ipse Vineæ concedantur: Facta est  
hæc Traditio Anno Domini MCXIII. Indict. VII. HEINRICO V. Regnante. sub ER-  
LUNGO Episcopo. GOTIBOLDO Præfecto. Cujus Rei Testes sunt. Bernolf. Kadeloch.  
Richolf. Asmar. Eppo. Heriman. Dietolf. German. Germund. Rihpolt. Gerraht.  
Burkard. Burkard. Gerloch. Bruning. Gozpraht. Waltheun. Johan. Rudolf. Dang-  
mud. Gebeno. Alpuwin. Volmar.

An. 1114.

## XXXIV.

*Traditio Berthæ altera.*

E GO GOTIFRID, vineam Fidei meæ traditam, petitione astantis in præsentem, Viduæ  
cujusdam BERTHÆ, ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani hac firma condi-  
tione & indiscutienda delego, ut hac quamdiu vixerit Vita, suis deserviat usibus, eique  
cottidiana Fratris unius prebenda, & Curtis Monasterii muro adjacens, concedatur:  
Filia verò ipsius, si se taliter, ut decet Virginem, sine Crimine, & Infamia continuerit,  
S  
Vinea,

An. 1114.

Vinea, & his omnibus post se sibi concessis, eadem Lege, qua & Mater utatur, sin autem, ea aliisque privetur, Fratrumque Utilitatibus continuo subjiciatur. Facta est hæc Traditio Anno Domini MCXIII. Indiæ. VII. Cujus rei Testes sunt Udalrich. Karl. Kunleih. Sigiboto. Rabenolt. Rutwih. Rudeger. Johan. Alberihc. Rudolf. Regil. Gotibolt. Dangmud. Bero.

## XXXV.

*Traditio Ottonis.*

An. 1115. **Q**uoniam ut Scriptura dicit, hoc tempore nostro, in quos fines sæculorum devenerunt superabundantem Iniquitatem in tantum Karitas refrigescit, ut per paucorum sit in firma Radice veræ Fidei cohærere, vel ejusdem mentis aliquamdiu subsistere; ita scilicet, ut quod modo quacumque Ratione firmaverint, idem rursus infirmare desiderent; necessarium duxi causam meam multorum Testimonio definitam, quorum Nomina subsequenter commendanda Memoriam: itaque Ego OTTO, cunctis Fidelibus notum esse cupio quam gravi & quam maximo Amicorum meorum Labore, Hereditariam portionem Matris meæ impetratam, absque omni Rationis interpositione, firma astipulatione receperim de manu SWIGGERI Avunculi Matris meæ, & de manu ERKINBERTI Filii Avunculi ejus EGINONIS, quam ipsa Matris meæ Mater IRMINGART, Soror ipsius, & Amita ipsius Erkinberti, & obtinendum & delegandum privatim præ ceteris Liberis suis Matri meæ, & Liberis ejus delegaverat; & hoc actum est & definitum in Conventiculo multorum Comprovincialium nostrorum Hominum Liberorum nostræ Societatis, & quorumlibet aliorum apud Villam Windesheim, quorum Omnium Nomina commemorare, nisi quantum ad mei testimonii necessitatem sufficit, ociosum duxi: Itaque hos primùm in Testimonium subscribendos curavi, quos præ ceteris in hac re Fautores habui; Pater meus OTTO. Dominus meus Gerung. Sigilohc. Sigiloch. Filii ejus, Heriman. Luduwik. Heinrih. Et Filii Welandi, Beringer. Arnolt. Heinrich. Adalbert. Suigger. Arnolt Frater ejus. Adalbero, Waltheri Frater ejus. Otto. Waltun. Adalhoh. Præter hos Friderih, Meginlah Frater ejus, Adalbero, Heinrich Frater ejus, Reginhart. Wicnant. Arnolt. Frater ejus. Marcolf. Dietmar. Adelbero. Sub quorum Testium Cautione idem Matrimonium meum, absque omni Rationis interpositione receptum, ut prædixi, pro Remedio Animæ meæ & Parentum meorum, quorum successione ad me devenit; ad Altare Sancti Petri Apostoli & Sancti Stephani Protho- Martiris firma Traditione delegavi cum Mancipiis XIII. quorum Nomina sunt hæc. Fridirun cum tribus Liberis suis. Hilta cum duobus Liberis suis. Mathilt cum tribus Liberis suis. Mathilt. Pernger. Sed ea tantùm Rationis interpositione, ut usumfructuarium Ego & Pater meus, quoad vixerimus obtineamus, Mancipia verò tres Numos Tributi, vel pretium tanti persolvant, & post Obitum cujusque meliora in Animalibus, virorum, vel si non habuerint meliora, vestium: Mulierum verò tantum meliora vestium ad Altare persolvant, reliqua ad Heredes ejusdem Juris transeant, quos si non habuerint, ad Jus Ecclesiæ, de cetero ab omni servili Jugo & Placito Advocati absoluti permancant, nec aliquem Advocatum præter quem Abbas elegerit, hæc Traditio obtineat, alioquin ad Heredes meos paternos transeat, cujus rei Testes sunt GOTIBOLT Urbis Præfectus, Frater ejus POPPO. Udalrih. Reginhard, Cunrad Frater ejus. Embrico, Beringer Frater ejus. Cunrad. Ruprecht. Gumpret. Wortwin. Heriman. Suigger. & postquam sub horum firma astipulatione delegatio facta in Proprietatem Cenobii per Famulos ipsius possessum est, rursus in præsentia ipsius Episcopi ERLUNGI & eorundem Testium prædictorum, quoniam utroque die Concilium Colloquii sui habuit, ab ipso Abbate EZZONE & Urbis Præfecto GOTEBOLDO, sub Manuum mearum Traditione usufructuarium mihi & Patri in Beneficium recepi; hac quippe sententia ab Omnibus confirmata, ut nullus cohæredum meorum post hujus dispositionis Cautioem Locum supplantandi inveniret. Facta est hæc Traditio Anno MCXV. Regnante HEINRICO V. ERLUNGO Wirciburgensis Ecclesiæ Episcopo.

## XXXVI.

*Traditio Engilhardi & Uxoris ejus Mathildis.*

**Q**UONIAM Sapiientis Cujusdam Sententia est: *Redemptio Animæ Viri, Divitiæ suæ*; An. 1117.  
 Ego ENGIHARDUS & UXOR mea MATHILDIS de Bonis nostris, quibus in præ-  
 senti sustentamur, pro Animabus nostris, ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani de-  
 legavimus, Curtem scilicet cum ædificiis suis, ut quoad vixerimus XXX. denarios an-  
 nuatim persolvamus, & uno nostrum defuncto, alter V. solidos in Anniversario illius  
 ad Capellam Sancti Gregorii lucendam, ad utrumque autem discessionis nostræ annua-  
 lem Diem quicumque Heredum XXX. denarios rependat, & si noluerit Fratrum do-  
 minio subjaceat. Facta sunt hæc Anno Domini MCXVII. Indiæ. X. ERLUNGO Epi-  
 scopo. GOTIBOLDO Urbis Præfecto. Cujus rei Testes sunt Gotifrid. Adalbero. Go-  
 tifrid. Erkenbolt. Liutpero. Gozuwin. Asmar. Cunrad. Ruprecht. Maroholt. Bur-  
 kahrt. Hainrih. Martin. Iring. Rudiger. Wikman. Saleman. Dieppolt.  
 Regil. Rudolf. Razman. Gotibold. Dangmud. Bero.

## XXXVII.

*Traditio Wolframmi & Dietherici Ministerialium.*

**O**MNIBUS in CHRISTO piè viventibus certum esse volumus, qualiter duo Mi- An. 1119.  
 nisteriales Sancti Kiliani, WOLFRAMMUS de Onoltespach, & DITHERICUS,  
 Avunculus ejus, Divina Inspiratione ammoniti, Dilectionem DEI & Proximi imitan-  
 tes, tum pro honore DEI, tum etiam pro amore Fratris prædicti Wolframmi, scilicet  
 GUMBERTI Monachi X. Marcas & Mansum unum in Gochesheim, insuper etiam Fa-  
 mulos & Famulas Waltherum & Uxorem ejus. Lutgardam & Filios eorum. Dite-  
 ricum. Nendingum. Wolfonem. Giselam. Seburgam & filios ejus. Gepam & Fi-  
 lios ejus, quæ omnia eidem Gumberto, Jure Hereditario ante Conversionem venerunt,  
 ad Altare S. Petri & Sancti Stephani Protho-Martyris in Suburbio pia oblatione tradi-  
 derunt, ipsumque Gumbertum dicioni Abbatis, qui tunc Monasterio illi præerat ibidem  
 DEO Militaturum, devotissimè commendaverunt, statuentes etiam de prænomina-  
 ta Familia, ut vir annuatim VI. denarios, femina III. ad Altare persolvant, qui autem  
 viam universæ Carnis implentes, melius vestimentum quod habent, ab Heredibus,  
 Custodi Altaris detur; Advocatum Altaris Defensorem habeant, & ita ab ipso Advo-  
 cato, & ab omni Jugo servili Liberi existant: Hæc autem facta sunt Anno Dominicæ  
 Incarnationis MCXVIII. Indiæ. XII. Regnante HENRICO Imperatore. ERLUNGO  
 Episcopo. EZZONE Abbate. Goteboldo Comite. Testes autem qui huic Traditioni  
 interfuerunt isti sunt. Udelrich Decanus. Cuno, Immo. Nendinc. Ludewic. Fri-  
 derih. Licci. Herolt. Bernolf. Kadelohc. Gotefrit. Rutquic. Wolthere. Ingram.  
 Eggebreht. Sachso. Hartman. Danemut. Regil. Gebeno. Sigefrit. & Monachi Lam-  
 praht. Hartman. Burchart. Wecil. Si quis autem id attemperare præsumperit in-  
 dignatione DEI Omnipotentis, & anathemate succumbat: Censum autem, quem dare  
 debent in Festo Beati Petri persolvant.

*Sequitur ejusdem Traditionis Confirmatio.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ERLUNGUS DEI Gratia Wirzeburgensis Ex Auto-  
 Ecclesiæ Minister humilis. Antecessorum Nostrorum Sanctissima Diligentia jugiter grapho.  
 nos ammonet maximè Ecclesiis ac Pauperibus CHRISTI, piè providere, & eorum Ne-  
 gotia quasi propria deputando fideliter promovere, inde est, quod Notum esse volumus  
 Universitati tam præsentium quàm subsequentiū CHRISTI Fidelium, quod liberæ  
 Conditionis Vir GUMBERTUS de Ekkeburgehoven cum Conjuge sua CHRISTINA, quo-  
 niam Liberos non habuerunt, CHRISTUM Regem Sæculorum in Cælestibus Domi-  
 num & Heredem unanimiter elegerunt, propter cujus Amorem mutato sæculari ha-  
 bitu,

bitu, coram Testibus idoneis, Liberis ac Ministerialibus firmissima sub astipulatione Prædia sua in præsentî Karta subter notata, videlicet in his locis sita, Hartpach, Laxe Urenhoven, Gullichesheim, Hottingen, Rotelse, Kubrûnnen, Boltheshalden, super Reliquias Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & B. Stephani Protho - Martyris in Suburbio Wirzeburgensi in Usûm Fratrum ibidem DEO servientium delegaverunt: Præterea verò sciendum est, quod utriusque sexus Homines suos & Milites & Ruricolas, similiter cum omni Justitia super easdem prædictorum Sanctorum Reliquias ita sanè contradidit, qui Milites sunt, uti Milites Ecclesiæ, qui decenter ac devotè inviolabili, jure subserviant. Hi scilicet, Burkardus, Emmehardus & Regenboto, Hermannus, Glymo, & Uxor ejus Regelind, & eorum Filii Adelbertus, Walkarie, Marquardus. Optentu verò præfati Gumberti Hermannus, Glymo, & Filiis suis Adelbert & Margward tantummodò Prædium, quod est situm Hartpach dimittitur, ut quoadusque vivant absque molestiæ Tributo possideant, sed post Obitum eorum Abbati & Fratribus suis præcisè, & absque omni tergiversatione in omnem Usûm & Potestatem redeat: item Tridhalmus. Dyemo Milites, Famuli; Rukkerus, Adelman, ejusque Filii Erkenbertus, Cuno & Adelbertus Frater ejus. Bertha cum Filiis suis. Hiltegunt, & Filii ejus: Mehtild. cum Filiis suis: Adelberone & Wigardo. Hi quoque Viri in omni sua posteritate circa ætatem censualem. V. denarios annuatim Ecclesiæ persolvant: sed si quos ex eis Abbas in aliquod sibi servitium subdere voluerit, potestatem plenissimam habebit; feminae verò tres denarios etate solita exsolvant. Hæc igitur Donatio nostra Authoritate mediante peracta, & hujus Sigilli nostri impressione firmata, si quis impostertum annullare temptaverit, Auctoritate nostra: & Beati Petri, & totius Sanctæ Ecclesiæ æterno Anathemati perpetuo igne cruciandus subiacebit: sub hujus etiam Sigilli nostri Testimonio in Verbo Domini testificamur omne præscriptum prædium à Libera Conditionis Viro Gumberto, & Coniuge sua Christina, mutato ibidem Sæculari habitu super Reliquias præfatorum Sanctorum, pro Remedio Animarum suarum Reverenter traditum, ab omni Advocato, & Exactione liberum esse, & in solius Abbatis & Fratrum suorum Manu & Potestate permanere debere, nec aliqua Venditione aut abractione ab Ecclesia umquam alienari licere. Acta Anno Domini MCXVIII. Indictione XII. Domino HEINRICO DEI Gratia Quinto Romanorum Imperatore Feliciter Imperante, Venerabili Wirzeburgensium ERLUNGO DEI Gratia Episcopo. Domino EZZONE Omni Religione & Sanctitate præsidente Abbate, Goteboldo Urbis Præfecto. Testes Cunimunt. Erkenbertus. Cunrad. Bernget. Volkmand. Rudolf. Swiker. Heinrich. Ebwin. Hildebrant. Helmbolt. Alexander. Ekehardus Herolt. Bernolt. Rattwig. Gotefrid. Reginhardus. Wolframms. Bern. Burk. Adelicus. Richalmus. Ebbo. Rudegerus. Heinricus. Rudolfus. Udalricus. Ingram. Werherus. Gotebold. Merboto. Rudolfus. Hartmannus aliique plures.

## XXXVIII.

*Traditio Berengeri.*

An. 1120. **N**on minus recolatur pia Fidelium Memoria, qualiter Ego BERENGERUS Vir Liberae Conditionis Ingenuus, æternæ Retributionis Gratiam exoptans, Prædium meum Sigeburgehusen situm, & Theivelt mansus videlicet . . . & Silvam unam, cum viis & inviis, itibus & redditibus ad Altare S. Petri in Territorio Wirzeburgensi situm, absque omni conditione, Monasticae inibi me devovens Religioni, subdendum, Jure perpetuo contradidi. Acta sunt hæc Anno Domini MCXX. Indict. XIII. Rege HEINRICO. ERLUNGO Episcopo. GOTIBOLDO Comite. Hujus rei Testes sunt. Gotefrit. Erkenbolt. Regimmar. Rutpraht. Ercenbraht. Heinrich. Waltrich. Heinrich. Sigifrit. Eggebrat.

## XXXIX.

*Traditio Wimutæ Matronæ.*

An. 1120. **N**overint quique Fideles in Ecclesia, qualiter Ego WIMUTH Vidua, Rogatu Mariti mei EBERHARDI, Prædium nostrum, Loco qui dicitur Bonenlanden situm, ad  
Altare

Altare Sancti Petri & Sancti Stephani hac conditione delegavi, ut annuatim ad Festum S. Nicolai pro memoria ipsius inibi celebranda dimidium Talentum persolvam: me verò vita decedente, Filius ejus E. ex me progenitus ipsum Prædium Jure Hereditario possideat, & prædictam Oblationem absque omni ambiguitate persolvat; quod si Liberos non genuerit, Fratres Monasterii, post obitum ejus, Prædium suæ Potestati subjiciant. Acta sunt hæc Anno Domini MCXX. Testes sunt, qui audierunt & viderunt hæc, Gotifrit. Egispreth. Adelbreht. Berenger. Alegenolt. Heinrich. Herolt. Friderih. Werinhart. Gebhart. Reginhart. Kadeloch. Rutwik. Adelhun. Billung. Adelham. Waltpreht. Ludewic. Diethrih.

## XL.

*Traditio Sigebotonis.*

**M**emoriam omnium Fidelium commendamus, qualiter Ego RICHALMUS, vineam <sup>An. 1121.</sup> SIGEBOTONIS, quæ sita est in monte Habeschberg, Fidei meæ commissam, ad Altare Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & Sancti Stephani Protho-Martyris, ea conditione delegaverim, ut idem Sigeboto & Uxor ejus ADELBURG singulis annis quatuor Ceræ Talenta, ad augmentandum in Pascha Cereum, ad Censum persolvant, uni verò ex eis decedente, alter in Anniversario ejus XV. Similas & dimidiam urnam vini Fratribus ejusdem Loci persolvat: post obitum verò utriusque, Hæredes, qui possederint, prædictam Oblationem Fratribus dupliciter impendant, nihilominus prædictis quatuor Ceræ Talentis adjunctis. Facta est hæc Traditio Anno Domini MCXXI. Indiæ. XIII. Regnante HEINRICO Juniore Imperatore. ERLUNGO Episcopo. GOTIBOLDO Urbis Præfecto. Hujus rei Testes sunt Kadiloch & Reginhart Frater ejus, & Engilbraht Filius ejus. Wolfmar & Burkart Frater ejus. Gotibolt. Adellun. Colman. Cuno. Dangmut. Gebino. Eber. Eggibreht. Hartmut. Hartman. Ernolt. Ludewic.

## XLI.

*Traditio Libolfi.*

**N**otitiæ cunctorum Fidelium manifestissimè sit declaratum, qualiter Ego LIBOL- <sup>An. 1122.</sup> FUS Sancti Kyliani Famulus, Vineam cujusdam Presbiteri Heinrichi, Fidei meæ commendatam ipso præsentem ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani hac conditione delegavi, ut si idem Presbiter H. iter quod proposuit, DEO volente, peregerit, eandem Vineam suis usibus deservendam liberè detineat quoad vixerit; postquam verò finem vivendi fecerit, Soror ejus BERTHA, & Filia ipsius ELYSABETH si Maritum non duxerit, prædictam vineam ab Abbate ipsius Loci in Beneficium accipiant, & ad Anniversarium prædicti Heinrichi Urnam Vini Integram persolvant; ipsis verò duabus, Matre scilicet & Filia debitum mortis persolventibus, Fratres ejusdem Loci prædictam vineam Potestati suæ subjiciant, & deinceps absque omni contradictione obtineant. Acta sunt hæc Anno Domini MCXXII. Indiæ. XV. Hujus rei Testes sunt Regenbreht. Cristan. Beceman. Ernolt. Ratolf. Hemmo. Ebbo. Erbo. Eggibreht. Adolot. Wernheri. Wezil. Rudeyer. Eber. Merboto.

## XLII.

*Traditio Adalberti.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum sit cunctis Matris Ecclesiæ Filiis <sup>An. 1122.</sup> per Divinam Adoptionem assumptis, qualiter Ego ADALBERTUS Vir liberæ Conditionis, Prædium meæ Potestatis, situm in Villa, quæ dicitur Svvebehim, manu potestativa ad Cenobium Sancti Petri, & Sancti Stephani Protho-Martyris, in Suburbio Herbipolensi, firma Traditione delegavi, ut ipsorum meritis pro Excessibus meis interceden-

cedentibus, DEI misericordia favente, aliquod Refrigerium experiar in tempore Necessitatis: hanc autem Traditionem & Confirmationem sub huiusmodi pacti cautione distinxī, ut ipsum Prædium meis deserviat Utilitatibus, ex Beneficio Domini Abbatis, ceterorumque Fratrum quoad vixero: quicquid verò interim, me vivente, ex eodem Prædio, vel de aliis meis Bonis aliquo modo contractum vel adauctum, per meam fuerit diligentiam, sive in Agris, sive in Pratis, sive in Pascuis, seu in Silvis, vel in aliqua Re domestica quandocumque mortis debitum persolvero, prædicti Loci subjiciatur dominio, Fratrumque utilitati cedat ex integro: tria quoque Mancipia mei Juris, ad præfatum Cenobium tradidi, ut inter servientes ipsius Ecclesiæ optimo Jure potiri permittantur, nullumque Advocatum præter specialem ac Legitimum Loci ipsius Defensorem habere compellantur, & ut hæc Traditio mea stabilis & inconvulsa permaneat, coram Episcopo & Præfecto Herbipolensis Ecclesiæ, hæc omnia absque Heredum meorum contradictione peregi, Testesque Idoneos, qui postmodum hæc me decedente adstipularentur adhibui; hic subnotantur, qui ejusmodi testimonio interfuisse dinscuntur.

Bernger. Ruprecht. Adelbreht. Arnolt. Marcolf. Cunrat. Adalholm. Eberhart. Burkart. Engilhart. Rudolf. Gotobolt. Richolf. Eppo. Eggibreht. Richalm. Billung. Eggihart. Wolcwart. Dimar. Acta sunt hæc Anno Domini MCXXII. Indictione XV.

## XLIII.

*Traditio Ernusti.*

An. 1125. **M**Emoria omnium Fidelium recolat, ne qua Nebula Oblivionis impediatur, qualiter Ego ERNOST, Carnali Herede privatus, Heredem autem habere Dominum cupiens; Mansum unum situm in villa Rotendorf, mei Juris, pro impetranda delictorum meorum venia, ad Altare Sancti Petri, Sanctique Stephani Protho-Martyris, delegaverim, ea videlicet Lege, ut quamdiu Corporalibus his Induviis vestiar, deserviat mihi sicut hætenus deservivit, pro censu solidi unius, qui per singulos annos me vivente persolvetur, me verò Onere Carnis depositio ERKENBERTUS quidam consanguinitatis propinquitate mihi conjunctus, ea conditione possideat, ut quotannis in Anniversario meo prædictum Censum solvat, quod si neglexerit semel, continuo Fratrum Utilitati deserviat: post Obitum verò ejus quicumque Heredum suorum prædictum censum persolvere voluerit, possideat. Acta sunt hæc Anno Domini MCXXIII. Indictione III. Regnante LOTHARIO Rege. GOTIBOLDO Præfecto & HENRICO ejusdem Cenobii Abbate. Testes Eberhardus Frater ejus Salman. Beruhard. Eggibraht. Danguinut. Gotifrid. Hartungus & alii quam plures.

## XLIV.

*Traditio Cunezæ.*

An. 1131. **R**Ecolat quævis Posterorum Memoria, quod Ego CUNEZA mansum unum Gochesheim situm, ad Altare S. Petri tradiderim ea conditione, ut in Festo S. Martini XX. denarios annuatim persolvam; me verò Universæ carnis iter ingressa, Filius meus ADALBERTUS, eundem Censum persolvens mansum possideat, & ea Lege in Posteris suos transmittat; sin autem Liberis caruerit, aut Censum triennio subtraxerit, Fratrum confestim usui cedat. Acta sunt hæc Anno Domini MCXXXI. Indictione VIII. LOTHARIO Rege. EMBRICONE Episcopo. BERENGERO Abbate. GOTIBOLDO Comite. Hujus rei Testes sunt Wolfram, Gotobolt. Adelbero. Heriman. Berhtolt. Eggibraht. Otto. Ernost.

## XLV.

*Traditio Nantohi & Idekindæ Conjugum.*

**R**ecolat omnium Ætas in CHRISTO Fidelium, qualiter Ego NANTOHC & Uxor An. 1131.  
mea IDEKINT carentes Herede Carnali, CHRISTUM substantiæ nostræ feci-  
mus Heredem. Anno itaque Domini MCXXXI. Indictione VIII. Rege LOTHARIO.  
EMBRICONE Episcopo. BERENGERO Abbate, ad Altare Sancti Petri Apostoli Domum  
Curtemque nostram, & omnia quæ possidebamus contradidimus, ea Lege videlicet,  
ut annuatim quoad vixerimus in Festo Beati Mathiæ, quadrantem vini persolvamus,  
alteri verò nostrum, vinculis Carnis deposito, eadem quantitas, ejus in Anniversario  
persolvatur: Utrisque verò deccedentibus quæcumque reliquerimus Fratrum cedant Usui.  
Hujus rei Testes sunt Ottho. Gotfrit. Eggibraht. Ludewic. Dangmut. Adalbraht.

## XLVI.

*Traditio Reginbotonis Presbiteri.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Recolat omnium tam subsequendum, An. 1132.  
quàm præsentium ætas, in CHRISTO Fidelium, qualiter nos RICHALMUS, & BIL-  
LUNGUS, Curtim quandam in Civitate secus Portam Sancti Georii sitam, Rogatu vide-  
licet REGINBOTONIS Sacerdotis, & WALTRICI Fratris ejus, per quos Fidei nostræ tra-  
dita est, ad Altare Apostolorum Petri & Pauli, in Territorio ipsius Civitatis situm, ea  
Conditione delegaverimus, ut in Festo S. Priscæ Virginis, quadrantem vini annuatim  
persolvant, & absque ulla contradictione ipsi ipsorumque Heredes Curtim ipsam libere  
possideant. Acta sunt hæc Anno Domini MCXXXII. Indict. X. LOTHARIO Impe-  
ratore Regnante. EMBRICONE Episcopo. Goteboldo Præfecto. Hujus rei Testes sunt  
Gotefrid. Engilbraht. Richalm. Billung. Eppo. Sigefrit. Reginhart. Ernost.

## XLVII.

*Traditio Ludgartæ Matronæ.*

**N**Overit omnium ætas in CHRISTO Fidelium, qualiter Ego LUTGART, Ratispo- An. 1133.  
nensis Ecclesiæ Ministerialium orta Natalibus, vineam unam trans Mogum po-  
sitam ad Altare Sancti Petri in Territorio Herbipolensi, per manus BURKARDI & HE-  
CILONIS, quorum Fidei commiseram ea Lege tradi lerim, ut quoad vixero Urnam vini,  
XXX. quoque Similas in Anniversario Mariti mei HEINRICI persolvam, & annuali die  
Filii mei H. similiter: ipsa verò postquam rebus humanis excessero, in Anniversario  
quoque meo, Urnam vini & XXX. Similas prædicti Viri B. & Hecil & insuper præ-  
scriptam quantitatem in singulis Anniversariis exsolvant, ipsamque Vineam, quæ in VI.  
Jugera computatur possideant, illis verò ambobus post Obitum meum ex hac vita di-  
scedentibus, vinea Fratrum usui cedat, absque omni contradictione & objectione.  
Facta est hæc Traditio Anno Domini MCXXXIII. Indictione XI. II. Kal. Novemb.  
Regnante LOTHARIO Rege. VII. Imperii ejus Anno. EMBRICONE Episcopo. GOT-  
BOLDO Comite. BERENGERO Abbate. Testes sunt hujus rei Gotfrit. Kadeloch. Cun-  
rad. Richalm. Adelrich. Eggihart. Billung. Eggibraht. Bruning. Bezeman. Rutwik.  
Richolf.

## XLVIII.

*Traditio Wigmanni & Helmburgæ Conjugum.*

**Q**Uamvis varios casus in se contineat humanum Genus, & licet sint aliqui Avari- An. 1134  
tæ morbo inflati, perturbantibus inter se Cogitationibus, modò prosperis Re-  
bus

bus elati, suffulciantes, modò mœstis casibus deficientes, sit plerumque ut ipsum hominem ad Tartaricum deducant Interitum: sunt plerique tamen, qui qua deliberatione hæc devitare valeant meditantur, quorum Corda Divinum Amorem possidere haud dubium est; quod Ego WIGMANNUS ammonente Domino, Hierosolimam iturus cum Coniuge mea HELMBURG, intuens, & qua Arte hoc aufugere queam disponens, tandem salubriori consilio reperto, vineam unam Langenwegen jacentem, ad Altare Sancti Petri, Sanctique Stephani delegavimus, pro Remedio Animarum nostrarum, simulque Parentum nostrorum, ea pactione firmata, ut quamdiu gravedine Corporis hujus tegimur, singulis annis in agenda ad Vincula Sancti Petri dimidium Talentum Thuris persolvamus, uni verò nostrum ab istius vitæ Ergastulo migrante, alter in ejus Anniversario XXX. Similas, urnamque vini persolvat, seu XV. Similas, singulis nummis comparatas, post utriusque verò obitum Superstites propinquitatis eorum Hereditario Jure possideant, si tamen prædictam Oblationem impendere non neglegant, si verò uno anno superfederint, Fratrum cedat Dominio, aut si vendiderimus, eundem Tributum à possessoribus vineæ accipiant, qui possessores si neglexerint semel, Fratrum usui cedat. Acta sunt hæc Anno Domini MCXXXIII. Indictione XII. Regnante Gloriosissimo Romanorum Rege LOTHARIO. EMBRICONE Episcopo. GOTIBOLDO Præfeto: sub his Testibus Gozwin. Adelrich. Engelhart. Waltpreht. Trutman. Wigiman. Bezeman. Ernost. Herman. Berhart. Arnolt. Cunrat. Eggebreht. Dancmut. Ruthart. Adalbraht. Helmerich. Gebeni. Wolfram. Meriboto. Crafft. Herold. Woffo. Ludewic. Helmrich. Burkart.

## XLIX.

*Traditio Gozvini & Juthæ Conjugum.*

An. 1135. **N**otitiæ Univerforum, in Fide quærentium DEUM Altissimum, desidero patefieri, qualiter Ego GOZWIN cum Uxore sua JUTHA, vineam nostram apud Gerisberg sitam, pro impetranda venia delictorum nostrorum & pro Remedio Animæ Filii nostri RICHALMI ad Altare Sancti Petri & S. Stephani, ea conditione tradimus, ut quamdiu hac Luce fruimur in Anniversario ejus XXX. Similas XV. nummorum pretio comparatas, & quinque vini metretas Fratribus persolvamus: post obitum verò nostrum quicumque Heredum post nos proximus fuerit, prædictam vineam ab Abbate & Fratribus ipsius Loci suscipiat, & constitutam oblationem persolvere non renuat: si verò semel neglectum fuerit, Fratrum utilitati cedere manifestum sit. Cujus rei Testes sunt Gotebrit. Edelrich. Billunc. Rutwic. Wolfmar. Burkart. Engilbreht. Gotibold. Herolt. Henrich. Engilhart. Richolf. Richalm. Cuno. Heinrich. Gebo. Wolfram. Aceman. Acta sunt hæc Anno Domini MCXXXV. Indict. XIII.

## L.

*Traditio Wolvoldi de Heitingesfelt.*

An. 1135. **M**emoria Fidelium in Fide CHRISTI persistentium, tam præsentium quam subsequentium noverit, qualiter Ego WOLVOLD timens futuræ discussionis Judicium, quandam vineam apud Gochesberg jacentem, ad pedes Apostolorum Petri & Pauli & Sancti Stephani delegaverim pro impetranda Delictorum meorum venia, eo pactionis Jure firmato, ut quamdiu Corporalibus istis Indumentis vestior, annuatim dimidiam Urnam Vini in Festo Sancti Martini, Fratribus illic DEO militantibus impendam: me vero hujus Carnis Onere deposito, Fratri meo RUTHARDO, cedat Jure Hereditario; ita tamen, si memoratam Oblationem impendere non distulerit; quod si semel neglexerit, sive per ignorantiam, sive temeritate aliqua, Fratres illic degentes eandem vineam, absque omni contradictionis Impedimento possideant. Facta est hæc Traditio Anno Domini MCXXXV.

## LI.

*Traditio Enciles & Willikindis Conjugum.*

**N**otitiæ tam præsentium quam subsequentiæ CHRISTI Fidelium commendo, qua- An. 1139.  
liter Ego ENCIL & Uxor mea WILLIKINDIS vineam nostri Juris in Monte Blasen-  
berg sitam, pro rependendis Missarum Vigiliarumque Oblationibus ad Altare Sancti  
Petri & Sancti Stephani in Suburbio Wirzeburgensi tradiderim, ut singulis annis qui-  
bus vixerimus V. solidos ad Altare S. Martini Lucendum persolvamus, postea verò ne-  
cessitate diversorum Negotiorum imminente, permissione & consensu Fratrum, præ-  
dictam vendidi vineam Fratribus Haholdesbrunn, & pro ea multo preciosiorem re-  
stitui, ac potestativa manu delegavi, quæ sita est in Monte prædicto; & ut hoc perpe-  
tualiter ibidem permaneat post vitæ nostræ terminum, nec Heredum alicui, sed Eccle-  
siæ profectibus deserviendum, Custodi ex Integro permittimus: ad corroborationem  
autem Concambii hujus astipulatores in Carta conscribi statuimus, ut rei gestæ auctori-  
tas postmodum probaretur evidentius. Hi sunt Testes Gotitrid. & Filii ejus. Engil-  
breht. Gotibolt. Richalm. Billung. Burkard & Frater ejus Wolfmar. Adelhun. Sen-  
duvin & Frater ejus Azeman. Facta sunt hæc Anno Domini MCXXXVIII Indi-  
ctione II. Regnante CUNRADO Rege. EMBRICONE Episcopo tunc primò Romam pro-  
ficiscente. Goteboldo Præfecto.

## LII.

*Traditio Heinrichi Decani Majoris Ecclesiæ  
Herbipolensis.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum facimus Omnibus CHRISTI An. 1144.  
Cultoribus, quod Ego BERTHOLDUS, cum Coniuge mea Nomine EDELWIB; Vinc-  
tum unius Jugeris & dimidii in Oppido Ahufen jacens, in monte veteri ab Abbate  
RAFOLDO, primo Ordinationis ejus anno, in Beneficium suscepimus ea conditione,  
ut XL. denarios sub nomine census annuatim in Anniversario Domini HEINRICI quon-  
dam Decani in Majori Monasterio Sancti Kyliani persolvamus, quem & Gozwinus  
cognomento *Flo* pridem persolvit, cui Filia ipsius Gozwini, nomine Ellekind Heredi-  
tario Jure successit, & tandem inopia prævalente, permissione & Consensu Abbatis  
& Fratrum mihi distraxit; & quia senescente qualibet causa sæpius per occupationem  
Mundialis Avaritiæ, sive per Ignorantiam, scandala gravia contingit oriri, communi-  
cato consilio definitum est, ut Cartula scriberetur, & utraque parte reservaretur, ne  
posterius nostri sibi ipsis invicem succedentibus, vel in augmentatione census seu alieno  
Labore injurientur. Acta sunt hæc Anno Domini MCXLIII. Indiçt. VII. Adalhun.  
Engilbreht. Cunrad. Gotesalg. Diterich. Gerhard. Erunning. Bezeman. Diemo.  
Diemar. Wicnant. Heriman & duo Heinrichi. Richolf. Waltprecht. Regnante CUN-  
RADO. EMBRICHONE Episcopo.

## LIII.

*Traditio Waltpertbi.*

**I**tem eodem Anno, Ego WALTPERTUS DEI permissione, Coniugali Thoro frustra- An. 1144.  
tus, notum facio omnibus piè viventibus, quod vineam mei Juris, tria scilicet Ju-  
gera Lemberberg jacentia, per manus HEROLDI Vice-Domini & RUTWICHI Fidejusso-  
rum meorum, ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani firma delegatione stabilivi, ut  
singulis annis in Anniversario Conjugis meæ A. XXX. Similas totidemque mensuras  
vini Fratribus ejusdem Loci persolvam: me vero decedente propinquus successionis  
meæ prædictam Oblationem in Anniversario utriusque persolvat scilicet XL. Panes to-  
tidemque mensuras, nullaue hujus oblationis remissio debitoribus, sub testificatione  
Divina, tribuatur, quod si aliquis ex eis aliqua forte temeritatis occasione, semel aut  
bis

bis retinuerit, nisi Fratribus pro neglecta impensione satisfecerit, penitus ex tunc & in perpetuum careat, Fratrumque Dominio subiaceat. Hujus rei Testes sunt Gotibold senior & Filius ejus. Gotifridus senior & Filius ejus. Engilbert & Gotibolt. Heinrich & Engilbert, Fratres. Cuno & Heinricus Fratres Adalbero & Eggihart Fratres. Dancmut. Rudeger.

## LIV.

*Traditio Cunradi Presbiteri.*

An. 1144. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Sciat & Fideliter recolat universa tam futuri quam præsentis ævi Fidelium Ecclesia, quod Ego CUNRADUS licet indignus Presbiter unà cum Nepote meo HEINRICO, Parrochiario de Stenaha, Curtem unam infra muros sitam, ad Altare S. Petri in antemurali Herbipolensi, per manus GOTIBOLDI & ENGILBERTI delegaverimus, ut nobis viventibus annuatim XXX. Similas cum dimidia urna vini tertia Feria in Ebdomada Sinodali, quæ est in autumno, Fratribus ejusdem Loci sub nomine Oblationis persolvamus: uni verò de nobis viam universæ carnis ingresso, prædicta Oblatio in Anniversario defuncti amministretur ab altero, quod si quemquam Heredum nostrorum petasum fuerit talem persolvere Censum, Abbas prædicti Loci, delegatam sibi Curtem, in suam Fratrumque suorum redigat Potestatem: Facta est hæc Traditio Anno Domini MCXLIII. Indiçt. VII. CUNRADO Rege, EMBRICONE Episcopo. Gotiboldo Præfecto. Testes Berengerus, Ernst, Wimarius, Canonici. Gotibold. Engilbreht. Adalbero. Eggibraht. Dangmud. Adalbreht. Heinrich. Helmrih. Rudeger. Azeman. Burkard.

## LV.

*Traditio Mancipiorum comprobata coram Embricone Episcopo.*

Ex Auto-grapho. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Ego EMBRICO per gratiam DEI Wirziburgensis Episcopus. Notum esse cupio omnibus tam præsentibus quam postfuturis CHRISTI Fidelibus, qualiter Dominus Berengerus Abbas S. Stephani in Suburbio nostro Wirziburgensi ad nos venit conquerens, quosdam Mansuales suæ Ecclesiæ Civitatem nostram inhabitare, qui sibi nollent obedire, & super his Nos rogavit, ut debitam sibi Justitiam vellemus facere: cum autem illi in præsentiam nostram vocati venissent, asserabant se Ministeriales esse Ecclesiæ S. Stephani, & hoc se comprobare velle probabili testimonio meliorum nostræ Ecclesiæ: sunt autem hæc Nomina ipsorum. Sasso & Soror ipsius Gerburc, & ipsius Liberi; Judicio igitur Ministerialium nostrorum per rectas eis inducias diem destinavimus, qua præsentem Domino Abbate & suo Advocato, in nostra præsentia Conditionem suam ita comprobarent sicut condixerant: die itaque statuta venerunt, & præsentem ipso Abbate & suo Advocato Godeboldo Comite, probabili multorum Testimonio asserabant se progenitos esse ex meliore & magis honorabili Clientela Ducis Ottonis de Svinfurde, & quod Neptis ipsius Ducis, Domina Adelheit Filia Comitum Bodonis, & Uxor Ducis Heinrichi de Linburc, Matrem istorum, ad Justitiam Ministerialium sicut ipsa & tota ejus Cognatio de suis Ministerialibus processerat ad Reliquias Sancti Protho - Martyris Stephani tradiderit ac delegaverit, & hujus rei veritatem honesto & probabili multorum Testimonio in nostra præsentia comprobantes, etiam Juramento septima manu confirmaverunt; ne igitur hujus ita comprobatæ conditionis honestas, aliquam deinceps ignominie notam patiatur, nos ipsorum Honori providentes imposterum, hanc illis Cartam fieri jussimus, quam & eorum, qui huic comprobationi interfuerunt Testimonio, & Sigilli nostri impressione sub Anathemate confirmavimus.

Testes qui huic comprobationi interfuerunt. Clerici. Otto Præpositus. Gebhart. Berenger. Burchart. Adelbero. Wichnant.

Laici Liberi. GODEBOLT, Urbanus Comes, Rupreth de Kaffe, & duo ipsius Filii Rupreth & Heriman. Goczwin de Trinberg. Otto de Wiggereshufin. Cunrath de Tungedin. Ministeriales Cunrat de Hillinsheim. Otto de Windeheim. Richolf. de Stanhem. Burchart de Bibilriht. Cunrat de Buzinishem; & sui Fratres Adelhalm & Irinc.

Urbani Cives Richalm, Edelrich, Wolfmar, Kadeloch, Godebolt, Regenhart, Ruttwich, Bilunc, Hetthfolc, Godefrith & duo sui Filii Engelbret & Godebolt Cunradus Vicedomnus. Herolt, Heinrich Cuno & Frater suus Heinrich.

## LVI.

*Traditio Helmerici.*

**E**GO HELMERICUS, sepulta ibidem Coniuge mea HILTEGARDA, ad Altare Sancti Petri, & Sancti Stephani Protho-Martyris, trado partem dimidii Jugeris in Rode, presentibus Heredibus meis & Testibus subscriptis, Fratrum usui absque omni contradictione perpetuo deservituram. Acta sunt hæc Anno Domini MCLV. Indiæ. III. FRIDERICO Imperatore. GEBEHARDO Episcopo. Testes hujus rei sunt Adelbero. Saz. Eggehart. Gebeno. Aziman, & Fratres ejusdem Monasterii. An. 1155.

## LVII.

*Concambium Ditmari.*

**N**OTUM sit omnibus tam presentis quam futuri temporis Fidelibus, qua ratione Ego DIETMARUS & Coniux mea REGELKIND, quoddam Concambium cum Domino RAPHOLDO Abbate & Fratribus de Sancto Stephano fecimus, ne vel ex oblivionis negligentia, vel alterius cujuslibet rei materia, imposterum aliqua super hoc oriatur discordia, Curtem igitur in Gerbrunnen & mansum unum ibidem situm cum Vineto ad ipsum pertinente, Ecclesie Sancti Petri Sanctique Stephani Protho-Martyris absque ullius contradictione firma Traditione delegavimus: XXX. quoque solidos ad redemptionem unius mansi in Etheleibe insuper addidimus: pro his autem omnibus a Domino Rapholdo Abbate cum Convenientia Fratrum, V. Jugera Vincarum in Lintelbah & ad Hunoltesvar jacentia recepimus, nostris ac Successorum nostrorum perpetuo servitura necessitatibus. Testes hujus rei sunt. Reginhard Canonicus. BILLUNGUS Vice-Dominus. Henricus Scultetus. Billungus Sultheiz Henricus Weiso. Gotiboldus, Gotifridus Fratres. Heroldus Camerarius. Colman. Herbort. Wolmar. Wernhart. Otto. Arn. Henricus Vuzduch. Marcuvart. Bertoldus. Cunradus Frick. Acta sunt hæc Anno Domini MCLV. Indictione IIII. GEBEHARDO Wirziburgeesi Episcopo FRIDERICO Romanorum Imperatore. BOBBONE Fratre Episcopi, Urbano Comite.

## LVIII.

*Traditio Rilindis Matronæ.*

Ex Auto-  
grapho.

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. RAPHOLDUS DEI Gratia dictus Abbas An. 1156. Ecclesie Sancti ac Triumphalis Protho-Martyris Stephani: Prædecessores nostri, sanctè & piè CHRISTUM imitantes, Ecclesiam Principum Apostolorum Petri & Pauli, beatique Stephani Protho-Martyris piis actibus intus & foris laudabiliter extulerunt, quod & nos pro posse nostro sectantes, eidem Ecclesie, in suis quibusque Negotiis, contra Dolos malignantium prospicere debemus, ne vel metipfos, vel etiam ipsam Ecclesiam postmodum variis incommodis prægravati doleamus; qua de re Universis CHRISTI & Ecclesie Fidelibus notum esse cupimus, quod quædam Mulier RILINDIS nomine, unacum Amicis suis & Civibus in die Sepulturæ dilecti Mariti sui BERNOLFI, à HEINRICO ULERE miserabiliter occiso, ad nos gemens ac lachrimans veniens, & post lugubres Exequias apud nos de more celebratas, ut solent Fideles, Vincam unam pro

tribus Jugeribus æstimatam, in Hocheim sitam, coram Testibus idoneis probabiliter nobis & Ecclesiæ pro salute Karissimi Mariti sui delegans, contradidit, velut etiam ipse vivus rogaverat, pro æterna Remuneratione diligenter ordinans, atque constituens hoc videlicet: quatenus ipsa, quoad hucusque viveret ex eadem Vineâ certum Kanonem, id est Urnam vini in Anniversario die prædicti Bernolfi promptè ac devotè Fratribus ibidem Domino DEO famulantibus exsolveret, post obitum verò ipsius, si quis Hæredum suorum hanc possideret Vineam, præscriptæ Oblationis Kanonem, ut dictum est, fideliter daret: veruntamen, si quis eorum ad unum annum, sive ad tres, talem Kanonem dare negligeret, mox omni contradictione cessante, jure perpetuo Ecclesiæ Vineâ servitura subjaceret.

Testes qui hæc audierunt, & viderunt. Canonici Richolfus & Sigelohus Fratres. Regenhardus, Heinricus Cascus. Gerhardus. Engelbertus. Wortwinus. Wigoldus Parrochianus.

Laici BILLUNGUS Vicedomnus. Heinricus. Billungus Sculteti. Otto & Arn Fratres. Engelberdus. Goteboldus. Gotefridus. Wolfmarus. Wernehardus. Heinricus Lupillus. Rutwic. Helmwic. Heinric. Fratres. Marquardus Herbest. Manegoldus. Emehardus. Alberfale. Engelhart. Gotefrith., aliique plures, qui illa die ad Exequias ejusdem Bernolfi convenerant.

Acta Anno Dominicæ Incarnationis MCLVI. Regnante FRIDERICO. GEBENHARDO Episcopo. POPPONE Præfecto.

## LIX.

*Traditio Emehardi Ministerialis.*

An. 1156. **N**OTUM sit cunctis CHRISTI Fidelibus tam futuris quàm præsentibus, EMEHARDUM quendam, Augustensis Ecclesiæ Ministerialem, cum Uxore & Filio Monasterium Sancti Stephani Protho-Martiris, in Suburbio Wirzburgensi situm, deposita Coma intrasse, & quæ habere poterat tam in supellectile, quam in Possessionibus, illuc DEO & Sanctis ejus delegasse, videlicet III. mansos in Bleihphelt & XIII. Jugera, ac semissem Vineti in Wirzburg, & quoddam Prædium in Ungedankesheim, & duos mansos in Uzenesheim invadiatos, tribus Talentis, quandoque redimendos: reliquerat autem in Seculo Parvulum in Clericali habitu, quem Abbas ipsius Loci RAPHOLDUS cum Fratrum conniventia, rogatu ipsius E. ac Fratris ejus WIGOLDI Parrochiani Sacerdotis, inbeneficiavit tribus Jugeribus in Graz, & Prædio in Ungedankesheim, hac Ratione ut annuatim illi quoad vixerit persolvatur Talentum à Monasterio, de prenominate Beneficio: si autem Fratres pertæsi fuerint reddere hunc annualem Censum, Beneficium hoc Usufructuario cedat Pucro. Facta sunt hæc Anno Domini MCLVI. Indictione III. FRIDERICO Romanorum Imperatore. GEBEHARDO Wirzburgensi Episcopo. BERTHOLDO Fratre ejus Urbis Præfecto. Testes hujus rei sunt RAPHOLDUS Abbas ipsius Loci, cum Fratribus suis WIGOLDUS Urbis Parrochianus. Hermannus Adjutor ipsius, Dietricus de Novo-Monasterio. Cunradus During. Marcuardus, Presbiter de Sancto Georgio.

## LX.

*Traditio Heinrici de Gestirne.*

An. 1157. **E**GO HEINRICUS de Gestirne Liberæ Conditionis Vir, cum Conjuge mea HILTGARDA, Filia Domini CUNRADI de Lintelal, Notitiæ tam præsentium quam futurorum commendamus, qualiter Prædium nostrum in Lurungun duos scilicet Mansos, & Agros XII. Fratrum usui in Cænobio Sancti Stephani Protho-Martyris in Suburbio Wirzburgensi subjicere decrevimus; eidem namque Ecclesiæ, jam ante annos aliquot Terræ mandato ibidem, prædicto Domino Cunrado, Bona quædam in Ippenesheim obvenerant, quæ ob illius memoriam, sed & nostram inibi peragendam augmentare studuimus: idem autem Prædiolum, ut absque ullius Advocati Dominio Liberum permaneat, non super Altare delegatum, sed coram VII. subscriptis Testibus id ipsum in

Fide

Fide sua eidem obtinendum recipientibus, Fratibus prædictis à nobis esse traditum, in Testamentis conscribi postulavimus. Facta sunt hæc Anno Domini MCLVII. Indictione V. FRIDERICO Imperatore. GEBEHARDO Episcopo. RAPHOLDO Abbate. Testes Engilbertus, Gotibold, Gotifrid Fratres. Heinricus Scultetus. Gotifridus de Lude, & Heinricus Frater ejus.

## LXI.

*Traditio Meginboldi.*

**H**umanæ Infirmittatis fragilitatem, morte ipsa universaliter præveniente, eorum An. 1159. quæ inter homines aguntur nulla, vel brevissima memoria perdurat, & in subitam labentia oblivionem, annihilantur, quæ ad succedentiam Notitiam scriptis non protelantur: quocirca Ego MEGINBOLDUS Universitati Fidelium per præsentia Scripta notifico, quod vineas quasdam in subnotatis Locis sitas, in Loco videlicet, qui Hege-nechtliche cognominatur, Jugera III. Rifenlohe Jugerum & dimidium. Linthehe dimidium, à Domino RAPHOLDO Ecclesiæ S. Stephani Abbate Venerabili, in Beneficio stabiliter possidendas accepi, tali quidem conditionis tenore interposito, ut Ego & Uxor mea WULFHILD prædictum Vinetum quoad vixerimus quietè & liberè possideamus, de hac verò vita nobis utrisque decedentibus, in usum Monasterii sine omni Successorum nostrorum reclamacione absolutè redigeretur; Ego quoque, pro hujus Beneficii gratia mihi collata, ut nulla deinceps Bonorum meorum requisitione Fratres præfati Monasterii inquietarem, & ut ab omni impetitione & gravamine eorum in perpetuum cessarem; interposita Fide confirmavi; si verò contra hujus pacti confirmationem venire imposterum aliquando solita temeritate præsumerem jam dicti Beneficii possessione ab ipso memorato loci Abbate vel ejus Successore & Fratibus sine spe recuperationis tam Ego quàm mei Heredes, præcisè omninò privaremur. Hujus rei Testes sunt Rugger Monachus. Heinricus. Rudolf. Anno Domini MCLVIII. Indictione VII. FRIDERICO Imperatore. Primo Anno Ordinationis HEINRICI II. Wir-ciburgensis Episcopi.

## LXII.

*Traditio Yrmintrudis.*

**A**nno Incarnationis Domini MCLVIII. Indictione VII. Imperante FRIDERICO An. 1159. Rege. HEINRICO Wirciburgensi Episcopo nuper ordinato. Ego YRMENTRUD, cum Heredibus meis Odeltico & Yringo duabusque Sororibus eorundem, post obitum Mariti mei CUNRADI, vineas quasdam V. Jugerum juxta Kernepheid & ad Rudern sitas, à Domino Heinrico Presbitero Ecclesiæ Sancti Stephani, ante aliquot annos delegatas Domno R. \* ejusdem Loci Abbate cum Fratibus annuente, sub tali conditione \* RA-  
PHOLDO. possidenda suscepi: post Festum Sancti Michahelis Archangeli in Anniversario Ruppoldi, & Filii ejus Cunradi Mariti mei, qui & hæc antea ad vitæ suæ terminum in Beneficio acceperat, XL. Nummos, in vigilia verò Omnium Sanctorum III. Uncias persolvere debeo: prædictorum autem Heredum meorum vel ex ipsis procreatorum, quicumque easdem vineas post excessum meum optinuerit, & jam dictum Censum VI. Unciarum reddere pertæsus fuerit, si, quod in uno anno neglexit, in sequenti non suppleverit & Domno Abbati inde non satisfecerit, Bonis ad se transmissis omnimodis Jure se privavit. Testes hujus rei sunt Gotibold. Lingo. Helwicus. Engilbertus & duo Filii ejus Engilbertus & Henricus. Erkenboldus. Bernholdus. Gernodus. Bernolphus. Wolframms. Heinricus Filius ejus, Liutpertus. Cunradus. Emehardus. Morhard. Adelhard. Enwig Tapetarius.

## LXIII.

*Traditio Heinrichi & Warmundi Fratrum.*

An. 1160. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Nos HEINRICUS & WARMUNDUS notum esse cupimus, cunctis DEUM in Fide quærentibus, qua conditione Prædium nostrum in Hittenheim, Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Sanctique Stephani Protho-Martyris delegaverimus: defuncto etenim Patre nostro HEINRICO de Erlahe, in Wirciburg, & in Cenobio prædictorum Sanctorum sepulto, continuata manu Sororis nostræ, pro anima ipsius, & ob Anniversarium ejus inibi scribendum & peragendum, qui est *pridie Idus Februarii*, singulis Annis modium Tritici & urnam vini de eodem Prædio Fratribus dari constituimus: Nobis autem ex hac vita decedentibus, quicumque idem Prædium Hereditaria Successione optinuerit, & statutam oblationem quavis occasione, vel semel superfederit, si sequenti Anno duas non reddiderit, Abbas cum Fratribus illicò de rebus Ecclesiæ delegatis, sese per omnia intromittant. Testes hujus rei sunt Heinrichus Scultheizo. Hermannus de Limfrur. Cunrat. Colman. Helwicus. Otto. Arn. Wimar. Gotefrit. Gebehardus. Acta sunt hæc Anno Domini MCLX. Indiçt. VIII. Imperante FRIDERICO Rege. HEINRICO Episcopo.

## LXIV.

*Traditio Adelberti Canonici.*

An. 1160. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego ADELBERTUS Canonicus Sancti Johannis. Notum esse cupio cunctis tam præsentis, quàm futuri temporis Fidelibus, quali modo Oblationem quam AVIA mea DIEZEKINT, Fratribus Ecclesiæ Sancti Stephani de Anniversario suo constituit, coram Domino RAPHOLDO Abbate & Monachis ejusdem adaugere curaverim: Vineam etenim in Graz unius & dimidii Jugeris, quam ad hoc ipsum delegaverat, cum ex incuria provisorum minus culta fuisset, ego duas ejusdem quantitatis partes in monte Scalkenberg sitas, eidem sub tali conditione addidi, ut Eispertus de Hoga cum Heredibus suis, id est, Vinetum quod in tria Jugera computatur, perpetualiter possideat, quod in Anniversario prædictæ Diezekint XV. Similas, dimidiam Urnam Fratribus ad Sanctum Stephanum persolvat: post obitum verò meum, ob Memoriam meam, cum pulsatione & Vigiliarum ac Missarum Celebratione diligentius ibidem agenda, item dimidiam Urnam & XV. Similas eisdem Fratribus singulis annis superaddat: quod si incumbente necessitate, ipse, vel Heredes ejus, prædictas Vineas vendere proposuerint, Abbati & Fratribus suggerant, ut si voluerint, redimant, si non, alias ubi velint vendant; semper tamen statutas Oblationes excipiant: si verò ipsi, vel quicumque earundem Vinearum possessores extiterint eas negligentius excolere vel oblationes exinde debitas, ausi fuerint superfedere, Abbas cum Fratribus, dictante justitia, de eisdem se intromittant, & ne mei memoria vel Matris meæ MECHTILDIS & DIEZEKINT aliquatinus Oblivioni tradantur idem disponant: Ego quoque ob Monumentum hujus rei in Anniversario Matris meæ, qui est in *Vigilia Apostolorum Petri & Pauli*, interim dum vixero, Candelam uno Nummo comparatam omni Anno illic offerre devovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCLX. Indictione VIII. Regnante FRIDERICO Romanorum Imperatore. Primo Anno Ordinationis HENRICI Secundi, Wirciburgensis Episcopi.

## LXV.

*Traditio Ruperti.*

An. 1160. **E**GO RUPERTUS, DEI occulto Judicio, oculorum amissione cæcus, Notum fieri cupio omnibus Christianæ Fidei Cultoribus, quomodo per manus Domini mei SEFRIDI, dimidium mei Juris Mansum, & Agrum unum in Opherhem situm, Ecclesiæ Sancti

Sancti Stephani in Wirciburg, firma Traditione delegaverim: singulis igitur Annis, dum supervixero modium Triticum in Festo S. Michaelis inde persolvere devovi, post obitum verò meum, absque omnium hominum contradictione Ecclesia prædicta cum in sua debet recipere, & mei Memoriam omnibus annis exinde peragere: preterea agros quosdam apud eundem vicum pro XXX. solidis mihi in Vadimonio positos, tali conditione addidi, ut si me vivente non fuerint redempti, Fratres de S. Stephano de eis se intromittant, & quousque XXX. solidos accipiant, perpetualiter possideant. Testes hujus rei sunt Rudiger. Ludovic. Hotebrit. Wolfram. Bertold. Acta sunt hæc Anno Domini MCLX. Indictione VIII. Imperante FRIDERICO Rege. HEINRICO Episcopo.

## LXVI.

*Traditio Eberi de Urevelt.*

**I**N Nomine Summæ Trinitatis ejusdemque Individuæ Unitatis. Non solum instantis An. 1160. Evi, sed & futuri sciat, & resciscat Ecclesia, quo Pacto, quave Devotione Ego EBER de Urevelt, defuncta VIII. Kal. Martii, & sepulta apud Sanctum Stephanum Coniuge mea FRIDERUN, præsentibus & consentientibus Heredibus meis, ad Altare Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & prædicti Protho-Martyris, Traditione Legitima delegavi nostræ Proprietatis Vineam in Recistat sitam: igitur ipsa Hora delegationis hoc pactus sum, ut Ego Eber & Filii mei, quoad vixerimus eandem vineam libere teneamus & exinde XXX. Similas & Urnam vini in Anniversario prædictæ Conjugis meæ F. Fratibus annuatim persolvamus: nobis verò decedentibus, quicumque Hereditario Jure successerint & suprataxatam oblatam Oblationem duabus vicibus supersederint, ad Altare prænominatorum Sanctorum, ex integro eadem Vineam pertineat, & in usum Fratrum inibi DEO servientium cedat. Acta sunt hæc Anno Domini MCLX. Indictione VIII. Regnante FRIDERICO Rege. HEINRICO Episcopo. Testes hujus rei sunt Helmericus. Dittricus. Eber & Wignandus. Gernotus de Tetelbach. Cunradus de Gundersleibe.

## LXVII.

*Traditio Cunradi Canonici Herbipolensis.*

**E**Videntibus Judiciis sæpe probatum est, ea quæ Kartarum Testimoniis non com- An. 1160. mendantur Posteris, citius tradi negligentia oblivionis; ideoque Ego CUNRADUS Canonicus Sancti Kiliani, Scriptis præsentibus cunctis innotesco Fidelibus, qualiter Inspiratione Divina, Res, ipsius mihi largitas misericordia, ad honorem ejus & Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & Sancti Stephani Protho-Martyris dispensare decrevi: sciens igitur omnia præsentis Evi, respectu futurorum pro nullis computanda, de Mammona Iniquitatis plures Amicos mihi facere, & inter hos aliquem specialiter meorumque memorem gestiens, Puerum meum VOLKNANDUM in Cenobio prædictorum Sanctorum CHRISTO nutriendum optuli, in cujus Oblatione, ad Emptionem Predii Oggeshusen, quæ nunc à Domino RAPHOLDO Abbate & à Fratibus tractabatur XXXVII. Talenta dedi; Novale autem ipsum tantum ad vitæ meæ terminum cum eis Agriculturæ studio proventuque fructuario retinere volebam, postea verò convenientius existimans, pro medietatis portione X. Jugera Vineti Kernphett siti, cum omni fructu & utilitate recepi; Curtem quoque & Domum in Urbe & Ortulo adjacentem, quia Domui meæ contigua erat III. Talentis ab eis emi, de qua quid censuerim fieri subnotare . . . . . me . . . . . vel debito mortis, Seculo decedente vel sponte eidem renuntiante . . . . . cum omni auctoritate se debent . . . . . Anniversario meo XXX. panes & dimidia Urna vini . . . . . Patris mei Adelberti, qui est in Festo SS. Primi & Feliciani . . . . . Berthæ sequenti die post Octavam Epiphaniæ de Predio Oggeshusen . . . . . debent agere, ob cujus rei Memoriam me superstiti in eisdem singulis XV. Similas & dimidiam Urnam vini ipsis dare decrevi.

Acta sunt hæc Anno Domini MCLX. Indictione VIII. Testes hujus rei sunt Heroldus & Reginhardus Præpositi, Werinhardus & Gerhardus Decani. Richolfus Billungus. Gotibolt. Billung. & Fratres ejusdem Monasterii.

## LXVIII.

*Traditio Sigebotonis, altera.*

An. 1161. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego SIGIBOTO metuens, ne post Obi-  
tum meum, inter Hæredes meos, sicut Secularibus moris est, dissensio forsitan ori-  
retur, in die Depositionis ac Sepulturæ Conjugis meæ ADELBURGIS, in Monasterio  
Sancti Stephani, cunctis Notum facere curavi, quid de Vineâ Habesberg sita, quam  
tempore Domni ERLUNGI Episcopi eidem Ecclesiæ delegavi, denuo fieri optavi & di-  
sposui; hanc igitur, quia prædestinatione DEI tales Hæredes habere merui, qui quibus-  
dam Fratribus prædicti Monasterii consanguinitate conjuncti erant, per quos & mei ac  
Conjugis meæ Memoriam fidelius agi sperabam, à Domino RAPHOLDO Abbate & Fra-  
tribus id impetravi, ut Dominus BERTOLDUS de Grunungen & Filia mea ADELHEIT  
eandem Vineam de manibus ipsorum perpetuò possidendam susciperent; his itaque, si  
quid post Excessum meum adversitatis aut contrarietatis posthac exortum fuerit, Do-  
minus Abbas cum Fratribus suis auctoritate Judicum potenter ac misericorditer aver-  
tere debeat. Acta sunt hæc Anno Domini MCLXI. Indictione VIII. HEINRICO  
Wirzburgensi Episcopo. Testes Wigold & Marcuvart Presbiteri. Adeshardus & Fi-  
lius ejus Orthlieb. Marcuvart. Emehart. Fridericus. Cummunt Fratres. Rudiger. Go-  
trefrid. Ludovic.

## LXIX.

*Traditio Udalrici Canonici Herbipolensis.*

An. 1162. **Q**uia citius oblivioni traduntur, quæ per Scripturam memoriæ non commendantur: ideo Ego UDALRICUS, Canonicus Sancti Kyliani de Domo, per hæc Scri-  
pta cunctis innotesco Fidelibus, quali conditione, Vineam V. Jugerum in monte Blasi-  
berg à Domino RAPHOLDO Abbate, & Fratribus, datis V. Talentis comparaverim:  
igitur me vivente Talentum Cerae in Festo Sancti Petri inde dare debeo, post Obi-  
tum verò meum quicumque eandem me tradente obtinuerit XXX. Similas & Urnam vini  
Fratribus in Anniversario meo persolvat, quod si tertia vice superfederit, Ecclesia quod  
suum est, potenter recipiat: de Nummis verò præscriptis, quia eadem Vineâ ad Ho-  
spitale Pauperum pertinebat, hoc statutum est, ut aliud vinetum clauetro magis conti-  
guum coëmatur, ne Pauperes CHRISTI aliquod dampnum inde patiantur. Acta sunt  
hæc Anno Domini MCLXII. Indictione X. FRIDERICO Imperatore. HEINRICO Wir-  
zburgensi Episcopo. Testes hujus rei sunt Henricus. Weizil & Brun Canonici, &  
Fratres Monasterii S. Stephani.

## LXX.

*Traditio Dietmari Parrochiani.*

An. 1163. **N**os tres Fratres WERNHERUS, HEINRICUS, & HELUVICUS, notum facimus cun-  
ctis DEUM in Fide quærentibus, quia Rogatu Domini DIETMARI Presbiteri in  
Eltimoin, post Obi-  
tum ipsius, de rebus quas reliquerat comparavimus vineam quan-  
dam Randeresaccare sitam, unius & dimidii Jugeris, de qua memoriam ejus in Cenobio  
Sancti Stephani fieri statuimus: quibusdam autem Hereditatem prædicti Sacerdotis ad  
se magis, quam ad nos pertinere dicentibus, ne Ecclesia vel Successores nostri in futu-  
rum, aliquod super hoc paterentur incommodum, coram cunctis popularibus in Ran-  
deresaccare tale divortium pacificè dissolvimus, sicque tandem eandem vineam B. Pe-  
tro & S. Stephano in Wirzburg sub Censu XX. denariorum perpetuò servitutam dele-  
gavimus. Acta sunt hæc Anno Domini MCLXIII. Indiæ. XI.

## LXXI.

*Traditio Engelberti.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Memoria tam præsentium quàm futu- An. 1168.  
rorum notum fieri cupimus, quia cum Ecclesia Sancti Stephani, pro usura Vadimoniorum quæ HEINRICUS Wirceburgensis Episcopus, Judæis pro XX. marcis deposuit, quæ postea pro XXX. marcis vix redempta sunt, & pro aliis multis incommoditatibus Domino RAPHOLDO Abbate defuncto, laboraret: Dominus ENGELBERTUS cognomento HAKCO interventu Amicorum Domini HEINRICI Abbatis, concessit eidem Ecclesiæ & Fratribus XXX. Marcas argenti, sub tali conditione qualiter subnotatum est: XII. Jugera Vineti in monte Kernephen Jure Vadimonii ei posita sunt, ut hæc per X. annos diligenter excolat & fructum eorundem per omnia pleniter recipiat; omni autem anno Dominus Abbas & Fratres, quantum de eodem Vineto potuerint redimere in eorum erit potestate: si autem Domino tribuente & annuente infra spacium unius anni idem Vinetum ex integro redemerint prædictus Engilbertus vel Heredes ipsius, medietatem Fructuum eis de decima & reliquis per omnia persolvent & diligentiam suam eidem Vineto impensam non amittent: Interim autem dum hæc non contigerint duos optimos Porcos de villa Wiltricheshusun in Epiphania Domini per X. annos accipient, & post eosdem X. annos usque dum argentum suum recipiant, medietatem de sape dicto Vineto persolvent. Acta sunt hæc Anno Domini MCLXVIII. Indictione I. Ante tempus Quadragesimæ. FRIDERICO Imperante. HEROLDO Wirceburgensi Episcopo.

## LXXII.

*Traditio Ventilmudis Matronæ.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego HEINRICUS DEI Gratia, Beati Stephani vocatus Abbas. Notum esse desidero omnibus CHRISTI Fidelibus tam futuris quàm præsentibus, quod quædam Matrona WENTELMUDIS Nomine de æterno cogitans præmio, Domum suam in Suburbio Sande sitam, super Altare Sancti Stephani, pro Remedio Animæ suæ, suorumque Parentum pia mentis devotione contradidit, eo videlicet pacto, ut annuatim in Anniversario ipsius XV. panes & dimidia Vini Una Fratribus nostris persolvantur, ejusdem quoque domus suæ, Fratris sui Filios WIEGERUM & BERTHAM Heredes esse instituit ut ipsi & omnes eorum Posteris, Canonem prædictum in prædictæ Matronæ Anniversario annuatim Fratribus nostris persolvere non negligant.

## LXXIII.

*Traditio Ezelini Presbiteri.*

**N**otum omnibus in CHRISTO piè viventibus desidero, qualiter Ego Presbiter Ezelinus, tria Juris mei Vineta Morsberc & Leimgruba Montibus sita, ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani hujusmodi conditionis pacto tradiderim, ut Generi mihi HEINRICUS, & DEMMO Frater ejus servato sibi usufructuario, tribus anni temporibus Matris scilicet, Sororis, & memoria Fratris XXX. quoad vixero denarios persolvent, cumque mortis persolvero debitum, dimidio annuatim redimant Talento, cujus quantitatem persolvat Oblationis, heredum si quis fructum sibi vendicet utilitatis: sin aliquantulum ademerit statuti, aut quam susceperit, vineis abuteretur negligentius, ex Integro Monasterii cedant usibus. Cujus rei Testes sunt Heinrich Clericus. Diemo. Ebo. Gunderam. Utho. Rudolf. Dangmuth. Gerrich. Franco. Heinrich. Arnolf. Altun. Richolf. Adalhun. Herolt.

## LXXIV.

*Tradio Erkenberti & Richpurgis Conjugum.*

**E**GO ERKENBERTUS notum facio omnibus Fidelibus quod Ego, & Uxor mea nomine RICHPURG, Curtem cum ædificiis suis, ad Altare Sancti Petri & Protho-Martyris Stephani, in Antemurali jacentem delegavimus, ea determinatione, ut qui prius ex nobis obierit, superstes de eodem ædificio quadrale vini persolvat; si verò paupertatis inopia ingravescente, vendita fuerit, accepta prius ab Abbate & Fratribus Licentia, vendat cui voluerit, ita tamen ut Emptor prædictam Oblationem dupliciter post utriusque obitum persolvat: si verò ambo adhuc viventes non vendiderimus, quicumque Heredum nostrorum Hereditario Jure sibi vendicaverit in Anniversario utriusque nostrum quadrantem Vini, id est, dimidiam urnam vini persolvat. Hujus rei Testes sunt Fratres ejusdem Loci. Laici Bezeman, Eggbrecht, Gotebrit, Waltrich, Rudeger, Azeman.

## LXXV.

*Tradio Werlmanni Presbiteri.*

**N**OTITIA Fidelium omnium declaramus, quod Ego WERLTMANNUS Presbiter, quinque Vinearum Jugera, tria quidem in monte, qui Slesbere dicitur, duo verò in eo, qui Brunnibere vocatur jacentia, ad Monasterium S. Petri in Suburbio Wir-ciburgensi situm, Remedio Animæ meæ profutura delegavi sub hac conditione, ut postquam vivendi finem fecero, stirpis meæ quicumque proximus, his sed & Curti, ædificiisque in ea constructis, quæ addidimus Successor exstiterit, X. Similis cum Urna dimidia vini, in annuali discessionis meæ die, ejusdemque Numeri panum, vini que in Comparis meæ SIGEBURGE die memoriali in usum Fratrum destinatis, sub ratiocinio præscripto, quoadusque libuerit, possideat: cum verò Legi huic subjacere rennuerit, usus quicumque de rebus prædictis provenire queit, Fratribus ex Integro cedat.

## LXXVI.

*Tradio Acelini.*

**Q**UAMVIS sciam duorum hominum veritate fulciri Testimonium, nec in aliqua sui parte nutare debeat, quod Pietas Fraternalis commendat, testificor tamen omnibus audientibus, Ego ACELINUS, quod Frater quidem meus WILLIBERTUS duo Vinearum Jugera Moeresbere jacentia, Avia, Matrisque suæ Animarum Remedio profutura, ad Monasterium Sancti Petri in Pomerio Wireburgensi situm, ea ratione delegavit ut in earum utriusque Anniversario XXX. Denarii quottannis Fratribus Loci ipsius, ab Heredibus eadem possidentibus, donentur: Ego verò Acelinus, tantundem Vincti Leimcruba jacentis pro ipso meque tradidi, ut nihilominus pro amborum nostrum memoria post obitum meum suprædictæ partitionis pecunia ab utentibus persolvatur. Cujus rei Testes sunt Libolf, Kadeloch, Heinrich, Herold, Bernolf, Rutwic, Gozuvin, Wicnant, Walbrun, Udalrich, Richalm, Eggihart, Gerrich, Rudolf, Razman, Hemmo, Alpuvin.

## LXXVII.

*Tradio Hemmonis.*

**N**OTUM sit omnibus Fidelibus tam præsentibus quam successuris, qualiter Ego HEMMO, Servus Sancti Kyliani, omne Prædium meum, quod habere potui, tam in agris quam in Vincis, ad Altare S. Petri pro Remedio animæ meæ, propria manu dele-

delegavi: sed quia sustentaculo presentis vitæ non aliunde sufficiebam, ab ipso Abbate EZZONE & à Fratribus in Beneficium suscepti, ea Conditione ut si vel afflicto infirmitate, vel deficienti senectute necessaria vitæ deficerent, à Claustro victum & vestitum, quoadusque viverem, reciperem, & hi sunt Testes Adaltrih. Roppolt. Suippoto. Richalm. Walpraht. Alpuvin. Humbraht. Rutuvic. Reginhart. Eggihart. Burchart. Herold. Wecil. Otho. Liephart. Eppo. Ebo. Heinrich. Hecil. Botho. Wolfhart. Richart. Bucco. Ecclin. Veginolt. Wolfheri. Adelhart. Sizzo. Wollhart. Eppo. Regil. Wimzo. Bernhart.

## LXXVIII.

*Traditio Sigebotonis.*

UNIVERSIS IN CHRISTO piè viventibus notum esse desidero qualiter Ego SIGIBOTO, qualiscumque Famulus Sanctæ MARIÆ, Vineam mei Juris ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani Protho - Martyris delegaverim hac scilicet Justitia, ut quoad vixerò Uxorim meam, quæ nuper obiit, in Anniversario peragenda ibidem Memoria ipsius, annuarim XV. Similas & dimidiam Urnam vini Fratribus persolvam, post me verò Heredum meorum quicumque in annuali die obitus mei & prædictæ Uxorim meæ HUZTKINDÆ eandem quantitatem XXX. scilicet Similas & Integram Urnam vini æqua portione tribuant quod si noluerint, aut Statuti quicquam denegaverint Fratrum continuo cedat Dominio. Cujus rei Testes sunt Herold. Gotifrid. Waltpreht. Ratolt. Bern. Rabenold. Reginbreht. Chrispan. Rudeger. Eppo. Bezeman. Ratolt. Johan. Rudolf. Danguuod. Godifrid. Wazo. Wolfram. Elpwin.

## LXXIX.

*Traditio Heinrichi.*

NOVERINT omnes Fideles qualiter Nos RICHOLF, GOZWIN, RUTHERI, Vineam HEINRICI cujusdam manibus Fidei nostræ traditam, hoc pacto, quo ipse Jherosolimam pergens nos rogaverat, ad Altare Sancti Petri Apostolorum Principis delegaverimus, ut Filius ipsius annuatim XV. Similas & dimidia Urna vini in Anniversario ejusdem Loci Fratribus in servitium oblati obtineat, & si hac vita sine Liberis decesserit, AVUS ejus GERUNGUS, pro vinea obtinenda præscriptam quantitatem: AMITA verò ejus Soror Gerungi, pro Aedificiis sibi obtinendis XV. Similas persolvat, sin Fratrum Dominio cedat. Testes Gotefrid. Adelbero. Engilhart. Gotiboid. Irinc. Waltpreht. Asmar. Gozwin. Lupperra. Richolf. Wieman. Wecil.

## LXXX.

*Traditio Wicmanni.*

Ego WICMANNUS iturus Jherosolimam, ad Altare Sancti Petri & Sancti Stephani hoc pacto IIII. Jugera Ruris Monasterio adjacentis, & vineam unam delego, ut uxor mea post me, Filiusque meus Senior, Filiusque ejus si procreaverit & adulti fuerint, Urnam vini Integram & XX. Similas in Anniversario meo singulis annis tribuant, & idem per me delegatum optineant usufructuario, sin Fratrum Dominio absque ulla contradictione subiaceat & hoc scilicet adjecto, ut si ipse Filius meus vel aliquis Heredum meorum, necessitate aliqua vendere hæc quæ prædixi, coactus fuerit, eandem quantitatem qui emerit, persolvat, sin Fratrum usui subiaceat. Cuno. Becemer. Ehnolt. Ratolf. Wicman. Egino. Wigger. Cumbrecht. Heriman.

## LXXXI.

*Traditio Albrahti.*

**E**GO ALBRAHT, qui ad videndum Domini Salvatoris nostri Sepulchrum, Hierosolimam iturus, vineam mei Juris, ad Altare Sancti Petri in Suburbio Wirzburgensi hac conditione delegavi, quatinus, si ibidem vivendi munus excessero, Uxor mea quoad vixerit, & Heredes mei, quicumque post eam, dimidiam Urnam vini pro annuali censu in Anniversario meo Fratribus perpetualiter tribuant, ut eorum usui, quemadmodum meo deserviat: si verò rediero pro obtinenda mihi eadem vinea ex Beneficio Domini Abbatis Fratrumque suorum, idem tributum ex aliis Bonis meis in tantum adaugeam, ut singulis noctibus Altare Sancti Martini ex hoc perpetuò illuminetur. Testes Ludewicus. Cuno. Rudolf. Ottho. Burkart. Dangmud. Volciant.

## LXXXII.

*Traditio Truthmanni.*

**U**NIVERSORUM in CHRISTO piè viventium memoriæ commendamus qualiter Ego TRUTHMAN disponente DEO, Hierosolimam aggressurus cum Coniuge mea BERTHA, Vineam unam Tifendingen jacentem, ad Altare Sancti Petri Sanctique Stephani tradiderimus, sub posita hac conditione, ut quoad hujus Lucis tegmine fungimur, annuali tempore semper in Festo Sancti Petri quo de ad Vinculis ejus agitur, Ferhonem Thuris præsentemus, Uni verò è nobis universæ Carnis iter ingresso, amministretur dimidia Urna Vini, XXX. quoque Similæ ab altero, post finem verò illius, quicumque Heredum supradictam Oblationem impendere curaverit, absque omni contradictione possideat; si autem semel neglexerint, denuo non transeant per eam, sed continuo fructuario usui Fratrum cedat.

## LXXXIII.

*Traditio Adelberti.*

**N**OTUM sit cunctis Ecclesiæ Filiis, quod Ego ADELBERTUS qualiscumque Familiæ Domini G. Eistatensis Episcopi Vineam mei Juris ad Ahusun jacentem, pro Remedio animæ meæ & Uxoris BERTHÆ, ad Altare Sancti Petri, & Sancti Stephani, in Territorio Herbipolensi, hoc Pacto delegavi, ut annuatim ad Festum Sancti Burkardi, urnam vini Fratribus sub Nomine Oblationis persolvam: postquam verò finem vivendi fecero, vinea ipsa Fratrum Dominio absque omni Impedimento subjiciatur, ut ex hoc mihi perpetua merces à Domino in futura vita conteratur: huic Traditioni astipulantur Testes præscripti. Engelscale. Orgoz. Berngo. Ditwin. Gotesfrit. Richalm. Bern. Udescale. Danerat. Friderih. Rihmunt. Hiltibolt. Gotibolt. Eggibreht.

## LXXXIV.

*Traditio Heinrici & Fratrum suorum.*

**N**OTUM esse cupimus cunctis CHRISTI Fidelibus tam subsequenter quam præsentibus qualiter Ego HEINRICUS cum duobus Fratribus meis EMEHARDO videlicet & CUNRADO, una cum Socero nostro DIMONE, vineam unam jacentem ad Altra-desroden delegaverimus ad Altare Sancti Petri Sanctique Stephani, in Suburbio Wirzburgensi, pro Remedio Animæ Matris nostræ ALBRADÆ, eo scilicet pacto ut Urna vini Fratribus illic habitantibus semper in Anniversario ejus persolvatur: si quis autem Heredum nostrorum hanc Oblationem impendere non renuat, absque omni contradictione.

ditione possideat, quod si semel neglexerit continuo Potestati Fratrum subiacet. Testes hujus rei sunt Gozwin. Erkenbolt & alii.

## LXXXV.

*Traditio Engilhardi & Giselaë Conjugum.*

**N**otum sit omnium Fidelium Turbis, qualiter Ego ENGIHARDUS, & Uxor mea GISILA, vineam nostram in confinio Gerbrunnen sitam, ad Altare Sanctorum Petri & Pauli Sanctique Stephani ea conditione delegavimus, ut cum unus nostrum de presentis sæculo migraverit, alter in ejus Anniversario XXX. Similas, urnamque vini Fratribus persolvat, utrisque autem decedentibus, ipsa vinea usui Fratrum subiacet & oratio inter eos specialiter constituta, pro nobis ad Dominum fiat. Hujus traditionis Testes sunt hi: Herolt. Reginart. Kadloch. Henric. Rutwic. Elpuvin. Heinrich. Gerrich.

## LXXXVI.

*Traditio Cunradi Ministerialis Herbipolensis Ecclesie.*

**T**am futurorum quam presentium CHRISTI Fidelium Memoriae fideliter commendari & inculcari desidero, qualiter Ego CUNRADUS Wirziburgensis Ecclesie ministerialis, Celestis vite accensus desidero, pro Animæ meæ vigilare curaverim Remedio; cum enim memetipsum DEO Hostiam vivam offerre proposuissem, prius Exteriora mea ad Laudem Nominis ipsius hoc modo offerenda disposui: Tres mansos in Maspach litos, & Curtem ibidem, cum ædificiis necessariis ad Monasterium Beati Stephani in Territorio Wirziburgensis Ecclesie situm contuli, insuper & quosdam ex Familia mea ad ejusdem Protho-Martyris Altare, Censum annuum reddituros delegavi, quorum Nomina subter notata sunt: Arnolt. Cuno. & Soror ejus Merigarth, Herman ejusdem Mulieris Filius. Erkenbreht & Filius ejus. Rudeger; hi ergo cum omni sua Posteritate, per me sibi statuta hujusmodi subiacentur Justitiæ, Masculi V. Denarios, Feminae verò III. in Festivitate Beati Martini annuatim persolvant, de Cetero ab omni servitutis Angaria Liberi, sub defensione Advocati, quem Abbas Monasterii eis proposuerit, permanebunt, defuncto quolibet ex his sive masculo sive Femina, quod melius in vestitu cotidiano habuerit, in usum Monasterii cedat: si quis verò ex masculis imparem sibi Conjugem, id est, alienæ Potestatis, præter ejusdem Monasterii Familiam ducere præsumpserit, duæ partes substantiæ ejus, Fratrum inibi DEO servientium Dominio subiacentur: Tertia verò eo defuncto Viduæ superstiti remanebit. Testes horum sunt SIGEFRIÐUS Advocatus. Wignant. Werenherus. Berthold. Helmerich. Egino. Waltheric. Rudeger. Ditmar. Sinpoto. Gebeno. Burchart. Herman. Udalrich. Othinc. Werinhere. Helmerich.

## LXXXVII.

*Traditio Wignandi.*

**I**tem aliud ejus diei opus sub eorundem Testium presentia gestum, devota Fidelium recolat Pietas, muniat Auctoritas, ne quando perverforum Temeritate irritum fiat, quod suo Mater Ecclesia testimonio confirmat: cum enim Ego WIGNANDUS arduam Redemptoris viam perfecte sequi non possem, ut videlicet relictis omnibus, Nudus & expeditus post Eum venirem, statui mecum, ipso inspirante & adjuvante, ita quodammodo uti meis tanquam alienis, ut quæ meæ fuerant Proprietatis, Juri alterius subderem Potestatis: ipsius ergo Pauperes Hereditatis meæ adoptans Heredes, tres mansos in Maspache, duos in Ethleibe, & præterea quicquid Prædii VII. Talentis comparari poterit, consentiente Uxore mea, per manum Legatarii mei CUNRADI ad Altare Protho-Martyris Stephani delegavi, ea videlicet conditione, ut annum exinde Tribu-

tum id est XII. Denarios, sive urnam vini ad servitium Fratrum ejusdem Monasterii, in Festivitate Beati Burchardi, quoad vixero persolvam; cum verò, DEO prosperante, aucta fuerit possessio, consequens erit etiam Majoris Censûs expectatio.

## LXXXVIII.

*Traditio Henrici.*

**N**otum sit cunctis CHRISTI Fidelibus, Dominum HEINRICUM Curtem suam, quam delegaverat ad Altare Sancti Petri in Suburbio Wirzburgensi cum Fratre suo GERNODO ejusdem Loci Monacho, postea permissu Abbatis vendidisse, ac eodem pratio vineam quoddam in Kurneberg XII. Jugerum comparasse, Locoque eidem contradidisse, hac conditione, ut quoad viveret, ipse & Uxor ejus eis serviret, dehinc absque omni contradictione in utilitatem Monasterii ex integro cederet: præterea Beneficium Emehardi V. Talentis redemit, pro quo ei vinea in Habesberg simili ratione præstita est: Cartulam autem hanc conscribi fecit & reponi: ne quis Heredum ejus post excessum vitæ suæ, occasione qualibet Monasterium possit inquietare.

## LXXXIX.

*Traditio Diterici.*

**E**GO DITERICUS, qualiscumque Sancti Kiliani Famulus, Notum esse cupio omnibus Fidelibus tam futuris quàm præsentibus qua ratione pro salute Animæ propriæ, Matrisque meæ HILTÆ, mansum unum in Gunderesleibe situm, Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & Sancti Stephani Protho-Martyris delegaverim: Ego itaque, si DEI Ordinatione sine Liberis defunctus fuero, idem mansus absque ullius hominis contradictione, Ecclesiæ prædictæ Liber erit: sin autem, dum in hac vita supervixero pro Anniversario Matris meæ Hiltæ XV. Similas & Quadrale Vini & insuper Talentum Cerae singulis annis debeo persolvere: me verò decedente, si quis Heredum meorum ex me progenitorum mansum voluerit obtinere, præscriptum Censum simili pacto non negligat reddere, quod si facere pertæsus fuerit, quod Justitia dictante Abbati & Fratribus visum fuerit exinde sit, tantum ne memoria Matris meæ, in septentrionali parte Ecclesiæ Claustræ sepultæ, aliquo modo oblivioni tradatur.

## XC.

*Traditio Irminfridi.*

**N**overint omnes Fideles, qualiter Ego LOBARAHT vineam in Loco, qui Steinbahe dicitur sitam, ad Altare Sancti Petri, pro mea & Mariti mei YRMINFRIDI ex hac vita subtracti æterna Requiæ delegaverim, ut annuatim ejus in Anniversario, Urna vini & XXX. Similæ, tam per me quàm per Posterios meos quoscumque persolvantur: quod si quis dare neglexerit, aut statuti aliquantulum subtraxerit, Fratrum cedat dominio: cujus rei testes sunt Herolt. Bernolt. Karl. Ebo. Bern. Gotifrid. Rutwik. Rutwick. Wolfmar. Adelhun. Reginhart. Herwik. Gotifrid. Dietman. Coloman. Rabenolt. Ludewik. Liepger. Adalbert. Eppo. Beceman.

## XCI.

*Traditio Ruppoldi.*

**E**GO RUPPOLDUS omnibus in CHRISTO piè viventibus manifestum esse cupio, quia hac conditione Vineam & Curtem meam cum Ædificiis, ad Altare Sancti Petri Sanctique Stephani Protho-Martiris tradidi, ut eas quoad vixero, annualem nul-  
lum

lum pro his persolvendo Tributum, obtineam: me verò decedente Uxor mea ACELA, si superstes fuerit XV. Similis & dimidia urna vini, in Anniversario meo annuatim oblati possideat, Filia verò ipsius LIBISTA, non ex me Genita, cum Fratre meo WOLFGISO Curtem tantum perpetuo Hereditatis Jure post nos pariter obtineant, pro qua XXX. Similis & urnam vini, medietatem scilicet in Anniversario meo, reliquam verò quantitatem in Anniversario Uxoris meæ Fratribus . . . . Vinerum verò post Uxorem meam Frater meus ex Integro solus possideat. Cujus rei Testes sunt Godifrid. Rutwic. Gozwin. Ratolf. Adalbero. Arnolt. Hecil. Heriman. Otnant. Diepolt. Hiltibrand. Rudiger. Ahmus. Dietheri. Anno. Sigiboto. Quicumque hoc Pactum Infirmaverit Vindictam DEI, & omnium Sanctorum non in Anima, sed in Corpore quoad vixerit, paciatur.

## XCII.


*Traditio Richiltæ.*

**E**GO BILLUNGUS, DEI Gratia, Vice-Dominatus agens Officium, Notum facio cunctis, qua Conditione Curtem cujusdam Feminae nomine RICHILT propè Capellam Sancti Georii sitam, rogatu ejusdem, ad Altare Sancti Petri, Sanctique Stephani, delegaverim, in Anniversario ipsius Dominæ, quicumque Heredum suorum eandem ab Abbate & Fratribus obtinuerit XXX. Similis exinde persolvere debet, quod si temeritate aliqua neglexerit rationis æquitate dictante Prælati Ecclesiæ, Curtem in usus ipsius debet recipere.

## XCIII.

*Traditio Viduæ Bernolphi Militis.*

**E**GO H. Conjux BERNOLPHI de Hoheim, qui occisus est in Wirceburg, ob Memoriam ipsius in Cœnobio Sancti Stephani peragendam, per manus delegatoris mei HELUVICI tradidi & delegavi vineam unam, in Hoheim sitam, tali conditione: quicumque Heredum nostrorum eandem vineam post obitum meum possederit, si urnam vini in servitium Fratrum in prædicto Anniversario non dederit sicut Legibus statutum est Ecclesiæ, post tertium annum in supra memorata vinea nil Juris vel Proprietatis debet habere.



## VIII.

## ANONYMI CHRONICON ERFORDIENSE.

**A**NNO DOMINI MCCXXIII. Sifridus Moguntinus Archi-Episcopus habuit Concilium Erphordia in Ecclesia B. MARIÆ.

Hoc Anno in Vigilia Paschæ celebrati sunt Ordines in Hospitali à Wilhelmo Episcopo.

Hoc Anno, Henricus Filius Imperatoris in Frankenevurt Kalendis Maii à Principibus in Regem Electus est.

Hoc Anno in Festo Martini, Minores Fratres Erphordiam venerunt.

ANNO DOMINI MCCXXVI. Inundatio maxima fuit in Thuringia VI. Kalend. Septembris.

Hoc etiam Anno, Norinberc in Nuptiis Heinrici Regis rupta Crepa XXX. Milites & XX. Servi cadentes interierunt.

ANNO DOMINI MCCXXVII. Generale Passagium ad Terram Sanctam factum est; qua Expeditione etiam Imperator Fidericus transfretavit, sed Ludewicus Landgravius in eadem expeditione VI. Idus Septembris decessit in Apulia in Civitate Otrant.

Hoc etiam Anno III. Kal. Augusti maxima Tempesta juxta Cœnobium Sychen fuit, quæ magnam Cladem proximæ villæ quæ Ysleiben dicitur intulit, & per Torrentem Domos ipsorum abducendo, ac plurimos Homines submergendo.

ANNO DOMINI MCCXXVII. XV. Kal. Januarii Erphordia tripartitos celebraverunt Ordines hi Episcopi: Moguntinus ad S. Petrum. Halverstatensis ad S. MARIAM. Livoniensis ad Capellam S. Mariæ Magdalenæ in Claustro S. Petri, qui sequenti Dominica pariter Pragensem Electum in Episcopum consecraverunt.

ANNO DOMINI MCCXXVIII. Prædicatores venerunt Erphordiam ac Cœnobium ibidem ædificare cœperunt.

Anno MCCXXX. V. Idus Septemb. Erphordia obiit Siffridus Moguntinæ Sedis Archi-Episcopus, ac honorificè sepultus est in Ecclesia B. Virginis ab Engelhardo Nuenburgenſe Episcopo, cui successit Siffridus patruelis ipsius, qui eodem Anno cuidam Fratri, Divi Ordinis Prædicatorum Auctoritatem, Clerum suum visitandi in Præposituris Sanctæ MARIÆ Erphord & Giecheburg commisit, qui Negotium strenuè peragens, & ut plerisque videbatur districtius exequens, quosdam Clericos suspensos, disciplina corporali misericorditer punivit: quosdam verò Officiis & Beneficiis privavit, aliquos etiam Episcopatum exire compellebat.

Hoc Anno circa Festum Palmarum Giselbertus Cantor S. MARIÆ Erphord transiit se ad vallem B. Georgii.

ANNO DOMINI MCCXXXI. II. Kal. Junii in Thuringia in tribus Castris scilicet Glichen, Wassenberc, & Muhlberc, Turres & Propugnacula uno Fulmine pariter succensa succendebantur.

Hoc etiam Anno V. Kal. Septemb. Comes Albertus de Wie Prædam innumerabilem in Jumentis & Gregibus abstulit Erfordientibus.

Hoc Anno Capitulum Provinciale Prædicatorum fuit Erfordia.

ANNO DOMINI MCCXXXII. In Alemannia perfida Hæresis, quæ ibidem diu occultè pullulaverat est manifestata: quapropter circa Rhenum nonnulli, & alibi innumerabiles Hæretici per Magistrum Cunradum de Marburc, Auctoritate Apostolica examinati ac per Sententiam Sæcularem damnati, combusti sunt igne, fueruntque etiam præſente eodem Cunrado Erphordia III. Non. Maii, quatuor combusti.

Hoc Anno discordantibus Archi-Episcopo Moguntino & Cunrado Fratre Landgravii, pro Monte Helegenberc in Hassia sito, & Bella moventibus idem Cunradus XVII. Kal. Octobris Civitatem Fritislariensem contra multorum Opinionem incendio cœpit, secum Captivos abducens Episcopum Wormatiensem, ac Gumbertum ejusdem Loci Præpositum, Heinricum Heiligenstadiensem Præpositum & quosdam Canonicos cum aliis ferè CC. militibus. Fridericus itaque de Drivordia ac sui complices, ruptis violenter Armarii ostiis, magnam inde Pecuniam à Civibus ibidem depositam, manu sacrilega auferentes, Libros, Calices, ac Ecclesiæ Ornatum, cum Sanctorum Reliquiis distraxerunt; fertur etiam à quibusdam, quod dictu est horrendum, ipsum Sacrosanctum Corpus Dominicum à maleficis ibidem in Terram ignominiosè dejectum; quot autem ibi occisi vel quot igne consumpti novit DEUS Arbiter, . . . qui eidem Loco per suam modicam præſentis iræ stillam, æternum Tonitru in sui comminatus est corruscationem.

Hoc etiam Anno Fratres Minores infra Muros Erphordenses Cœnobium ædificare cœperunt, dum extra muros ibidem post IX. annos resedissent.

Hoc Anno XII. Kalend. Junii ſupra Stetingos Infulanos plaga Judiciſſi conſumata eſt, de quibus dicitur, quod in ipſorum Terra Comes Otto de Aldenberc Caſtrum habuerit cum ſui Habitatores, Incolas Terræ taliter ſæpius offenderunt, ſiquidem in eadem Terra pauca ſunt Eccleſiæ, & ex hoc diffuſæ atque diſtentæ Parrochiæ, quapropter Matronæ cum Filiabus ſuis ad Eccleſiam in Feſtivis diebus Curribus advectæ veniebant, quod Famuli de Caſtro videntes, petita à Domino ſuo Licentia & obtenta, violenter ſibi in Uxores rapiabant; hac de cauſa Incolæ, Caſtrenſes Comitſ expugnant, de Terra ejecerunt, quapropter Epiſcopus Bremeniſis Fratrem ſuum Comitem de Lippia ad impugnandum ipſos tranſmiſit, qui incerto . . . . . Judiciſſi ibidem occubuit, unde cum Epiſcopus illos denuntiaſſet, illique denuntiatores de Terra ſua expulſiſſent, Hæreſis crimen impoſitum eſt eiſdem, ſicque dictus Epiſcopus accepta à Domino Papa licentia, ſuper illos multum Populum Cruce ſignavit, tandem Dux Brabantinus & Comes Hollandiæ cum magno Exercitu Terram illam intrantes omnes cum Uxoribus & Liberis peremerunt.

Hoc Anno Idus Februarii Validiſſimus Ventus & juxta . . . . . audita ſunt Tonitrua & Fulgura viſa.

Hoc Anno III. Kal. Martii Erphord in Eccleſia Sancti Petri, Moguntinus Ordines celebravit.

Hoc etiam Anno Idus Aprilis Erphord obiit Frater Gerhardus de Ordine Prædicatorum.

ANNO DOMINI MCCXXXIII. VIII. Kal. Auguſti. Rex & Moguntinus & Magiſter Cunradus de Marburc Moguntinæ Conventum Epiſcoporum & Comitum atque Clericorum fecerunt; pro quibusdam infamatis ab Hæreſi, inter quos Comes de Seine accuſatus inducias Expurgationis ulteriores obtinuit, ſuper reliquos verò qui non comparuerant, nec ſe legitime excuſaverant prædictus Cunradus de Marburc ibidem Populum Cruce ſignavit, quapropter ipſi felle amaritudinis commoti, jam dicto Cunrado in reditu inſidias ponentes juxta Marburc ipſum una cum Gerharo Minoris Ordinis Fratre, probatæ vitæ Viro III. Kal. Auguſti crudeliter occiderunt, cui poſt hunc Hildeſheimenſis Epiſcopus fideliter . . . . . ſuper perfidos Hæreticos eodem Anno in Thuringia atque Saxonia Populum Cruce ſignavit.

Poſt hæc autem II. Kal. Decemb. Hi quos Magiſter Cunradus, bonæ memoriæ, pro Hereticis totonderat fere quinquaginta Viri, omnes pari Animo ſine qualibet contradictione ſubjecerunt ſe, ac omnia ſua tam ſpirituſali quàm ſeculari Potenti; ſex enim ex ipſis, qui occiſioni ſupradiſti Cunradi interfuerunt; quantum ad cauſam Hæreſeos, Eccleſiaſtico, quantum verò ad cauſam interfectionis, ſæculari ſe Judiciſſi ſimiliter ſpontaneè tradiderunt, præſentandos etiam ipſos publico Examini in Curia ſolenni Franckenevurt in Purificatione celebrandâ, proponentes firmiter omnes eos, qui pro Hæreticis tonſi, poſtmodum confeſſi ſunt injuriam ſibi factam.

Hoc etiam Anno Siffrius Moguntinus habito Conſilio cum Canonicis Moguntinis pro ſui Prædeceſſoris debitis, quibus Epiſcopatus jam dudum Romæ fuerat obligatus in tota ſua Diceceſi, Redituum vicesimam partem à Perſonis Eccleſiaſticis colligi mandavit, ac ſuper hoc dato Privilegio, ſe nunquam à Clero ſuo diebus ſuis quicquam amplius petiturum; Canonici etiam Matricis Eccleſiæ Moguntinæ Fide Juratoria confirmaverunt, ſe de cætero nullum Pontificem Electuros, niſi in idem Privilegium conſenſurum.

Hoc Anno III. Idus Martii Siffrius Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus Moguntinæ Concilium celebravit Pontificatus ſui Anno III.

Hoc Anno maxima fuit Inundatio, quæ magnum intulit damnum Erphordienſibus.

ANNO DOMINI MCCXXXIII. Rex Heinricus Curiam ſolennem Frankenevurt in Purificatione celebravit, multis ibidem Principibus & Epiſcopis Congregatis ac multorum Ordinum Fratribus, ſcilicet Ciſterciensibus, Prædicatoribus atque Minoribus & cæteris Religioſis Perſonis; itaque multis Conſiliis ſuper Fidei Negotio præhabitis,

bitis, tandem de Litteris D. Papæ nuper ad Curiam delatis, Disceptatio non modica fuit: siquidem plerisque per Teutonium Prælatis ac Clericis seu etiam Laicis Magistri Cunradi visitandi Hæreticos seu examinandi Forma displicuerat, videlicet ut aliquis infamatus ab Hæresi, publico Examine præsentaretur, & confessus Errorem ac reverti volens tonderetur, suam verò Innocentiam Fide Juratoria defendens, postea convictus per Hereticum, cremaretur: quapropter post Concilium Anno præterito Moguntia celebratum, Rex & Moguntinus ac Trevirensis Archi-Episcopi, Cunradum Scholasticum Spirensis ad Curiam Romanam destinantes, Domini Papæ Consilium super huiusmodi Forma sciscitari sunt; super quibus Papa valde turbatus, & à Cardinalibus, quibus Negocium per jam dictum Conradum Scholasticum innotuerat, inductus, Magistri Cunradi de Marburc Formam novis Litteris irritam iudicaverat; sed antequam Nuncius Cunradi, redeundi Licentiam assumptis Litteris accepisset, ecce quidam Ordinis Prædicatorum, Torso Agnomine, veniens, mortem Magistri Cunradi de Marburc Papæ nuntiavit, quo audito Papa nimis conturbatus, Litteras contra Formam Magistri Cunradi nuper scriptas, discerpens, Regis Nuncium Beneficiis Ecclesiasticis privare disponebat, sed per Cardinalium & Prædicatorum interventum adjutus, acceptis aliis supradictis litteris reversus est; nunc itaque ad supradicta revertamur.

Igitur Rex in Conventu Principum Hildensheimensem Episcopum accusare cepit, pro eo quod supra Hæreticos Populum Cruce signavit, qui se probabiliter excusans, exhortatione competenti facta pro Crucis Negotio, omnibus poscentibus se . . . constanter exolvebat, ac cum Fratre Ottone Ordinis Prædicatorum, partem Magistri Cunradi defuncti diligenter tuebatur; tandem absente Rege, & Laicis Personis, soli Episcopi cum cæteris quibusdam Prælatis in Loco speciali, de Fidei Negotiis tractare ceperunt, cumque multa contra defuncti Cunradi partem, & aliqua pro ipso fuissent allegata, unus ex Prælatis, in hæc prorupit verba dicens: Magistrum Cunradum de Marburc dignum fore extumulandum, ac velut Hæreticum concremandum: post hæc autem Intervenientibus illis infamatis, qui anno præterito, ut supradictum est, se Ecclesiæ Examine dederant, atque crucem ante se ferentibus, insuper de defuncti Cunradi Factis, clamorosis vocibus miserabiliter querelantibus, tantus subito cepit oriri Tumultus & Turbatio, ut hi, qui ex parte Magistri Cunradi exstiterant, se manus Adversariorum desperarent evadere.

Deinde Feria II. Rex cum omnibus Principibus ac Prælatis, qui aderant, Civitatem egrediens, in campo præfedit Iudicio, ibique Comes de Seyne, se cum VIII. Episcopis & XII. Grisei Ordinis Abbatibus, ac totidem Minoribus Fratibus, & tribus Prædicatoribus, ac etiam Nigrorum Abbatibus, & Clericis seu Nobilibus Laicis Personis non paucis, publicè & confidenter expurgavit, idemque Comes de Solmis cum suis fecit, obortis Lacrimis publicè fatendo, se tantum mortis metu Hæresim fuisse professum: & quoniam Legitimi Accusatores non aderant, ad Infamiae expurgationem admitti jure debuerant.

Hoc Anno Erphordenses, ingratitude Domini sui Moguntini & offensam graviter incurrebant, quem anno præterito, dum in Regis quadam fuisset expeditione, ab ipsis in Curribus & Militibus Juvamen petierat & subsidium, quod dum ipsi renuerent, Dominum suum graviter exacerbaverunt: postea verò ipsum in Adventu Domini per compositionem, Erfordiam invitantes, concordare non poterant, quapropter Moguntinus Erfordia, cum gravi Indignatione egressus, ipsos coram Rege in Franckenevurt proxima Curia convenit in pluribus eos accusans: Erphordenses autem ad eandem curiam à Rege citati, Nuntios illuc direxerunt, ratum habituri quicquid cum Rege ac Domino suo de Forma compositionis obtinuissent, quid plura? Nuntii, Regis arbitrio Negocium committunt, sed Rex compositionis Formam arbitratus, Nuntios Fide constrinxit Juratoria, quod si Cives eandem reservarent Formam, revertentes se Moguntino præsentarent, qui domum reversi civibus suis conceptam à Rege compositionis Formam litteris & verbis referebant, quam Formam dum Erphordenses recusassent, nec iidem Nuntii statuto Terminò reversi fuissent, Archi-Episcopus in ipsos Excommunicationis tulit sententiam, quos & Rex proxima Curia, circa Festum Udalrici in Aldenburc habita, suo Banno ac Regiæ Proscriptioni sententialiter innodavit; quapropter illi de Erfordia, III. Feria ante Palmas usque in Kalend. Augusti Divinis

caruerunt, quo die mediantibus Lantgravio atque Prælatiſ Erphordienſibus compositio ſtatuebatur, & ſatiſſatione Pecuniaria confirmabatur, ſicque Divina reſumpta ſunt.

Hoc Anno Hiems aſperrima fuit, adeò ut in mediterraneo mari, Inſtitores Venetiam onerati ſummariis pedestri Itinere per Glaciem tranſirent, quæ nempè Hiems non parvam per totam Italiam in Vineis & Oliveris intulit Cladem.

Hoc Anno XV. Kal. Junii. Lantgravius cœpit Caſtrum Comitiſ Heinrici de Glychen, ac ibidem XXIII. captos decollari præcepit.

Hoc Anno Henricus Lantgravius pertæſus malorum, quæ paſſus eſt ab Henrico Comite de Glychen, ipſum tandem Legitimè citatum ac poſtea proſcriptum, noviffimè & omni ſuo Jure Feodali privavit: quapropter Moguntinus Erphordenſem Advocatiam à Lantgravio ſolvendo commutans, Epiſcopales Reditus in Guetern videlicet LX. Talenta eidem Jure Feodali porrexit, tamdiu, quouſque per alia Bona Advocatiæ reſtaurari faciat & hæc Pacta VIII. Kal. Auguſti facta ſunt.

Hoc Anno II. Kal. Octobriſ obiit Ludovicus Scriptor, Canonicus Sancti Severi Erfordia.

Hoc Anno Regia villa Northuſen in parte majori cum Conventualibus Eccleſiis Sanctæ Crucis, & Minorum Fratrum incendio conſumpta eſt, quem etiam ignem dum ferè XX. Homineſ in quodam Cellario evadere niterentur, ex ejuſdem domus Ruina pariter oppreſſi ſunt.

Hoc etiam Anno XIII. Kalend. Decembris Cunradus Saxoniz Comes Palatinus cum duobus Clericis & IX. Militibus contulit ſe Ordini Domus Theutonice in Marburc, cum annuiſ Reditibus M. & C. maldrorum Annonæ, & . . . . . argenti.

Hoc etiam Anno orta eſt diſcordia inter Imperatorem & Filium ſuum Henricum Regem, quem Conſiliis Paterniſ acquieſcere nolens, manifeſtè ſe ei opponere attentavit, quibuſdam Principibus & Baronibus ad ſe per pecuniam inclinatiſ.

Hoc etiam Anno circa Feſtum Michaheliſ, Gregorius Papa, Corpus Novorum Decretaliuſ authenticavit, Veteribuſ reprobaſ.

ANNO DOMINI MCCXXXV. Dominus Papa directiſ in Alemanniam Nuntiis, ab omnibuſ Epiſcopiſ atque Regaliſ Abbaſiſ, Militeſ ac ſubſidium ad Romanos Impugnandoſ poſtulavit.

Hoc Anno Moguntini majoriſ Eccleſiæ Canonici, Archi - Epiſcopi Auctoritate freti, per totam Moguntinam Diœceſin Edictum promulgaverunt, videlicet, ut in omni Eccleſia Conventuali una extingueretur Prebenda, hoc prætio debita Epiſcopatuſ ſolvendo.

Hoc Anno Menſe Majo Imperator egreſſuſ ab Italia, parteſ Teutoniæ aggreditur, quam ferè in XVI. Annis non viſitaverat, tranſiens verò Auſtriam, Diſcordiam, quæ inter Regem Boemiæ, ac Ducem Auſtriæ fuerat exorta conabatur ſopire, non valebat propter intollerabilem ſuperbiam Ducis ac ſtultitiã, Rege tamen parato ad compositionem, ſed dum ſecti non valuiſſet, Rex idem Boemorum Regem Ungariæ cum ceteriſ quatuor Regibuſ in auxilium advocans, Terram Ducis ingreſſuſ eſt, cum eodem committens in Menſe Julio, in quo conſictu ſtrageſ maxima Pugnatorum, atque in Danubio ſubmerſorum facta eſt, Rege Triumphum obtinente.

Imperatore in Alemanniam veniente Fautores Filii ſui Henrici Regiſ valdè turbati, ferè omneſ ipſum deſerenteſ Patri adhæreſe cœperunt; quapropter ſæpe dictuſ Rex Henricuſ, Veniam à Patre ipſiuſ in Wimphe poſtulans, Gratiæ ſuæ ſe ſuaque omnia contradidit, ſed Patre compositioniſ & ſatiſſationiſ formam in Wormaciam differente: Itaque XVII. Kalend. Auguſti Imperator Sororem Regiſ Angliæ ibidem Wormatiæ Imperiali Matrimonio ſibi ſolemniter copulavit; ubi Rex Henricuſ audita compositioniſ forma à Patre promulgata, Fugam inire paravit, quem Pater captivum

stro Heidelbere custodiendum tradidit, & post hunc ipsum in Rethia Castro Alreheim servandum commisit; tandem Imperator adhuc timens per ipsum ab Æmulis suis Imperii Turbationem moliri, per Episcopos Salzburgensem & Babenbergensem, eundem in Apuliam transmittens Castro Balerne recipi mandavit.

Eodem Anno, Imperator solennem Curiam circa Assumptionem Mogontiae celebravit, ibidem coronatus incedendo.

Hoc etiam Anno Dominus Papa Gregorius, missis per Universam Ecclesiam Litteris, Crucem constituit prædicari, per Biennium ad Terram Sanctam Expeditionem protelans.

Hoc Anno Erphordiae in Vigilia Paschæ, Willelhelmus Havelbergensis Episcopus in Ecclesia Sanctorum, Ordines celebravit.

Hoc Anno VIII. Kal. Martii obiit Ulricus miles de Tullestein.

Eodem Anno Mense Majo, Canonicus quidam quendam suum Confratrem in Dormitorio dormientem, cultello miserabiliter peremit.

Hoc etiam Anno in die Pentecostes magna Tempestas Pluviae & grandinis in Thuringia non modicam ovibus & segetibus intulit cladem.

Hoc Anno Moguntinus, Erphordiae à Festo Martini usque ad Natalem Domini moram faciens, Fructum Prebendarum suarum in Thuringia ibidem collectum, ad Rhenum traduci mandavit, celebravit & idem Pontifex ibidem Ordines solennes, in Ecclesia Sancti Petri XI. Kal. Januarii.

Hoc etiam Anno circa Kalend. Decembris in villa Wolfesheim numero XVIII. ut dicitur sunt occisi propter quendam Christianum, quem miserabiliter interemerunt, quia dignum videtur, ut qui sanguinem sitit, sanguis ipsius fundatur secundum hoc Propheticum: *Cum Sanguinem oderis, sanguis persequetur te.*

Hoc Anno Episcopus Mantuanus à suis Civibus occisus est.

Hoc etiam Anno in die Pentecostes, Papa cum maxima Solennitate Beatam Elisabetham Filiam Regis Ungariae ac Ludovici Landgravii Uxorem canonizavit.

Hoc Anno Kalend. Novemb. Meinhardus Comes de Mylberc, quendam Civem Erphordensem cognomine Legatum, in Sancta Nocte ad Matutinas euntem, captivum deduxit, quapropter Moguntinus apud Imperatorem querimoniam deponens ipsum Meinhardum Imperatoris præscriptioni, ac suæ Excommunicationis sententia innodari procuravit.

ANNO DOMINI MCCXXXVI. IIII. Non. Februarii obiit Cunradus Præpositus S. MARIE in Erphord.

Hoc etiam Anno X. Kal. Martii obiit Henricus Comes de Schwarzburc.

Hoc etiam Anno VI. Nonis Maji obiit Erphordiae Ludewicus Canonicus & Custos Nuwenburgensis; Cunrado Erphordensium Præposito, Arnoldus Major Præpositus Trevirensis successit, qui veniens Erphordiam IIII. Nonas Octobris, à Clero ejusdem Civitatis in Processione fuit receptus, & à Decano in Loco suo installatus, cantando interim, *Alma Redemptoris & Te DEUM Laudamus.*

Hoc Anno Kal. Maii. Marburc Translatio sollemnis facta est Sanctæ Elisabeth.

Hoc Anno V. Kal. Januarii in Fulda, Judæi utriusque sexus XXXIII. à Cruce signatis Christianis sunt perempti; quoniam duo ex iisdem Judæis in Sancto die Christi, cujusdam Molendinarii extra muros habitantis, & interim in Ecclesia cum Uxore sua manentis V. pueros miserabiliter interemerant, ac ipsorum sanguinem in saccis ceratinitis susceperant, igneque domui supposito recedentes, cujus rei Veritate comperta, & ab ipsis Reis Judæis confessa, puniti sunt ut supra dictum est.

Hoc Anno adedè calida fuit Hiems, ut vix ſedecim dies glaciales in ea computari potuerint, in qua & audita ſunt Tonitrua VI. Idus Martii.

Hoc Anno Pragenſis Episcopus in Menſe Auguſto obiit, cui Scholaſticus ejuſdem Eccleſiæ ſuccedens, Electus Domini Moguntini Auctoritate, Erphordix in Eccleſia Sanctæ MARIÆ ab his tribus Perſonis Abbate S. Petri, Decano & Scholaſtico ſupradictæ Eccleſiæ confirmatus eſt.

ANNO DOMINI MCCXXXVII. Imperator Longobardorum pertinacem videns contumaciam, iterum iſtis magnum ſuperinduxit Exercitum, in qua Expeditione Paduanos in deditioem recepit, cum Mediolanenſibus verò conſtigens X. millia proſtravit, ac mille de melioribus captivos abduxit, victoriaque potitus, Carrochium iſorum Romanis tranſmiſit.

Hoc Anno pridie Nonas Maii in Babenberc dedicatum eſt Monasterium ab his Episcopis, Erbipolenſe, Eyſtatenſe, Nuwenburgenſe, Merſeburgenſe, Domino Papa ibidem magnam faciente Indulgentiam.

Eodem die Moguntinus ab Imperatore Erphordiam veniens ſollenniter à Clero ſuſceptus eſt, qui proxima ſequenti Dominica in Eccleſia Sancti Petri Lutolfum in Halberſtadenſem, & Bernhardum in Pragenſem conſecravit Episcopum, cooperantibus ſibi iſtis Præſulibus, Myſenburgenſe, Havelburgenſe, ac Peregrino antiquo Pragenſe, aderant & eidem Conſecrationi Lantgravius, & Comes de Hennenberc cum cæteris Comitibus ac innumera Plebe.

Hoc Anno Frater Jordanus Magiſter Ordinis Prædicatorum pridie Idus Februarii in mediterraneo Mari ſubmerſus, in Terra Sancta honorificè ſepultus eſt.

Hoc etiam Anno Erphordix conſummata eſt Aquilonaris Turris Eccleſiæ B. Virginis, ferè poſt conſummationem Australis, interjectis XXXVI. annis.

Hoc Anno VI. Idus Julii obiit Sophia Mater Heinrici Lantgravii in Iſenach, ac in Eccleſia Beatæ Catharinæ ſepulta eſt.

Hoc Anno Menſe Februarii in Marcha Stirenſi nova Civitate, Henricus Thuringiæ Lantgravius Sororem Ducis Aultriæ ſibi junxit Matrimonialiter.

Hoc Anno, adhuc Electis illis duobus Præpoſitis Magdenburgenſibus Alberto videlicet, & Brunone inter ſe conſtigentibus, nec ullo conſilio vel arbitrio cedentibus, contigit Servos Brunonis in Magdeburc manentes, ad Caſtrum vicinum, in quo prædictus morabatur, inſidias ponere ac prædam venari, quos ipſe fugando perſecutus uſque ad muros Civitatis, unum ex eis graviter vulneravit, quod videns quidam Partis adverſæ, ſtans in muro ſagittam direxit, ac Albertum lethaliter vulneravit, qui mox accito Confelſore conſeſſus ac deſunctus eſt V. Idus Martii.

Hoc Anno circa Dominicam Latate Moguntinus ex parte Imperii, Principes Teutonix quosdam Erphordiam citaverat, quo dum nullus Laicorum Principum perveniſſet nec Episcoporum, exceptis Halberſtanſe & Hildesheimenſe Episcopis, ſuſpecta quorundam Principum conſpiratio contra Imperatorem declarata fuit: ibidem etiam in Eccleſia B. Petri ſupradictus Hildesheimenſis ex Mandato Maguntini XIII. Kalend. Aprilis Ordines celebravit; poſt hunc idem Moguntinus Dominico Palmarum Moguntix Curienſem conſecravit Episcopum.

ANNO DOMINI MCCXXXVIII. Imperator Curiam ſuam quam Principibus Teutonicis indixerat, Civitate Veronenſi Kal. Maii celebravit, quo tamen dum nulli perveniſſent, per Internuntios à conſpirationis Infamia excuſabant ſe diligenter. Poſt hæc Imperator totam hanc Æſtatem in Longobardia Peragens, ac ipſos Rebelles, Bellicis Exercitiis infeſtans, Civitatem Brixienſem in Deditioem recepit, dein Filiam ſuam Hermanno Lantgravio per manum Moguntinenſis Episcopi in Aſchaffenburc deſpoſitavit.

Hoc Anno III. Kal. Septembris dedicata eſt Eccleſia Fratrum Prædicatorum Erphordienſium ab Engelhardo Nuwenburgenſe Episcopo.

Hoc Anno Frater Cunradus Domus Teutonicæ, Germanus scilicet Heinrici Lantgravii, reminiscens malorum, quæ in Oppido Frizlariensi perpetrata sunt & maximè Corporis Domini, ut dicitur, in pavementum dispersi, nec non etiam Ecclesiarum incendii, tactus dolore intrinsecus, ac super his Dominum placare cogitavit, quapropter magnâ Hominum multitudine in Festo Apostolorum Petri & Pauli, in prædicta Civitate congregata, dictus Conradus, cum aliis duobus sui Ordinis Confratribus, in Loco Prædicationis se exuens, ac vilissimos saccos circa Femoralia sibi circumdans, ex ore Prædicatoris, ab omnibus in hoc Loco per eum læsis, veniam petivit; post hæc autem prætati tres Viri Nobiles, Nudi in Processione incedentes, tribus Sacerdotibus, cum Scopis ipsos sequentibus, & disciplinaliter corrigentibus, Monasterium usque pervenerunt, ibique Misericordiam Divinam humiliter cum Lacrymis exorantes, Frater Cunradus pro posse Munera devotus obtulit, alias Ecclesias incensas eodem modo visitans, honestis muneribus honoravit, sicque revertentes ad Stationem, in ipsius Fratris Cunradi Corpore, non signa verberum Sacerdotum, sed Carnificum compa-ruerunt; quantum autem Lacrymarum ipso die ibidem à Populo fufum sit, solus ille novit, qui Corda contritorum ponderat.

Hoc Anno XVII. Kal. Decembris Moguntinus Damnum ferè irrecoverabile & jacturam gravissimam Episcopatus, in Castri Rustenbere amissione fuisset passus, si merita B. Martini non intervenissent; nam Henricus Præpositus Heiligenstadenfis, Henricum Comitem de Glychen, dicti Castri fraudulentum Invasorem, favente Divina Gratia cæpit, ac Castrum recuperans, eundem in eodem, Vinculis iniecit.

Hoc Anno in Episcopatu Meydenburgensi per . . . . . Præpositi Intestificationem male seminatam fuerat, adeò pessimè pullulavit, ut Cives Meydenburgenses Pontifici ac Domino suo se contumaciter opponerent, ipsum armis Bellicis impugnando, nec hac pertinacia contenti, omnes Religiosos ac Clericos, nonnullos etiam Pauperes ab Urbe propellentes, iram Summi Judicis sibi gravius accumulaverunt, hanc tamen eodem anno contumaciam grandi Pecunia, cum Domino suo componendo, sopiverunt.

Hoc Anno Imperator Filium suum Henricum à Captivitate liberans, Gratia suæ restituit, quo eodem anno in Autumno defuncto, alteri Filio suo Cunrado Regni Gubernacula in Teutonia commisit.

Hoc Anno in die Palmarum D. Papa Imperatorem denunciavit, quapropter ab ipso Imperatore circa Kalend. Junii in Eger Principum Conventus procuratus est, quo ipse Imperator manens in Longobardia Nuncios dirigens, illatam sibi à Papa sententiam ipsis significavit, Principes autem præsentem Cunrado Rege cautione Juratoria se Imperatori obligantes Papam ipsi reconciliare promiserunt, huic tamen Curia Rex Boemiæ & Marchio Brandenburgensis non interessentes, ipsi non sunt obligati.

ANNO DOMINI MCCXXXIX. adeò lenis exstitit Hiems, ut à Festo Thomæ ferè usque ad Purificationem exceptis Montanis, Nix visa non fuit, non Glacies.

Hoc etiam Anno Principes, qui Anno præterito contra Imperatorem conspiraverant, eidem Reconciliantur, Austriæque insuper Dux Honori, satisfactione taxata, restituitur.

Hoc Anno Mensè Majo in Compania Franciæ juxta Civitatem Pervisina Hæretici combusti sunt Numero CC. minus XVI. qui ut ipsi confessi fuerant, ex eorum Progenie erant, quos Imperator Theodosius Temporibus Augustini de Africa expulerat, qui etiam de secta Manichæorum fuisse creduntur.

Eodem Tempore Theobaldus Rex Græcorum de Francia veniens, Jussu Cunradus Nigri Regis, ab Siffrido Moguntino in Loco qui dicitur Wisebad benignè ac honorificè susceptus est, siquidem Constantinopolitani ac quidam alii ipsorum, Fautores Catholicæ atque Romanæ Ecclesiæ nec non ipsi Regi Græciæ contradicentes per Scismatis vitium manifestè se opponere non verentur; quapropter D. Papa à prædicto Græcorum Rege interpellatus, duo Millia Peregrinorum in Francia ad Terram Sanctam signatorum,

torum, ipſi in Auxilium aſſignari mandavit, Iter Terræ Sanctæ circa eodem diſpenſativè commutans.

Hoc Anno Moguntinus in Thuringia ad Annonam Mogontiam deferendam, à Cœnobiis vecturam exegit.

Hoc Anno VI. Nonas Julii Civitate Moguntina celebratum eſt Concilium, Præſidente Cunrado Rege, Imperatoris Filio, ac ejuſdem Sedis Archi-Epiſcopo cum IX. cæteris Epiſcopis, in quo ſcilicet Concilio, Epiſcopus Eiſtatenſis querelando miſerabiles exhibuit Litteras, in quibus continebatur quoniam ſui Miniſteriales ac Cives Eiſtatenſes, jam ferè per Annum in Excommunicatione manentes, diabolica atque Hæretica præſumptione ipſum Epiſcopum cum Clero ſibi favente crudeliter expellendo abieciſſent, & Laicas Perſonas in Epiſcopum ac Præpoſitum & Decanum elegiſſent, ac ejuſdem Matricis Eccleſiæ Sacriſtiam infringendo ſpoliaverint, & ipſorum Errorem Magnates & Potentes quidam foventes, pernicioſè in malitia confortaverint, ac qualiter ſuos Fautores ſi deceſſerint, cum Mulicis Inſtrumentis ad Sepulturam conducendo, lætanter ſepeliant.

Hoc Anno Meydenbergensis & Halberſtadenſis Epiſcopi à Warthone Miſnense, contra Ordinis ſui dignitatem Salario conducti contra Marchionem Brandeburgenſem Bella moverunt, ubi alter ipſorum in Meydenburc, ut dicitur vulneratus, alter captus fuiſſe memoratur.

Hoc Anno Tempore Autumnali Moguntinus in qualibet Eccleſia Erphordenſi unam Campanam . . . . . Redemptionem accepit.

Eodem Anno III. Non. Decembris. Siboldus Sacerdos & Canonicus Eccleſiæ S. MARIÆ in Erphord Mundo verè mortuus, Prædicatorum Ordini ſe tradidit.

ANNO DOMINI MCCXXX. pernicioſa adhuc Eccleſiæ inter Papam & Imperatorem diſcordia, cunctis Fidelibus non modicum incuſſit timorem, maximè cum Frater Cunradus Magiſter Domus Teutonicæ, qui Principum Alemanniæ Conſilio, ad ipſos concordandos niſiſus, occulto DEI Judiciò Romæ VI. Kal. Auguſti diem clauſerit extremum.

Hoc Anno Rimundo Magiſtro Ordinis Prædicatorum abſoluto, Frater Joannes Epiſcopus quondam Ungarorum ſucceſſit.

ANNO DOMINI MCCXLI. die ſcilicet III. Aprilis obiit Rex Daciæ.

Eodem Anno in villa Regia Franckenevurt cujuſdam Judæi Filius, Chriſtianiæ Fidei Baptiſmum ſuſcipere deſiderans, à Parentibus & Amicis prohibitus eſt, quapropter altercatione inter Chriſtianos atque Judæos exorta XI. Kal. Junii validè inter ipſos dimicatum eſt; tandem paucis Chriſtianiſ occiſis Judæorum circiter CLXXX. gladio & igne quem propriis domibus impoſuerant, conſumpti ſunt, ipſoque igne poſt hæc invaleſcente media fere pars ejuſdem Civitatis eſt concremata; videntes itaque reliqui Judæorum ſibi mortis imminere periculum baptizati ſunt numero XXIII. & poſtea ipſorum quidam, Epiſcopus creditur exſtitiffe.

ANNO DOMINI MCCXLII. circa Feſtum Michahelis Rex Franciæ propter . . . . . nimiam ſtudii ſui Jactantiam XXIII. Carratas Librorum ſuorum Pariſiis Incendio juſſit cremari.

Hoc Anno Moguntinus Erphordienſibus offenſus, ibidem à Feſto Pentecoſtes uſque ad Aſſumptionem tertii Anni, Divina ſuſpedit.

ANNO DOMINI MCCXLII. III. Nonas Januarii Obiit Lantgravius Haſſiæ, Filius S. Eliſabeth in Cruceburc, ſepultusque eſt Reinhartsburn.

Eodem Anno in Vigilia Paſcæ, Wilhelmus Epiſcopus Havelbergenſis Erphordiæ apud Prædicatores, Ordines celebravit.

Eodem Anno Tartari in Ungaria.

ANNO DOMINI MCCXLIII. VII. Kal. Julii Innocentius Papa Electus est, cum Sedes vacasset Anno & VIII. Mensibus, qui statim Fridericum Imperatorem denunciavit.

Hoc Anno VIII. Idus Junii Rudolphus Mersburgensis Episcopus Ordines celebravit.

Eodem Anno obiit Marchionissa.

ANNO DOMINI MCCXLIII. Moguntinus, ut Erphordenses adhuc durius arceret in Octava Epiphaniæ omnem Clerum cum Religiosis Civitate exire compulsi, qui postmodum in proxima sequenti Dominica Latere in villa Wimaria Cleri ac Populi Conventum statuens, Fridericum Imperatorem cum Erphordensibus denunciavit, & post hunc III. Kal. Junii in Vrizaria Concilium faciens eadem confirmavit.

Hoc etiam Anno Dominus Papa Innocentius Lugdunum Galliarum Urbem veniens, ibidem VII. Annos continuavit usque ad mortem Friderici quondam Imperatoris.

Hoc Anno Capitulum Provinciale Ordinis Prædicatorum in Hildensheim celebratum est, præsidente eodem Magistro Ordinis.

Eodem Anno in Villa Regia Muhlhusen magnum fuit incendium, maximam eadem Civitati inferens Cladem.

Hoc Anno III. Non. Septembris obiit Sophia Comitissa.

ANNO DOMINI MCCXLV. in mense Julio, Lugduno Galliarum celebratum est Concilium, præsidente Papa Innocentio cum CCL. Episcopis, ubi per sententiam Friderico quondam Imperatori omne Jus Regni ac Regnandi abjudicatum est, & eadem sententia Prædicatoribus atque Minoribus denuncianda commissa.

Hoc Anno in Adventu Domini captus est Episcopus Babenbergensis à G. Comite de Kevernberc.

ANNO DOMINI MCCXLVI. Dux Austriae in Bello quod inter Regem Bohemiarum & Imperatorem fuerat, occisus est.

Eodem Anno XI. Kal. Junii Erphordiarum magnum fuit incendium, incomparabilem eadem Civitati inferens Cladem, eadem etiam Nocte, Magdeburgensis non dissimili damno per incendium punita fuisse credebatur.

Hoc Anno XI. Kal. Junii dum ille Fridericus quondam dictus Imperator, adhuc in sua perduraret pertinacia, Henricus Landgravius juxta Herbipolim in villa dicta Hoheim Domini Papæ Auctoritate à Moguntino & pluribus Episcopis & Principibus in Romanum Principem fuit electus.

Eodem Anno in Cæna Domini, Castrum Kevernberc Incendio consumptum est, Turrisque magna & fortis corruens quosdam suos oppressit, illæto tamen Episcopo ibidem detento.

ANNO DOMINI MCCXLVII. Henricus Rex dum secundam in Bavariam atque Sueviam fecisset Expeditionem, ex nimio motu passus . . . . . in Thuringiam ad Castrum Warberc revertebatur, ubi morbo invalescente XIII. Kalend. Martii diem clausit extremum, sepultusque est in Monasterio Sanctimonialium S. Katharinæ, in quo nimirum sine Hærede defuncto, Nobilis illa Principalis Prosapia terminata est, quam à Primo Ludovico per CXVII. Annos in Thuringia tenuerat Principatum; post cujus Obitum mox in eadem Terra multiplicata sunt mala, nam vicini quidam Principes Jure Propinquitatis Hæredes fieri cupientes ipsam invaserunt, quorum Marchio Misnensis Castrum Eckehardelberc & Oppidum Wizenfe sibi valenter usurpans, non modicam hujus Terræ partem sibi subjugavit: Comes etiam de Anhalt suæ partis non inmemor, Montem, qui Claustro Odelsleiben imminet, occupans potenter incastellavit, adjacentem vastando Viciniam.

Hoc etiam Anno Willelhelmus Dux Hollandiæ in Regem Electus eſt, Virtuteque Pacificus ac Modestia & Continentia, ut dicitur, inſignitus.

ANNO DOMINI MCCXLVIII. II. Non. Februarii. Obiit Richmondſis Mater Fratrum.

Hoc Anno Erphordiæ celebratum eſt Capitulum Provinciale Prædicatorum.

Post mortem Principis, Intestinum Thuringiæ Bellum quod jam ferè Biennio inter H. Comitem de Glychen & . . . . . de Mulhusen & Fratrem suum R. Pincernam duraverat, ad Pauperum probationem durius inflamatur, quare dum superbiunt ipsi, Pauperes incenduntur.

Hoc Anno VI. Kal. Januarii obiit Henricus Comes de Orlamunde.

ANNO DOMINI MCCXLVIII. Rex Willelhelmus in Octava Paschæ Aquisgranum Regiam scilicet villam obsedit ad cujus Auxilium multitudo Fresonum Cruce signatorum veniens Navali Bello ipsum Oppidum impugnabat, tandem XIII. Kal. Novembris Civitatem ingressus à duobus Cardinalibus I. Kal. ejusdem Mensis Regalem Coronatus accepit Benedictionem

Eodem Anno circa Pentecosten obiit Dux Meranniæ & Burgundiæ immatura morte, dum vicessimum vix complevisset Annum, & apud Cœnobium Lanheim sepultus est.

Hoc Anno quidam Pestilentes de Castro Harmanstein, Hermannus videlicet . . . . . Henricus de Balstede in die Ascensionis Domini nefaria Temeritate ingressi quoddam Alodium Monachorum de Valle B. Gregorii, omni suppellectili cum pecoribus spoliaverunt, Cunradum ipsorum Cellerarium, devotum Sacerdotem cum aliis Convertis ac Famulis circiter XVIII. graviter vulnerantes, adeo ut etiam unus Converterum extremum exhalaret Spiritum, quorum Cladem totus Erfordienſis Clerus miserans, illisque compatiens proxima III. sequenti Feria Generalem per Civitatem fecerunt Processionem, in qua ad Sceleris Ostensionem dicti Fratris occisi Tunica, Sanguine cruentata, pro Lamentabili vexillo deferebatur.

Hoc Anno in Septimana Pentecostes Rex Franciæ cum Uxore sua Fratribusque ipsius, cum Uxoribus suis ad Terram Sanctam cum magna Devotione iter de Parisio arripuerunt, nam in Capitulis Fratrum Prædicatorum atque Minorum, flexis Genibus ipsorum Orationibus humiliter se commendaverunt, habebant etiam in Comitatu, Romanæ Sedis Legatum cum quibusdam Episcopis, nec non Magistrum Ordinis Prædicatorum.

Eodem Anno VII. Idus Julii Albilaci Oppidum à Saxonibus expugnatum est, sed illi de Castro, ne ipsorum Adversarii ibidem tutum haberent Receptaculum ejusdem Civitatis furtivum procurarunt Incendium se satis viriliter defendentes, undecimo tandem post hæc die, Marchio veniens, dictum Oppidum obsedit, quod videntes Saxones, latenter egressi, residuum Civitatis incenderunt, dein Marchio plurimis Comitum villis vastatis incendio, X. Kalend. Augusti juxta Erphordiam Castra metatus est; indeque tertia die recedens, quoddam Castellum Henrici Militis de Baldestete in villa Husen continuo expugnando destruxit, ipsumque Castellum Dominum cum aliis XXIII. captivavit, sicque complurium Viduarum Pupillorumque Maledictionibus in Terram suam ingressus est.

Hoc etiam Anno X. Kalend. Septembris Moguntinus Archi-Episcopus Herbipoli prædicans, plures supra Sanctæ Fidei Invasores Cruce signavit, pronuntians ibidem, quod Fredericus quondam Imperator, in Longobardia quendam Religiosum Pontificem tam ignominiosè atque Crudeliter Caudæ Caballi alligari præcepit, ut ejusdem Jumenti stercore, ipsius Ori incidere, vel incidere potuissent, sicque miserabiliter destructum suspensio interire mandavit, cujus Corpus dum quidam Minorum Ordinis Fratres Sepulturæ, sicut dicitur, tradidissent, eosdem Tyrannus ille confestim vivos sepeliri mandavit.

Item Anno eodem in Thuringia sub tanta Bellorum Clade, maxima Mortalitas existit, adeò ut in quadam Rurenii villa, Gunnenstete dicta, multi brevi tempore morerentur; in alia vero quadam Villa dum Sacerdos duo Funera sepeliret, nuntiantur illi jam XI. vitam finivisse, quo audito stupefactus vix Officium complens, è villa, fuga elapsus est.

Hoc Anno in Thuringia post Bellum Principale ad Plagam cumulandam, particulares discordiæ sunt in ipsa multiplicatæ, adeò ut Ministeriales suis etiam Dominis & Nobilibus contumaciter rebellare præsumperint, nam Berengerus de Meldingen adjuncto sibi Giselhero de Tullestete cum LXX. armatis, Burgravium de Kirchberg & illos Nobiles de Lobede impugnans, dum magnam Gregum Prædam V. Kal. Octobris juxta Villam Gene dictam videnter abegisset, dictus Burgravius, in Domino confusus cum paucis insecutus est illum juxta Villam Madala, ubi viriliter cum eo committens Victoriâ adeptus est, pluribus ibidem vulneratis ipsunquæ Belli Auctorem graviter vulneratum cum aliis XX. captivavit.

Hoc Anno VIII. Kalend. Martii obiit Albertus miles Nobilis de Vipperh.

Hoc etiam Anno III. Idus Februarii dum Pincerna . . . . cooperantibus sibi Marchionis Militibus plures villas incendio vastasset . . . Comes de Glychen adjunctis sibi quibusdam Comitibus, juxta Villam Muhlhusen cum eo infeliciter conflictit, ubi dum jam dictus Henricus Comes pene victoriâ adeptus fuisset, Burgravius superveniens ipsius gaudium convertit in Luctum, nam occulto sed non injusto DEI Judicio quatuor ibi Comites G. videlicet de Revenberg cum B. Filio suo & G. de Blanckenberg cum Fratre suo H. de Swarzeberg, cum aliis XX. Militibus & suis, Captivi deducti sunt; hanc itaque Vindictam ille de Kitchberg non immerito passus creditur, qui ausu temerario Babenbergensem Episcopum Captivare non verebatur.

Hoc Anno Auctoritate Legati mutatum est Festum Dedicationis Ecclesiæ Fratrum Prædicatorum Erphordiensium, & transpositum in proximam Dominicam post Ascensionem; eodem Anno ac die dedicatum est ibidem Altare B. Virginis à L. Nuppenbergensi Episcopo.

Hoc Anno VII. Kalend. Februarii Villa Novum-Forum dicta, à Fautoribus Marchionis capta est & Incensa, qui tertiâ die iterum reversi ibidem Ecclesiam videnter intrantes spoliaverunt ac ipsum Plebanum Dominicum Corpus ferentem graviter vulneraverunt, insuper idem supradictus XI. Kal. Martii Castellum Eckenstede dictum cæperunt.

ANNO DOMINI MCCXLIX. Siffridus Archi - Episcopus Moguntinus postquam per universam Diocesim suam, omnes Præposituras ac meliores Parochias vacantes, Auctoritate Domini Papæ per Biennium sibi usurpandi recepisset, dictus Papa non his contentus apposuit adhuc ipsum sublimare, ac Legatum Germaniæ constituere, sed Terribilis DEUS in Consiliis super Filios Hominum, cujus Judicia Abyssus multa, qui humilia respicit, & alta à Longè cognoscit, hujus immensæ Dignitatis Gloriam intercidit, nam cum esset in Expeditione cum Rege, ante Curtem Regiam Ingelheim dictam cæpit infirmari, venitque Pinguam ubi VII. Idus Martii diem clausit extremum, cui Cristanus Major Præpositus Moguntinus successit.

Hoc etiam Anno in die Palmarum supradicta Regalis Curia à Rege W. viriliter expugnata est.

Hoc etiam Anno circa partes Burgundiæ in Comitibus Savoya, quidam Mons Lapidosus & altus scopulatim scissus est & corruens unius ferè Leucæ Spatium occupavit ac duo Cænobia, Nigrorum videlicet Monachorum ac Præmonstratensium cum X. Villis oppressit, occisis ut dicitur ibidem ferè mille Hominum, ipseque etiam ejusdem Terræ Comes dictam Ruinam vix effugiens, milites & servos ibidem amisit.

Hoc etiam Anno cum hi qui de parte Marchionis erant ante Erphordiam VII. Idus Septembris venissent, Cives quidam de Pauperioribus, & inermes egressi, dum, veluti Artis Bellandi ignari, Hostes propellere niterentur, XLVI. ex eis Captivi abducti sunt, quidam occisi, non pauci vulnerati.

Hoc etiam Anno V. Kal. Januarii flante Aquilonari vento, Mare minoris Oceani, tanta violentia maritimis Terris appulſum eſt, ut citra Villam Hamburc CCC. periclitata referantur, quot autem in Hollandia vel Frefia ſeu cæteris maritimis Regionibus perierint novit DEUS, qui per tales Eventus, Terrorem Hominibus incutere ſolet.

Hoc Anno Cœnobium Sanctimonialium in Regia Villa . . . . .  
. . . . . à Gunthero de Arnſperg, quia Cives hujus Villæ voluerant ſe Marchioni tradidiſſe, ſicque illa Nobilis Eccleſia . . . . . exigentibus eſt humiliata.

ANNO DOMINI MCCL. Criſtanus Moguntinus Archi-Epiſcopus in Vigilia Natalis Domini Erphordiam veniens honorificè à Clero ſuſceptus eſt, & à Civibus in Eccleſiis S. Petri & S. Severi & in Eccleſia B. Virginis, præter Lambertum ejusdem Eccleſiæ Præpoſitum, cui Clerus Erphordienſis ac totius Præpoſituræ fecerat Obedientiam, quem præterito Anno defuncto Sifrido Moguntino, D. Papa eodem inveſtiverat Beneficio, tandem hujusmodi Controverſia ſopita, dictus Præful Heinricum S. Petri Abbatem jam valetudinarium abſolvit, Volmarum ejusdem Eccleſiæ quondam Monachum, & Burſteldeniſis Abbatem ſubrogans eidem; poſt hæc Divina favente Clementia Dominici Corporis Sacramentum quod in Anni præteriti Autumno in Eccleſia B. Martini Hospitalis à quodam malefico, Furto ſublato fuerat; ac in Piſcina quadam diabolico Inſtinctu ſubmerſum, eodem malefico per Confessionem prodente, repertum eſt, quapropter dictus Pontifex XIX. convocato toto Civitatis Clero, ad Locum, ubi hoc Terrificum Sacramentum reconditum fuerat, perrexit, ac inde ſumptum ſolenni cum Proceſſione in Eccleſia B. MARIE devotè collocavit.

Hoc etiam Anno II. Kal. Martii. Marchio Miſnenſis in Mulhuſen, Provinciali præſedit Judici, ubi præſentibus multis Terræ Baronibus, Pacem firmiter atque ſtabiliter Juramento confirmavit, ſicque Terræ ejusdem Principatum licet à Friderico quondam Imperatore, nunc autem depoſito, Feſtiva Vexillorum exhibitione ſibi contraditum, violentè ac injuſtè occupavit: dein tertia die veniens Yſenacum à Duciffa Brabantia ſub nomine Tutoris iplius Filii, Nobile illud Caſtrum Wartberc cum tota Haſſia Terra ad annos X. commodatum ſuſcepit.

Hoc Anno novum Belli Genus imo doſoſæ Traditionis auditum eſt, nam cum Bremeniſis Præful & Comes Hoſſacia contra Regem Dacia Bella moverent; iplius Germanum Nomine Abel, Ducem videlicet Tuſcia ſibi quoquo modo aſſociaverunt, qui Fratri ſuo in Dolo confœderatus, dum in Regia Villa Slefvic pacificè conveniſſent, non ſicut Abel, ſed ſicut maledictus Cain Fratricida, dictum Regem in Vincula jecit, ac Navi impoſitum atque deductum non longè à Civitate in quodam Loco decollari præcepit, qui Fratrem quendam Ordinis Prædicatorum advocans, ubi melius potuit confellus, deinde Liſtorem rogavit, ut ſe primum membratim truncaret ac ſic decollaret, quod factum eſt; Corpus iplius armis involutum fluvio immerferunt V. Idus Auguſti, poſt hæc Nutu DEI idem Corpus quaſitum & inventum in prædicta Civitate in Eccleſia Fratrum Prædicatorum honorificè ſepultum eſt.

Hoc Anno pernicioſa diſcordia inter Regnum & Sacerdotium jam XIII. annis habita, ex parte fuit ſedata, nam Fridericus quondam Imperator; Idibus Decembris in Sicilia eſt defunctus, ac in Palerma ſepultus.

Hoc Anno cunctis ab Exercitu Fidelium in Damiata ut ſibi videbatur diſpoſitis, fecerat enim Rex Francia in illa Epiſcopatum, Præbendas & Canonicos ob Cultum Divinum, ſed quia nemo poteſt Dominis ſervire diverſis DEO ſcilicet & Carni, nam Rex Francia inani Gloria Elatus ſolus excluſis cæteris Peregrinis, Bellorum Victoriæ ſibi ſuiſque voluerat adſcribi, nec Pugnantium Prædam æqualiter diſpartiri, quapropter dum in quarta Feria poſt Octavam Paſchæ Exercitus Domini cum Sarraceniſ fiducialiter committeret, occulto DEI Judiciio victus eſt, capto Rege Francia, & occiſo quoque Fratre iplius Ruberto, ac ſicut narravit Eberhardus Magiſter Alamannia Fratrum Domus Teutonia, qui huic præſens interfuit conflictui, cæſis XXXVI. Millibus & XV. millibus captivatis, dixit inſuper IIII. millia ad Perſidos propter Victus penuriam

riam transfugisse per Apostasiam, sic itaque reddita Damiata, Rex centum millibus Millionum suam redemit Captivitatem, addens insuper Fide data, se non amplius suis diebus Sarracenos impugnaturum.

ANNO DOMINI MCCLI. Dominus Papa comperta Friderici quondam Imperatoris morte, de Regni Negotiis diligenter deliberans quendam H. Cardinalem Ordinis Fratrum Prædicatorum de suo Latere Legatum misit in Alamanniam ad Wilhelmi Regis confirmationem, qui veniens Moguntiam ejus Ecclesie Præsulem Cristanum, Cessionem à Papa noviter petentem, deposuit, assignans eidem per totam Moguntinam Diocesim in qualibet Ecclesia Conventuali præbendam, subrogando nihilominus ipsi Gerhardum Sylvestris Comitis Filium.

Hoc etiam Anno sicut olim contigit circa Tempora Salvatoris, ut tangitur in Actibus Apostolorum de Theoda Mago falso . . . qui magno Judæorum Exercitu ad Jordanem congregato inani spe promisit illos post triduum se per Jordanem sicco Vestigio transducturum, quem Præses Syriæ insecutus ibidem cum multis interimitur.

Hoc Anno IIII. Idus Septembris Erphordie magnum fuit Incendium à Novo-Opere usque ad Hospitale.

Hoc Anno in Jejuniis Autumnali solennes celebrati sunt Ordines Erfordie in Ecclesia S. Petri ab Heinrico Hildesheimensi Episcopo.

Hoc Anno IIII. Kal. Januarii Regia Villa Eschenewege fuit expugnata à Duce Brunswicense expulsi his de Monte, qui Dominarum Claustrum incastellaverant, Turrim unam cum Ecclesia præter Sanctuarium destruentes, earumque Lapidem ad munimen Civitatis distrahentes.

ANNO DOMINI MCCLII. Willelmus Rex Consilio & Auxilio Legati, ut creditur, Filiam Ducis Brunswicensis duxit Uxorem, cum igitur ipsas Nuptias VIII. Kal. Februarii, in quo B. Pauli Conversio contingit . . . . . fortuito candelæ casu ipsa Thalami Caminata fuit incensa, multoque ibidem apparatu Regio vel Ornatu consumpto, Sponsus cum Sponsa, Domino auxiliante, qui nudi Periculum mortis vix evaserunt, his denique Nuptiis dictus Legatus ac Magontinus Electus cum quibusdam aliis Episcopis interfuerunt, sicque Rex magnum hujus Terræ Principum sibi conquistavit Favorem.

Hoc Anno Magontinæ Sedis Electus in Dominica *Exurge* Erphordiam veniens ab hujus Civitatis Clero honorificè susceptus est, qui ibidem Jejuniis Vernali Diaconatum & Sabbatho Sacerdotium adeptus, Prædecessorum suorum Sententiam in Marchionem Mynensem, & Brabantia Ducissam pro Feudis ex Obitu H. Regis Episcopatu solutis, & à jam dictis injuriosè detentis promulgatam confirmavit, omnes Civitates & Villas ipsorum Jurisdictioni per Hassiam atque Thuringiam subjectas sub interdicto ponens, qui postea vocatus à Legato Megdebure pervenit, ac dein Brunswic cum Rege veniens, in die Palmarum ab Eboracense Archi-Episcopo in Pontificalem sublimatus est Auctoritatem, ubi & sequenti die Rex W. à Marchione Brandenburgense ac Duce Saxonie cæterisque hujus Terræ Magnatibus in Romanum sollemniter Electus est Principem, eodemque Tempore Cives Goslarienses fecerunt similiter, itaque præfatus Rex W. de die in diem tam coram Domino, quam coram Hominibus crescens, in die Parasceves magnum Devotionis & Humilitatis præbuit Exemplum, ita ut per Civitatem supradictam Brunswicensem Laneus ac nudis incedens pedibus Sanctorum visitaret Ecclesias, largasque erogaret Eleemosynas, multa denique de eo prædicabantur virtutum Insignia, nam Pacis Amator justus atque districtus Judex, moribus maturus, pius ac mitis apparebat & humilis: quapropter cooperante sibi DEI Gratia per Romanæ Sedis Legatum, omnium ferè Principum sibi conciliavit Favorem, excepto Duce Bavariæ, qui Genero suo C. Filio quondam Imperatoris, in sui Honoris ac Ditionis Periculum pertinaciter adherebat, Rex etiam Boemie pretiosis atque Regalibus . . . . . in signum Electionis ipsum honoravit; post hæc jam sæpe dictus Rex W. in Septimana post *Abbas* Merseburc venit, ubi Megdenburgensis Archi-

chi-Epiſcopus & Marchio Miſnenſis, manus ei dantes, ſua ab ipſo Feuda receperunt. Poſt hæc ſollennem Rex induxit Curiam Kalendis Julii Frankenewurt celebrandam, in qua tamen, eodem ferè Tempore defunctum ſuum graviter Lugebat Socerum: eidem itaque Curia iſti Principes interfuiſſe referuntur, Epiſcopi Maguntinus & Colonienſis, & Leodienſis, Spirenſis, Argentinus; Dux Brunſwicenſis Imperatoris defuncti Filius, præter Abbates plures & Comites & Barones, ubi Rex Ducem Bavarie Sententia Proſcriptionis innodaſſet, ſed per quosdam interceptum non fuiſſet.

Hoc etiam Anno pridie Kalendas Julii Abel Rex Daciae juſto DEI Judicio à Friſonibus occiſus eſt, qui non ſolum Germanum Fratrem, ſed multos Lubecenſium Civium noviter in Dolo peremerat.

Hoc Anno III. Non. Novembris obiit in Argentina Magiſter Ordinis Fratrum Prædicatorum Frater Joannes Epiſcopus.

Hoc Anno Erfordiae inſtaurata & autentica fuit ab Electo Moguntino Eccleſia ſuper Piſcinam ſita, in qua Dominicum Corpus inventum fuerat & assignata duobus Clericis ad procurandum ibidem Obſequium Divinum.

Hoc etiam Anno Moguntinus à Clero ſuo Viceſimam exegit.

Hoc Anno XVIII. Kalend. Aprilis, quidam Viri militares ac præſumptuoſi contra Regiam villam Muhlhuſen conſpirantes, quosdam Armatos Curribus impositos occultè circa Solis Ortum eidem villæ inducendos procuraverunt, Annonam ſuper ſe poſitam oſtendentes, quibus ingreſſis ipſas Civitatis Portas tamdiu nitentur occupare, donec ipſorum complices introiſſent, quod ut Cives percautè cognoverunt, ſonantibus Campanis ad Arma conclamabant, & viriliter ſe defendentes XIII. ex Adverſariis trucidabant, eosdem in una Folla ſimul ſubterrantes pluresque ex aliis in Fuga vulnerantes.

Hoc Anno infra Sexageſimam Soror Margareta, Regis Heinrici, Filii Friderici Imperatoris Relicta, relicto Summo Sponſo ſuo JESU CHRISTO, quem in Facie Eccleſiæ publico voto emiſſo, habituque Religionis aſſumpto fideliter elegerat, Filio Regis Boemiae F. Duci videlicet Austriae nupſit, cum tamen affinitate forent conjuncti.

Hoc etiam Anno Marchio Miſnenſis Thuringiam veniens VII. Kal. Septembris in Mittelhuſen, Provinciali præſedit Judicio, Pacemque cum Terræ Baronibus confirmavit, dein tertia die . . . . . Caſtrum obſedit, ac in deditionem ſuſcepit, ipſiusque Caſtri Dominum captivum abducens.

Hoc Anno in Cæna Domini ſunt inventæ Reliquiæ B. Wichberti Abbatis, ac poſtea in Vigiliis B. Joannis Baptiſtæ Auctoritate D. Legati atque Maguntini ſub Translationis titulo, eadem Translatio Populo ſollenniter eſt manifeſtata.

Eodem Anno III. Kal. Octobris obiit Frater Helwicus Lector Minorum Fratrum,

ANNO DOMINI MCCLIII. dum ſupradictus Legatus pro quodam Theloneo ferè per Annum Excommunicationis Sententia Moguntinum innodaſſet, ac illius Sententiam contra Marchionem latam caſſaſſet citra Paſcha Reconciliati ſunt.

Hoc etiam Anno Non. Aprilis obiit Wildebrandus Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus.

Hoc etiam Anno Christianus Moguntinus Archi-Epiſcopus Hoſpitaliorum Ordini ſe tradidit.

Hoc etiam Anno Moguntinus cuidam Theodorico Epiſcopo de Minorum Fratrum Ordine vices ſuas in Thuringia commiſit, qui Erphordiae Septimana Pentecoſtes, Ordines celebravit, ac in Feſto Apoſtolorum ad Fratres Prædicatores Sacras Virgines velavit.

Hoc Anno Flandrenſis Comitissa coadunato Copioſo Exercitu Francorum atque Flandrenſium, ſcilicet CL. millium Pugnatorum direxit contra Regem Willhelmum, qui III. Nonis Julii Navigio ex mari velut Locuſtæ prodeuntes ſuo Infortunio ad Ter-

ram Zelandiam venerunt ac ipſorum aliqui quandam villam vaſtabant Incendiis & Rapinis, quibus Frater Regis Florentius cum Ipſius Conſanguineo dicto . . . qui eodem die dictum F. Gladio accinxerat militari potenter accurrens, poſt multos & diverſos Conſictus, contra eos victorioſum obtinuit Triumphum, ita quod de tanta multitudine nullus evaderet, innumeris in Mari ſubmerſis, ac quibusdam ad V. trucidatis, inter quos Guidonem Flandriæ Comitem, Johannem Fratrem ipſius, Comitem Barenſem & Fratrem ejus Comitem de Gines & quam plurimos Nobiliores Flandriæ, nec non Burgenſes ditiffimos Captivos, Rex duris mancipari mandavit Vinculis, magnam inſuper Plebis multitudinem Regia Liberalitate, Terræ ſuæ miſericorditer remiſit: ſunt autem in eodem Bello, quæ in Potestatem Regis conceſſerunt, ex Scyphis & Scutellis argenteis CCC. Marcarum æſtimata, præter Naves.

Hoc Anno in Oppido Miſnenſi, quoddam valde commendabile contigit Miraculum, nam Plebanus dictæ Villæ dum ad viſitandum in Vicinia inſirmum cum Corpore Domini de Eccleſia procederet, comitante Populo, Aſinus quidam ad viam depaſcens inter plures more ſolito ſtabat, qui Populo ſpectante atque Genuculante, velut Animal Rationale toto Corpore proſtratus ſuum venerabatur Creatorem, & ne Caſus hic etiam non miraculoſè contigiſſe videatur, in reverſione Sacerdotis idem Factum protinus iteravit: hujus rei Teſtes ipſum Factum videntes ſunt Abbas Cellenſis, Lector Fratrum Prædicatorum in Uriberc & Magiſter Chriſtophorus Proto-Notarius.


Hoc Anno III. Idus Aprilis obiit Fridericus dictus de Tuna.

Eodem Anno Theodoricus dictus Epiſcopus III. Idus Julii in Clauiſtro B. MARIE V. Capellam, ſequentique die cum ſollenni Proceſſione Cleri juxta Fontem, in quo Domini-cum Corpus fuerat inventum, ad Eccleſiam conſtruendam primarium poſuit Lapidem.

Hoc Anno III. Non. Octobris dedicata eſt Baſilica B. Virginis Erphordix ab Epiſcopo Theodorico tribus aliis Epiſcopis cooperantibus, quorum unus erat de Ordine Ciſterciensium, alter de Ordine Minorum, tertius de Ordine Domus Teutonicæ.

Eodem Anno Chriſtanus Mogontinus quondam Epiſcopus, Pariſiis deſunctus eſt, ac in Domo Hoſpitaliorum ſepultus.

ANNO DOMINI MCCLIII. Illam periculoſam Diſcordiam inter Epiſcopum Ratiſponenſem & Baviaræ Ducem Divina volens Clementia conſopire, cuidam Viro plebejo mandavit, ut eidem Duci conſtanter intimaret, quod ſi cum dicto Epiſcopo infra Octavum Diem non componeret, mortis diſcrimen non evaderet, quod vir ille dum intrepidus dicto Duci enarraſſet, & ille hæc Verba quaſi deliramenta ridendo parvi pendiſſet, præfato die idem Tyrannus in ſuo ſtratu quieſceret ſecurus, Divinæ Sententiæ Vindicta contactus, Voce Terribili Clamans, expiravit.



## IX.

## CHARTARIUM REINHARTSBORNENSE.

## I.

*Diploma Heinrici IV. Imp. quo Foundationem & Privilegia Reinhartsbornenſis Cœnobii confirmat.*

An. 1086. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HEINRICUS, Divinâ Clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus tam præſentibus quàm futuri Temporis Fidelibus notum eſſe volumus, quod in Regno noſtro Regulare quoddam Monasterium ſitum eſt in Confinio Loibæ Silvæ Reginherisbrunno nuncupatum, in honore Sanctæ DEI Genitricis & Virginis MARIE, Sanctique Joannis Evangelix conſtru-

fructum honorificè à LUDOVICO, Religioso Comite, ejusque Coniuge ADELHEIDA prima ob spem & præmium vitæ æternæ, ob remissionem omnium peccatorum, ob salutem corporum, & sempiternam Requiem Animarum, ob Memoriam quotidianam sui suorumque omnium, Regum quoque & Episcoporum, Principum & omnium ejusdem Loci statum & honorem diligentium & defendentium, Cunctorumque CHRISTI Fidelium, & ut cunctis CHRISTI Pauperibus Beneficium illuc semper pro posse patefiat Receptaculum. Igitur ex propriis Prædiorum Impensis, Idem Monasterium Centum Quinquaginta Mansis inde circumquaque adjacentibus cum Mancipiis utriusque Sexûs quamplurimis dotando ditavit, prænominata Coniuge, ipsius Filiis & Filiabus in hoc sibi omninò consentaneis, & ne unquam à Posteris suis DEI Servitium deinceps illic deserui possit, constituit, eandem Cellam cum omnibus suis pertinentiis, non subdi, nec subesse jugo alicujus terrenæ Personæ vel Potestatis, sed Liberam à Nobis Sanctæ Romanæ adscribi Ecclesiæ, Sanctorumque Petri & Pauli habere Gubernationem, nec non Romani Pontificis Defensionem, Romæ quoque per quintennium Lateranensi Palatio ad Luminaria concinnanda, decem solidos persolvere, sicque eam totius Libertatis Jure & Privilegio adaugens omni Proprietate & Servitio, cum Coniuge, Filiis & Filiabus omninò & fideliter abdicavit, & Abbati Gisilberto ejusque Successoribus in dispositionem Liberam Fratibus DEO sub Regula Monastica inibi servientibus contradidit ad utilitatem: Adhæc etiam, ut Fratres Cœnobii ipsius nunc inibi congregati, & adhuc in CHRISTO congregandi, tutius ac liberius Domino DEO servire possint, hujusmodi eos Libertatis Munere donavit, ut quodocunque Patre suo spirituali orbatifuerint, ipsi habeant liberam Potestatem secundum Regulam Sancti Benedicti inter se, & undecunque opus fuerit, Abbatem sui Ordinis sibi non solum eligendi, sed etiam constituendi, Advocati tutela quando & ipsa videtur eis necessaria, prædictus Comes sicut ab eisdem Fratribus est electus Advocatus, quamdiu vixerit, permanebit, & ex Posteris ejus, qui idoneus huic Dignitati fuerit; nullus tamen unquam Advocatus esse præsumat, nisi quem Fratres Communi Consilio providerint eligendum, Qui si illorum & Monasterii per omnia studeat Commoditatibus, diligatur ab omnibus. Sin autem Avarus, nec illorum commoda, sed sua quærens Lucra, habeant Potestatem alium sibi eligere, & hunc ex Auctoritate Petri & Pauli reprobare: hic itaque Abbate petente à Rege accipiat Bannum legitimum, & ter in Anno, si necesse fuerit, ubicunque vel quando Abbati placuerit invitatus ab illo veniat, & ibi Placitum justum pro necessitatibus & causis Monasterii ritè peragat, nullum verò aliud Servitium, Jus aut Beneficium sibi per hoc concedi cognoscat, nisi tertium Bannum & consuetudinariam Justitiam videlicet super Fures, Proterviam & cætera talia, magisque inde, quod præcipuum est, æternam Omnipotentiam DEI speret Retributionem, nullo modo nisi Abbate volente & advocante Bona & Loca Monasterii suis Frequentiis temerariis & sine causa adeat vel attingat, nec præsumptuosus in eis Placitum quodlibet vel pernoctandi Licentiam habeat, nec Sub-Advocatum pro se faciat nec omnino aliquam calumniam seu persuasionem Monasterio aut Familiæ faciat. Nos quoque petitioni præfati Comitis & Abbatis Gisilberti, qui nunc eidem Cellæ Reginherisbrunn præest, annuentes, firmiter statuimus, quodsi quispiam Posterorum suorum, vel quacumque homo personarum unam vineam, unum Mansum, vel saltem unum Mancipium sive tale aliquid à supradicta Cella temerarius injustè abstulerit, Regiâ Auctoritate coactus tria Auri Talenta ad Ærarium nostrum persolvat, primitus reddito Ecclesiæ, quod invaserat; si verò quilibet eorum (quod absit) Curtim vel aliquam villam inde idem violentus quocunque ingenio abalienaverit, vel hoc Testamentum pervertere vel infringere attemptaverit, decem Auri Libras ad Regiam Idem persolvat Cameram, primitus reddito, quod ablatum fuerat. Super hæc omnia Comes sæpe dictus Apostolicum Privilegium acquisivit, ut Libertatis istius & Traditionis Statuta tanto firmiora permaneant. Ut autem prædictæ Traditionis & Libertatis status & omnia prædicta statuta eâ Ratione, quâ DEO & Sanctis ejus destinata sint, ab hac die & omni ævo in CHRISTO Rata & inconvulsa permaneant, hanc chartam Testamentariam, prædicti Comitis, Abbatisque Rogatu inde conscribi, manuque propriâ corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

HUNBERTUS Cancellarius, Vice RUDHARDI Archi-Cancellarii Recognovi. Data V. Idus August. Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVI. Indiçt. XII. Anno Domini HENRICI III. Imperat. Imperii VI. Regni autem XXIII. Actum MAGONTIÆ in CHRISTO feliciter. Amen.

## II.

*Præceptum ejusdem Henrici Imperatoris, quo Traditionem quorundam Bonorum Cœnobio Reinhartsbornensi factam confirmat.*

An. 1089. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus omnibus Fidelibus præsentis Temporis & futuri Notum esse volumus, qualiter Vir quidam Liber, RUPERTUS Nomine, Curtim ad XX. Mansos dinumeratam, in villa quæ Topfstet dicitur, Hereditario Jure possidens, pro dote dedit cuidam GISLÆ, quam Uxorem acceperat, eoque defuncto, Viduam illam duxit RUTHARDUS Vir æquè Liber, quo Jerosolimam tendente, prædicta Gisela coadunata manu, & voluntate Viri sui, pro Remedio Animæ suæ, & utriusque Mariti, tradidit Curtim prænominatam, solempni Delegatione sub multorum Audientia Generalis Placiti in Colle Trecheberg, ad Monasterium Reinhartsborn dictum, in confinio Loibæ Silvæ situm, in Honore B. Mariæ, Sanctique Joannis Evangelistæ constructum, quam Curtim cum Capella, quæ illic est, ceterisque omnibus appenditiis, hoc est areis, agris, Domibus, Ædificiis, Mancipiis, pratis pascuis, vineis, pomeriis, aquis, aquarumque Decursibus, Piscationibus, Molendinis, viis & inviis exitibus & redditibus, cum omni Utilitate quæ quocumque modo nominari possit; nos petitione GISILBERTI Venerabilis Abbatis, nec non Ludovici Comitis interventione, Regia Auctoritate prædicto Monasterio Reinhartsborn, stabilitam esse, perpetualiter ac liberè sine alicujus infestatione possidendam voluimus, hoc Imperiali censura statuentes, ut nullus omninò Hominum audeat quippiam temerè de hac, seu per violentiam auferre, minuere vel retinere, sed soli Abbati ejusque Successoribus & Monachis, quorum victui destinata est, uti, possidere, dare, commutare potestativè in sempiternum liceat, quo tutius ac liberius pro Imperio, ac totius Regni statu DEO & Sanctis ejus supplicare valeant, & ut hæc nostræ Donationis Auctoritas, nunc & in futuro firma & inconvulsa permaneat, hoc præceptum inde conscribi & Sigilli nostri Impressionem signari jussimus. Datum IV. Nonas Januarii Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIX. Indiæ. XII. Anno Domini HENRICI Regni ejus XXXIII. Actum BAMBERG.

## III.

*Privilegium Urbani II. Pont. Max. Quo Cœnobium Reinhartsbornense sub Protectione Apostolicæ Sedis recipit.*

An. 1092. **U**RBANUS Episcopus Servus Servorum DEI Dilecto in CHRISTO Filio GISILBERTO Abbati Venerabilis Monasterii Sanctæ DEI Genitricis & Virginis Mariæ, Sanctique Joannis Evangelistæ, quod in Loco situm est, quod *Reinhartsborn* dicitur, ejusque Successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Justis votis assensum prebere, justisque petitionibus aures accommodare Nos convenit, qui licet indigni justitiæ Custodes atque Precones in Exelsa Apostolorum Principum Petri & Pauli specula positi, Domino disponente videmur existere: Tuis igitur Fili in CHRISTO Venerabilis atque Carissime, justis Petitionibus annuentes, Monasterium in Reinhartsborn, cui Auctore DEO Præsides, ad honorem Sanctæ DEI Genitricis & Virginis Mariæ, Sanctique Joannis Evangelistæ, quorum Nomini dedicatum est, sub tutela Sedis Apostolicæ specialiter conservandum, protegendumque suscipimus: quod nimirum Monasterium LUDWIGUS Comes, infra Silvam, quæ vocatur Loiba, propriis sumptibus ædificans, & propriarum Possessionum collatione ditans, pro Animæ suæ, ac Parentum suorum salute, Beatis Apostolis Petro & Paulo, noscitur obtulisse, & in Romani Pontificis defensionem, Jure perpetuo delegasse; ejus ergo votum assertionis nostræ Favore firmantes, per hujus nostri Privilegii Paginam Apostolica Auctoritate statuimus, ut quicquid idem Religiosus Comes in Mancipiis, in Campis, Silvis, Pratis, aquis, aquarumve decursibus, in molendinis, & mansis, circa Silvam Loibæ prædictam, præfato Cœnobio con-

contulit, quicquid preterea hodie justè possidet, sive in crastinum, concessione Pontificis, Liberalitate Principum, vel Oblatione Fidelium justè atque canonicè poterit adipisci, firma Tibi, tuisque Successoribus, & illibata permaneant: decernimus ergo, ut Nulli omninò hominum liceat idem Cœnobium temerè perturbare, aut ei subditas Possessiones auferre vel ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salvo Episcoporum Jure Canonico: sanè prædictum Comitem, vestri Cœnobii Advocatum, sicut à vobis est electus, permanere quamdiu vixerit, ejusque Posteris, si idonei fuerint statuentes, de cetero sancimus, ut Nullus unquam vestri Monasterii Advocatus esse præsumat, nisi quem Fratres communi Consensu providerint eligendum: ad Indiciam autem perceptam hujus à Romana Ecclesia Libertatis, secundum jam dicti Comitis Constitutionem, per Annos singulos, duos Monetæ vestræ solidos Lateranensi Palatio persolvatis: si quis autem in crastinum Archi-Episcopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vice-Comes, Judex aut Persona quælibet, potens aut Impotens, hujus nostri Privilegii Paginam sciens contra eam temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, cum Honoris sui & Officii periculo subjacere decernimus, & à CHRISTI atque Ecclesiæ corpore Auctoritate Potestatis Apostolicæ segregamus; conservantibus autem, Pax à DEO & Misericordia præsentibus, & futuris Seculis conservetur, Amen. Data ANAGNIÆ per Manus JOANNIS S. R. Ecclesiæ Diaconi Cardinalis X. Kal. April. Indiçt. XV. Anno Dominicæ Incarnationis MXCII. Pontificatus autem Domini URBANI Papæ II. quinto.

## IV.

*Henrici IV. Regis Præceptum, quo Prædium quoddam Reinhartsbornensi Cœnobio donat.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Divina annuente Clementiâ HEIN-  
RICUS, Romanorum Imperator Augustus, omnium Fidelium tam præsentium, An. 1103.  
quàm futurorum notitiæ commendamus, qualiter Nos LUDOVICO Comite supplicante, Prædium unum, quod vulgari linguâ dicitur Bivang, infra Marcham Villæ Mechtirstedt situm, primitus illic comprehensum ab Ernesto Reginherisbrunnensis Cœnobii Abbate, seu Licentia Comitum, quorum Comitatu subjacet, seu Justitia Civium illic habitantium, seu hæreditario Jure ceterarum inibi possessionum suarum, eidem Loco Reginherisbrunnon Regiâ nostrâ Auctoritate concedentes, stabilitum liberè ad perfruendum fecimus, quod his Lachis concluditur à Loco, qui dicitur Crummilbachesheibit juxta Hurfulgerichart usque ad Steinintrüne, inde per Summitatem Montis illius juxta Occidentalem Partem alterius Montis, qui vocatur Nutich in Fischbach, perque descensum Rivi nominati, usque quo se colligit in Emisam, idemque per decursum ipsius Emisæ usque ad Radices Montis Putars, hinc sursum ad Wichachesheibit, hinc per vallem Habichisdal usque ad Locum, qui dicitur Phanna, deinde ad Racisrot in Sultzbach, inde super Humibuhel juxta Tierbocum in Crummilbach, hinc sursum ad suprâ dictum Locum Crummilbachesheibit cumque his terminis cingitur Villula scilicet Meginboldesfelden cum omnibus suis appendiciis, hoc est, Areis, Pratis, Pascuis, Sylvis, Venationibus, Piscationibus, Viis & Inviis, Cultis & Incultis, Aquis Aquarumve decursibus, redditibus & exitibus, quæsitis & inquirendis, cum omnibus utilitatibus ad hæc pertinentibus, his Imperialibus Edictis prædictum Cœnobium possidere perpetuo Proprietatis Jure absque ullius infestatione vel direptione volumus, jubemus, sancimus, ob interventum scilicet Beatæ & Gloriosæ semperque Virginis DEI Genitricis MARIÆ, Sanctique Johannis Apostoli & Evangelistæ, cunctorumque Sanctorum, quorum illic honor & memoria percelebratur; & ut hæc nostræ Concessionis Auctoritas magis ab omnibus semper credatur, stabilisque jugiter & inconvulsa perduret, Cyrographum hoc inde in testimonium conscriptum, manûque propriâ corroboratum Sigilli nostri Impressionem signari iussimus. Data VI. Kal. Octobr. Anno ab Incarnatione Domini MCIII. Indictione XI. Anno Domini HENRICI Regni XLVII. Actum Moguntia felicitè.

## V.

*Traditio Ruthardi Archi-Episcopi Moguntini.*

An. 1105. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. RUTHARDUS DEI Gratia Maguntinus Archi-Episcopus. Quoniam Apostolica exhortatione, Misericordiæ Operibus studere jubemur, ad omnes, maximè autem ad Domesticos Fidei; notum esse volumus omnibus tam præsentis quàm futuri Temporis Fidelibus, qualiter Nos LUDOVICO Comite interveniente, compassi inopiæ indigentium Monachorum, DEO devotè famulantium in Monasterio, quod dicitur Reinartsborn, sub ipso nostro Episcopo, in suæ Proprietatis Gleba, juxta Loibam Silvam ædificato, ob Respectum Divini Amoris & Sanctæ MARIE perpetuæ Virginis, Sanctique Joannis Evangelistæ quorum Nomini dedicatum est, nec non pro Gratia & Voluntate Domini nostri PASCHALIS Romanæ Sedis Pontificis, qui Nos super hoc deprecari dignatus est, eo quod ipsius Tutelæ specialiter confovendus Locus ille subjaceat, tradidimus prænominatis Monachis ad Supplementum Victûs sui, omnium Dominicalium suorum cunctorumque sibi adhaerentem Decimationem quam DEO & Nobis primitiùs recognoverunt, & ex eadem Decimatione de unoquoque Dominicali suo, id quod vulgari Lingua dicitur Gevimutte pro Antiqua Turingorum Justitia reddant eis, quibus hoc Jure debetur; hanc autem Traditionem firmam & inconvulsam cunctis permanendam Temporibus, Rogante ERNESTO Venerabili Abbate, Banno DEI & nostro, prædicto Monasterio quiete in sempiternum & potestativè perfruendum firmavimus, eamque Scripto hoc Memoriam commendantes, Sigilli nostri Impressione signavimus, ut si quis fortè imposterum, quod absit, irritam facere præsumperit hujus Nostri Privilegii Auctoritate, Divinæ Majestatis Reus & Banni nostri Anathemate perpetuo, nisi resipiscat, dampnatus facilè convincatur. Dat. II. Kal. Maii Anno Incarnationis Dominicæ MCV. Indiçt. XIII. Actum ERFFURT.

## VI.

*Ejusdem Rutardi Archi-Episcopi Concambium.*

An. 1108. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. RUTHARDUS DEI Gratia Moguntienſis Archi-Episcopus, universorum Fidelium, præsentium & futurorum Notitiæ commendamus, & intimamus, qualiter Nos, pro adipiscendo Consortio Laboris & Orationis Monachorum, die Noctûque DEI Servitio devotè insistentium, in Monasterio, quod dicitur Reginherisbrunno, juxta Loybam Silvam situm, constructum in honore S. DEI Genitricis & Virginis MARIE, Sanctique Johannis Apostoli & Evangelistæ, eorundem Fratrum Spiritualis Patri & Abbati ERNESTO Venerabili, pro Pecunia & Curti una, quam in nostram Potestatem idem Abbas contradidit, Curtim aliam in Erphesfurt, super Ripam Gerahæ propè Pontem, qui dicitur Liepvinisbrucha, eâ Libertate & justitiâ concessimus, quâ unicuique Libero Viro quævis Curtis ibidem perfruenda conceditur: scilicet ut tres solidos pro censu, Villico villæ illius, ad usum Ministerii nostri, quotannis ad Missam S. Martini persolvat, & de cætero quicquid sui commodi ex ea ædificando, præstando, mercando, inhabitando consequi valuerit, liberam potestatem in sempiternum habeat. Et quia indignum & incongruum omninò videretur, ut, quod Sæcularibus Viris, cujuscunque Nationis aut Conditionis, si, ut in illa villa de hac re conceditur, hoc Spiritualibus & Ecclesiasticis Viris denegaretur, hujus nostræ Devotionis concessionem Monasterio supra dicto, Monachis, præsentis Abbati, sibi que succedendis, in perpetuum firmam & inconvulsam cunctis permanere temporibus decernimus: ut & verius ab omnibus semper credatur, Scripto hoc Memoriam eam commendantes, Sigilli nostri Impressione signari jussimus, si quis autem in futurum, quod absit, hæc nostra Statuta irrita facere præsumperit, hujus nostri Privilegii & Episcopalis Officii Auctoritate Anathematis & Banni Vinculis sit innodatus, & æternâ, nisi resipiscat, sit

ſiè Maledictione Damnatus. Data Anno Dominicæ Incarnationis MCVIII. Indi-  
ctione II. Actum HELINGSTAT.

## VII.

*Reinfridi Donatio Villæ Ditenborn.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Divina favente Clementia, ſi quis An. 1109.  
DEO ſuisque ſervientibus aliquod de Rebus ſuis adjutorium impendere ſtuduerit  
Domino devotus id ſuæ Felicitati ſuæque Animæ ſaluti prodeſſe minimè dubitamus;  
Quapropter Notum ſit omnibus CHRISTI Fidelibus qualiter Ego REINFRIDUS pro  
Amore DEI & ob Reſpectum Divinæ Retributionis, & pro Anima Uxoris meæ WI-  
GELÆ, omniumque Dilectorum meorum Vivorum ac Defunctorum præcipuè eorum,  
quorum hic Nomina ſcripta videntur. Walpurgæ. Gotescalci. Ludegeri. Wendelæ.  
Berchtæ. Eſichi. Adelgeri. Criſtani. Sinchildis. Tradidi ad Monasterium Sanctæ  
DEI Genitricis MARIE, Sanctique Joannis Evangeliftæ, quod ſitum eſt in Loco  
Reinhartsborn, de propria mea Hereditate villam Dittenborn cum Capella ibidem  
conſtrncta, ſuisque appenditiis, cumque omnibus Rebus ad eundem Locum perti-  
nentibus, Mancipiis liquidem utriusque ſexus Hadewardo, Humberto cum Filiabus  
ac Filiis, Campis, Silvis, Pratis, Aquis, Exitibus atque Aditibus; Filia mea WAL-  
PURGA, ejusque Marito cum Filiis ſuis HERMANNO, HENRICO, aſſenſum devotè præ-  
bentibus: dedi etiam ad præſatum Locum ſcilicet Dittenborn, Prædium quod me  
Hereditario contingit in villa Bergeriden & in alia Struffart cum Mancipiis & alia-  
rum rerum utilitatibus ad id pertinentibus ea Conditione, quatenus à prædicti Loci  
id eſt Reinartsbornenſis Abbate ejusque Fratribus ſecundum quod poſſibilitas per-  
mittit Monaftericæ Vitæ Veſtigia ſerventur: placuit autem adhuc me vivente ipſius  
Loci Advocatum nullum præter me exiſtere, ac poſt in Abbatis Fratrumque, quem  
voluerint, ſit Potestate Eligere: deprecor autem & conteſtor per DEUM ejusque  
piſſimam Genitricem, cujus Honori & Nomini iſdem Locus adtitulatur, omnesque  
Sanctos ejus, ut nec Parentum noſtrorum, nec cujuſlibet Terrenæ Potestatis Jugo  
ſubjiciatur, ſed præſatæ Reinartsbornenſi Eccleſiæ ab omnibus liberè reſcribatur;  
ita tamen ut res quæ à Nobis Domino illic ſervientibus collatæ fuerint in præſenti,  
ſive in poſterum, non Abbas, non Advocatus, non Perſona qualibet potens diſtrahat,  
non alicui beneficiet, ſed ut dictum eſt, Fratribus DEO ſervientibus illaſa perma-  
neat; hujus Traditionis ſunt Teſtes Dominus Hermannus de Gota; Anſhel & Fra-  
ter ejus Huc de Sunthuſen. Richard de Eſchenberg. Magdalos & Helmbold de Ails-  
leben. Bruman de Wartza, Wimar de Bernſter. Wizel & Ortuwin Filius ejus.  
Adelbero de Lina, Sigibreht de Thanfort.

Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCIX. Indictione II. VI. Idus  
Septembr. Pontificatus Domini PASCHALIS Papæ II. Anno Decimo, Regni verò  
Quinti HEINRICI Regis, Quinto. Sub Archi-Præſule Moguntino ADELBERTO,  
Reinartsbornenſi autem Domino ERNESTO Abbate.

## VIII.

*Charta Ludovici Comitis, qua Reinartsbornenſi Cœno-  
bio Eccleſiam Sangersbuſen confert.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Omnibus in Unitate Fidei viventibus, An. 1110.  
CHRISTIque Miſericordiam præſtolantibus Notum ſit, quod Comes LUDOWI-  
cus cum Nepote ſuo CONRADO, Comitis ſcilicet BERNGERI Filio, unà cum uxore  
ejusdem Domini Ludowici ADILHEIDA, ac Filiis eorundem, HERMANNO, LUDO-  
WICO, HENRICO, CONRADO, Dominæque BERCHTRADA, Comitis Conradi Matre,  
ob Amorem Domini & Salvatoris Noſtri JESU CHRISTI tradiderunt Monasterio  
Sanctiſſimæ DEI Genitricis MARIE Sanctique Johannis Evangeliftæ in Reinheris-  
bronno, Eccleſiam cum omnibus ſuis appenditiis in villa, quæ dicitur Sangershu-  
ſen conſtructam, eâ videlicet Conditione, quatinus pro ſe ſuisque Debitoribus vivis  
E e 2 & de-

& defunctis omnibus, nec non & pro Parentibus suis in eodem Loco Sangerhusen sepultis, Orationes sedulo Domino dirigantur, utque secundum quod possibilitas & ordinatio dictaverit Abbatis, jugè DEI Servitium à Monachis secundum Regulam S. Benedicti viventibus ibidem frequentetur, ita tamen, ut Res, quæ nunc in præsentem collatæ videntur, sive in posterum oblatione Fidelium conferuntur, non Abbas, non Advocatus, non Persona quælibet potens aut impotens distrahat, non alicui beneficiet, sed Fratribus inibi DEO servientibus illæsa permaneant. Acta sunt hæc in Erpsfurt in Capella S. Ægidii Confessoris Anno Dominicæ Incarnationis MCX. Indict. III. VIII. Kal. Augusti, Feriâ tertiâ præsentibus Abbatibus Venerabilibus, Domino ERNESTO Reinherisbronnensi, Domino Burkardo de Monte S. Petri, hisque Astantibus Testibus, Erwino scilicet Comite de Thonna, Domino Henselmo de Balnhusin, Domino Gerardo Fratre Domini Theodorici, Domino Hermannno de Wondesberg, Domino Gerardo de Erpsfurt. Ex Clientibus autem Domini Ludewici Adalberto de Heligen, Gerardo de Molverstet aliisque pluribus.

## IX.

*Præceptum Henrici IV. Imp. quo Commutationem  
quorundam Bonorum Ratam habet.*

An. 1111. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS Divina favente Clementiâ Romanorum Imperator Augustus, Notum esse volumus, tam præsentis quam futuri Temporis Fidelibus, qualiter Nos petitione ERNESTI Venerabilis Abbatis Reinartsbornensis Cenobii, & LUDOVICO Comite interveniente, Predium, quod dicitur Steinfurst suo Monasterio in Proprietatem, Concambio quodam acquisivimus, erga HARTVICUM Herstfeldensem Abbatem, per manum GISONIS Comitum Advocati sui, duobus videlicet Mansis & dimidio in villa Merxleben dicta, nec non erga KUNEGUNDIM cum VI. mansis in Ingreslebin, Zutlebin, Hantenslebin, Magoldeslebin, nec non erga Palatinum Comitem SIGIFRIDUM, ejusque Conjugem GERTRUDEM, qui partem ad se pertinentem felici commutatione, scilicet pro Remedio Animarum suarum, partim pro Servitio ab Abbate, & Fratribus sibi impenso tradiderunt, Regia Auctoritate predicto Cenobio Reinartsbornensi stabilitum esse volumus, quod subscriptis Lachis circumseptum videtur, à Loco ubi Rivulus Battembach influit Louffa, & sic deorsum, per decursum illius ad Fontem quendam, qui est juxta cumulos, inde per verticem cumulorum inter Plagam Aquilonalem & Orientalem ad Sotelsaker, & sic ad Vadum, quod est juxta Monechenaw in Combach, inde ad Fontem qui est ad Espesfelt, inde contra meridiem in Manchfaltbach & sic fursum ad Locum, qui dicitur Feurstat, sicque deorsum ad supradictum Rivulum Battenbach, cum omnibus appenpiciis ad prænominatum Predium pertinentibus, hoc est Pratis, Pascuis, Silvis, Venationibus, Piscationibus, viis & inviis, cultis & incultis exitibus & redditibus, quesitis & inquirendis cum omni utilitate, quæ possit aliquo modo nominari vel dici, hoc Imperiali Censura statuentes, ut nulli omninò hominum liceat quicquam molestiæ inferre, quavis occasione Abbati & Monachis ejus Jure possidentibus illud, & ut hæc nostræ Pietatis Confirmatio ab omnibus semper credatur, & stabilis potentialiter permaneat, hanc inde Cartam conscriptam, & Manu nostra corroborantes, Sigilli nostri Impressione insigniri jussimus.

ADELBERTUS Cancellarius Vice MAGUNTINÆ ECCLESIE, quæ nunc Archi-Cancellariatum tenet, Recognovit.

Data VI. Kal. Septemb. Anno Dominicæ Incarnationis MCXI. Indictione V. Anno Domini HEINRICI Quarti Imperatoris. Imperii ejus Primo, Regni autem VII. Actum VORMATIE feliciter.

## X.

*Diploma ejusdem Henrici Regis, quo Libertates & Privilegia Reinhartsbornensi Cœnobio concessa confirmat.*

**I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS Divina favente Clemen- An. 1113.  
tiâ Romanorum Imperator Augustus, quoniam Justorum desideriorum piis petitionibus, maximè his, quæ ad DEI cultum pertinent, assensum Nos præbere convenit, omnibus tam præsentis quàm futuri Temporis Fidelibus notum esse volumus, quod in Regno nostro, Regale quoddam Monasterium situm est, in Confinio Loibæ Silvæ, Reinhartsborn nuncupatum in Honore Sanctæ DEI Genitricis, & Virginis MARIÆ, Sanctique Johannis Evangelistæ constructum honorificè, à Religioso LUDOWICO Comite, quo Petente, ejusdemque Monasterii Venerabili Abbate ERNESTO supplicante, his Imperialibus Edictis statuendo sancimus, ut omni Libertate & Justitia, qua suprædicta Cella primitus instituta & initiata est, ad serviendum DEO jugiter stabilis permaneat, sic ut per se subsistens alicujus Terrenæ Personæ, vel Potestatis Dominio non subjaceat, Libera ab omnibus Sanctæ Romanæ ascribatur Ecclesiæ, Sanctorum Petri & Pauli habeat gubernationem, nec non Romani Pontificis Defensionem, Romæ per quinquennium Lateranensi Palatio, ad Luminaria concinnanda X. solidos persolvat; Fratres illius quo liberius Domino deservire valeant. Quandocumque Patre suo Spirituali orbatu fuerint, liberam habeant Potestatem inter se Eligendi & constituendi Abbatem, prædictus Comes Ludewicus, sicut ab eisdem Fratribus est electus, Advocatus permaneat, & post ipsum alius ex Posteris ejus, quem Fratres communi Consilio providerint eligendum, qui si illorum & Monasterii commoda diligit, diligatur; si autem Avarus & Dissipator, liceat illum ex Auctoritate Sanctorum Petri & Pauli, & nostra reprobare, nullo modo nisi Abbate volente & advocante Bona & Loca Monasterii, suis Frequentiis temerarius & sine causa adeat vel attingat, nec præsumptuosus in eis placitum quodlibet vel pernoctandi Licentiam habeat, nec Subadvocatum pro se faciat, nec omnino aliquam calumpniam perversionis Monasterio aut Familiæ faciat; quod si quispiam Posterorum suorum, vel quorumcunque Homo personarum, unam vineam, unum mansum, vel saltem unum mancipium, sive tale aliquid à suprædicta Cella temerarius injustè abstulerit, Nostra Nostrorumque Successorum Regia Auctoritate coactus, tria Auri Talenta ad Ærarium nostrum persolvat, primitus reddito Ecclesiæ quod invaserat, si verò quilibet, quod absit, Curtim vel aliquam Villam inde quocumque ingenio, vel aliqua Sæcularium Legum calliditate abalienaverit, vel hoc Testamentum Excellentiæ nostræ pervertere aut infringere attemptaverit, X. Auri Libras ad Regiam item persolvat Cameram, primitus reddito quod ablatum fuerat, & ut prædictæ Traditionis & Libertatis status, & omnia prædicta Statuta eâ Ratione, qua DEO & Sanctis ejus destinata sunt, ab hac die & omni deinceps tempore rata & inconvulsa permaneant, hanc Cartam prædicti Comitum Abbatisque rogatu inde conscribi, manuque propria corroborantes Sigilli nostri Impressione jussimus insigniri.

BRUN Cancellarius Vice ADELBERTI Cancellarii recognovi. Dat. VIII. Kalend. Junii. Anno ab Incarnatione Domini MCXIII. Indiçt. VI. Anno Domini HENRICI IV. Imp. Imperii ejus Tertio, Regni autem Nono. Actum MERSBURG feliciter.

## XI.

*Præceptum Ejusdem, quo Cœnobium in Possessione quorundam Bonorum confirmat.*

**I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS Divina favente Clemen- An. 1114.  
tiâ Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus tam presentis quàm futuri Temporis Fidelibus, qualiter Nos petitione ERNESTI Venerabilis Abbatis Reinhartsbornensis Cœnobii, & Fratrum inibi Die ac Nocte DEO devotè famulantium;

tium; Predium omne, circa vel infra Loibam Silvam jacens, cum villulis prope positis, aut ponendis, scilicet Montem Schawenburg. Drusinrot. Ermbrechtesrot. Friderichesrot. Unssenrot. Erphesrot. Predium, quod est in Liningen, Bugelisrot. Thurmbach cum omnibus Appendiciis, ad prenomina Loca pertinentibus, omnimodis dictis vel dicendis, Domibus, Aedificiis, cum utriusque Sexus Mancipiis, viis & inviis, cultis & incultis, mobilibus & immobilibus, campis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, arbutis, montibus & vallibus, que sitis & inquirendis, quod eadem Abbati, XL. Libris Argenti ad A'erarium nostrum pro Redemptione inhabitandae Patriae, sui suorumque, qui Imperio nostro secum Rebelles exstiterant, persolutis, LUDEVICUS Junior vendidit, Patre suo LUDEVICO Comite, tunc Temporis per Nos redacto in Captivitatem, precipiente sibi & collaudante & Cohæredibus suis cunctisque proximis ac Liberis suis in idipsum consentientibus per omnia, ut V. Nonas Maii, Anno ab Incarnatione Domini MCXIV. in Villa, quæ dicitur Ilmine, in manus trium Virorum Liberos scilicet, Rudic, Sigifrid, Lulph. Ad supraddictum Monasterium Reinhartsborn sollempni more delegandum coram Testibus adnotatis contradidit, Regia Auctoritate Monasterio illi stabilem esse perpetualiter ac liberè sine contradictione alicujus possidendum volumus, hoc Imperiali Censura stantes, ut nulli omninò hominum liceat imposterum aliquid Hereditatis, vel Proprietatis, sibimet inde usurpare, seu vim inferre, minuere, auferre, aut ablatum retinere, sed soli Abbati & Monachis ejus, uti, possidere, dare commutare potestativè in sempiternum valeat, quo tutius ac liberius pro Imperio Nostro & totius Regni Statu, DEO & Sanctis ejus, Orationes jugiter effundant: & ut hæc nostræ Donationis Auctoritas, nunc & in futuro firma & inconvulsa permaneat, hoc Præceptum inde conscriptum, Sigilli nostri Impressionem signari iussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

HENRICUS Imperator Augustus. Rugger de Runistede. Titericus de Teitlebin. Martinus de Molburg. Volmar de Beringe. Alberitus de Zimmeren. Udalicus de Ailslebin. Ermericus de Molsdorf. Henricus de Liffen. Henricus de Uterit. Huc de Frifense. Bebo de Sebah. Egkhard de Guttern.

BRUN Cancellarius Vice ALBERTI Archi-Cancellarii Recognovi.

Dat. 18. Kalend. Octob. Anno ab Incarnatione Domini MCXIV. Indiæ VII. Actum ERFURT.

## XII.

### *Traditio Conradi Marchionis.*

An. 1119. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. Ego CONRADUS miserente Divina Clementia Marchio; memor illius dicti antiquitus *Divitiæ Viri, Redemptio Animæ ejus.* Benignissima quoque Conteralis Nostra LUTGARDIS, Universorum præsentium & futurorum CHRISTI Fidelium notitiæ intimamus, qualiter tam pro Vita, quàm pro Animarum nostrarum, nec non & Parentum nostrorum salute Tradidimus Monasterio Sanctæ MARIÆ perpetuæ Virginis, quod est in Loco, qui Reinhartsborn dicitur, de propria Hereditate mea, Predium unum, quod Torgaw nominatur super Ripam Fluminis Albæ, cum Ecclesia cumque omnibus suis pertinentiis, hoc est Terris, arbutis, cultis & incultis agris, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, insuper & Villam Bodesse cum suis pertinentiis, locumque quendam in ipso Flumine Alba situm, qui vulgò Wert dicitur, & Decimas de Dominicalibus nostris in Villa Starize, & in Tresgaw, aliasque Decimas quorundam ad præfatum Locum pertinentes, cum modiis qui singuli de singulis mansis redduntur, quibus Felicis Memoræ Pater meus TIMO Comes, præfatam Ecclesiam primo Dotavit, decimamque Piscationis de Stagno à Piscatoribus in Kosne, ad hoc etiam Dominicale ad locum mercatus in ipso loco Torgaw, eo siquidem tenore, quatenus idem Predium Proprietatis Jure perpetuo jam dicto ascribatur Monasterio, & Fratres ibidem constituantur pro me, proque meis Parentibus ac Sobole, per omne tempus, Dominico intenti Servitio. Sane Advocatus ejusdem loci, dum vixero ipse permanebo, meique Posteris permaneant si fuerint idonei, de cetero autem Nul-

lus

Ius ibidem constituatur Advocatus, nisi quem cum communi Fratrum Consilio eligendum providerit Abbas Reinhartsbornensis Cenobii: & ut hæc nostræ Traditionis Auctoritas, nunc & in futurum firma & inconvulsa permaneat, hanc Cartam Testamentariam scribi fecimus, eamque Sigilli nostri Impressione signari. Actum Anno ab Incarnatione Domini MCXIX. Indictione XIII.

## XIII.

*Egenonis & Fennæ Conjugum Donatio quorundam  
Bonorum in Rudersdorff.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ERNEST DEI Gratia Reinhartsbornensis An. 1120.  
Abbas, Univerſorum CHRISTI Fidelium Notitiæ tradimus, qualiter Fideles CHRISTI EGENO & FENNA Liberis Manibus tradiderunt Monasterio, quod est in Reinhartsborn III. Mansos & II. Curtes in villa quæ Rudersdorff appellatur, ob Amorem Domini Nostri JESU CHRISTI, ejusque piæ Genitricis MARIE, & S. Joannis Evangelistæ, quorum Nominibus & Honori idem Monasterium adtitulatur, nec non & pro Animarum suarum salute, omniumque sibi Propinquitæ junctorum, ea scilicet Conditione quod idem Prædium viventibus illis maneat, & alterutro ipsorum obeunte, superstes quamdiu vixerit Liberè eodem potiat, sed & illo obeunte Jure Proprietatis, Usui Monasterii & Fratrum ibidem DEO servientium in perpetuum subjiciatur. Actum Anno ab Incarnatione Domini MCXX. in Domino feliciter Amen. Data Reinhartsborn. XVII. Kal. April.

## XIV.

*Christiani de Goltbach & Berchtradæ Conjugis suæ  
Donatio Ville Elnde confirmata per Adalbertum Archi-  
Episcopum Moguntinum.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum sit CHRISTI Fidelibus Uni- An. 1121.  
versis præsentibus & futuris, qualiter CRISTANUS de GOLTACH Vir Nobilis cum Uxore suâ BERCHTRADA tradidit Monasterio Sanctæ MARIE perpetuæ Virginis, quod est in Loco, qui Reinhartsborn dicitur, de propria Hereditate sua Villam, Elnde dictam cum Capella ibidem constructa & cum omnibus ad hoc ipsum Prædium pertinentibus, hoc est, Marchis, Sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & redditibus eo siquidem tenore, ut secundum dispositionem Abbatis, Fratrum Reinhartsbornensium serviat utilitati; quam Traditionem, Ego ADALBERTUS Sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ Archi-Episcopus & Apostolicæ Sedis Legatus petente ERNESTO ejusdem Cænobii Venerando Abbate tam Pontificali, quàm Sedis Apostolicæ Legationis Auctoritate firmans, Banno DEI & meo præcipio, ut nulli deinceps liceat hoc ipsum Prædium à præfato Reinhartsbornensi Cænobio abstrahere, minuere, vel arte cujuscunque Calliditatis abalienare; quod si quispiam, quod absit, temerè præsumpserit æternæ mortis, nisi resipiscat, Reus sit. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCXXI. Indictione XIV.

## XV.

*Adelberti Archi-Episcopi Moguntini Notitia pro Do-  
natione Henrici Militis de Bunrode.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ADELBERTUS DEI Gratia Moguntinensis An. 1122.  
Archi-Episcopus & Apostolicæ Sedis Legatus, notum sit omnibus tam præsentis quàm futuri temporis Fidelibus, qualiter HENRICUS de BÜNRODE de Parentibus natus Liberis Judiciariæ Dignitatis cum non haberet Filios Hereditatis suæ Successores, CHRI-

STUM Filium DEI, ejusque piam Gentricem MARIAM elegit Heredes, tradiditque Ecclesiæ ejusdem DEI Genitricis MARIE, quæ est in Loco, qui *Reinarstborn* dicitur, in Jus proprium, Natalium suorum Principalem Locum Bunrode dictum, cum Capella ibidem constructa, cumque omni Hereditate sua, hoc est Villis, Campis, Silvis, Edificiis, Mancipiis: ejus ergo Votum, assertionis nostræ favore firmantes per hujus nostri Privilegii Paginam tam Pontificali, quàm Sedis Apostolicæ Auctoritate, Banno DEI & nostro statuimus, ut quicquid idem Henricus præfato Reinhartsbornensi Cœnobio contulit, nunc & per omne Seculi tempus Ratum & inconvulsam sit. Actum Anno ab Incarnatione Domini MCXXII.

## XVI.

*Ejusdem Adelberti Archi-Episcopi Charta super Juribus Advocatiæ Monasterii Reinhartsbornensis.*

An. 1125. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ADELBERTUS DEI Gratia Mogonciensis Archi-Episcopus & Apostolicæ Sedis Legatus, omnium tam præsentium, quàm futurorum Fidelium Notitiæ tradimus, qualiter ERNEST, Abbas Venerabilis Monasterii S. MARIE perpetuæ Virginis, Sanctique Johannis Evangelistæ, quod situm est in loco, qui Reginherisbrunnun dicitur, atque Serenissimus Comes LUDEW. CUS ejusdem Monasterii Advocatus, Pactum ineuntes constituerunt, ut idem Comes, & Quicumque post eum Advocatus, secundum Privilegia Romanorum Pontificum, quæ apud idem Cœnobium servantur, electus fuerit & constitutus, pro cunctis, quæ Juris sui videntur, duo tantum per singulos annos Talenta, unum in Natali S. Waltpurgæ, alterum ad Festum S. Michaëlis à Fratibus accipiat, & de cætero nihil amplius quàm æternæ Retributionis Præmium expetat: non Sub-Advocatum absque consensu Abbatis & Fratrum pro se constituat, nullum Placitum super alicujus rei Negotio in aliquo ipsorum Ditionis Loco, nisi forte Abbate petente & Fratibus agat: de Furto autem & Proterviâ, cùm rei Necessitas postulaverit, quando & ubi voluerit Abbas eodem Advocato Præsidente ritè discussio fiat, & quicquid exinde Æquitatis, dictante Judicio provenire potuerit, tertia pars ipsius Advocati, reliquum Abbatis & Fratrum erit: Bona Monasterii suis temerariis Frequentiis non adeat, nullum ex Familia nec eos, qui Bona Monasterii incolunt, violenter opprimat, vel Bona eorum injustè diripiat; ut ergo nihil horum ex hoc, & in omne præsentis Sæculi tempus irritum fiat, Nos per Misericordiam DEI, tam Episcopali quàm Sedis Apostolicæ Legationis Auctoritate tulti, facta dictaque Banno nostro petentibus illis innodantes, quæ constituerunt, constituimus, Sancimus, & confirmamus, atque per hujus Privilegii nostri Paginam, quam manu propriâ roborantes Sigilli nostri Impressione signavimus, Rata & inconvulsa esse decernimus. Actum Erpesfurt Anno ab Incarnatione Dominica MCXXV. Indict. III.

## XVII.

*Burkardus Hersfeldensis Electus confirmat Concambium quoddam à Reinartsbornensibus initum.*

An. 1168. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. Ego BURKARDUS DEI Gratia Hersfeldensis Electus; quoniam justis Votis assensum prebere, justisque petitionibus Aures accommodare debemus, omnibus tam præsentibus quàm futuris notum esse volumus, qualiter Fratres nostri, Canonici in Ordorff, Prædium quoddam quod Linungen dicitur adjacens, & ad sui victus prebendam pertinens, culta scilicet & inculta HERMANNO Venerando Abbati Reinartsbornensi ejusque Fratrum Congregationi, nostra Concessione tradiderunt, ipsique à prædicto Abbate & Fratibus, tres Mansos in Boldestat, tresque in Ullebin cum omnibus suis appendiciis, duo Talenta unumque solidum quottannis persolventes vice mutua receperunt, hujus Concambii stabilitatem nostræ assertionis favore, nostrique Privilegii ac Sigilli attestatione firmamus, & ne alicu-

alicujus Personæ ausu temerario in posterum mutetur, vel minuatur, Ratum perpetuo & inconvulsum manere decernimus. Actum Erfurt Anno Incarnationis Domini MCLXVIII. Indiēt. I. Hujus rei Testes sunt GERHARDUS Comes Frater Domini BURKARDI Electi Hersfeldensis. Monachi ejusdem Abbatis, Theodericus Camerarius. Gosoldus. Adolfus. Clerici verò, VOLMARUS Ordorfensis Decanus. Adelbertus Magister. Remboto Canonicus. Ministeriales verò Vinoldus de Vechmar. Adelherus de Arnstet, Volpertus & Frater ejus Henricus de Lengesfelt cum aliis ferè Quinquaginta, vel amplius, quorum Nomina ponere causa prolixitatis noluimus.

## XVIII.

*Charta Ludovici III. Landgr. Qua acquisitionem cujusdam Prædii factam per Hermannum Abbatem, approbat.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego LUDOVICUS Tertius, patientiæ DEI An. 1174. Gratia, & permissione, dictus Princeps & Lantgravius Turingiæ, Fidelibus CHRISTI, tam præsentibus quàm futuris non ignotum esse cupio ad Testimonium Veritatis, qualiter quidam Nobilis, & Liber Genere LUDIGERUS nomine hereditarium sibi Prædium, quod Proprietatis Jure possederat in villa, quæ vocatur Tutelciben, cum omnibus appendiciis ejus, Pretio Centum Marcarum accepto à Venerabili Abbate Reinhartsbornensis Ecclesiæ HERMANNO Nomine, eidem Ecclesiæ & Fratribus ibidem DEO famulantibus ipse videlicet cum Conjuge sua, & Liberis omnibus, manu sua contradidit legitime & sempiternè in posterum possidendum, cujus rei Actio & Taxatio non solum coram mea ipsius Præsentia, mihi que astipulanti, non tam Liberorum quàm Ministerialium Clarissimorum Baronum, verum etiam inter Scephones promulgata & confirmata est, quam & Nos, nostræ Auctoritatis Pagina Sigillique impressione Roboramus, & irrefragabiliter in perpetuum stabiliendum Decernimus & Precipimus: si quæ verò perverse mentis & voluntatis Persona de Cetero huic pretaxatæ & legitimæ Actionis nostræ, Testificationi vel Auctoritati contraire annis fuerit, & ad infringendum vel diminuendum, vel cassandum, se manifestum fecerit, Justo DEI Omnipotentis Judicio corripatur, & ad perficiendum, quod malè attemptavit, succumbat: Quod si, quod absit, in sua stultitia & perversitate perdurans Fratres predictos inquietare, vel molestare non desierit, sciat procul dubio se traditum Satanæ, in interitum Carnis, donec resipiscat, quod si minimè, in sui interitum quoque Spiritus & Animæ, sine fine recipiat. Actum SIEOLEBIN. Anno Incarnationis MCLXXIV. Indiēt. VII. coram mea ipsius Præsentia, & Testibus subscriptis Abbate videlicet HERMANNO. Hartungo Priore. Chuniperto Capellano & Hugone de Salza ejusque Fratribus Gunthero. Hermanno & Berthao de Vanghem & Adelberto de Witterde Aliisque quàm plurimis.

## XIX.

*Lucius III. Pont. Max. Hermanno Abbati ejusque Successoribus Usus Mitre concedit.*

**L**UCIUS Episcopus, Servus Servorum DEI, Dilecto Filio HERMANNO Abbati in Circa An. Reinartsborn, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cùm sit Sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum, Domino disponente, Magistra, Jura ipsarum ea moderatione disponit, ut quasdam aliis præminere constituat, & singulares, speciali Privilegio indulgeat Dignitates, ut sicut in Compage Humani Corporis, quædam membra, præ aliis honorantur, sic in ipsa Ecclesiastici Ordinis Unitate, aliæ Ecclesiæ ante alias indultis sibi Privilegiis decorentur; eapropter, Dilecte in Domino, Nobilis Viri Tertii LUDEWICI, Landgravii Turingiæ Precibus & Supplicationibus inducti, Tibi & Successoribus tuis in perpetuum presenti Pagina duximus indulgendum, ut ad honorem DEI & Domus Vestræ in posterum ampliandum uti Mitra valeatis: ad cumulum autem Gratæ & Libertatis impensæ, Mitram quam de Capite nostro assumpsimus,

prefato Ludewico Landgravio tradidimus, per ipsum Tibi in argumentum nostri Beneficii presentandum; proinde volumus, ut in memoriam tanti Honoris, Favore ipsius indulti, pro salute ejus, & Parentum suorum, in ipsa Ecclesia speciales Domino deinceps Orationes offerantur: ut ergo hæc nostra Concessio futuris temporibus indeficiens Robur obtineat, eam Auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis Scripti Patrocinio communimus, statuentes, ut nulli omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Concessionis, & Confirmationis infringere, vel ausu temerario contraire: si quis autem &c. Dat. Veronæ Nonis Decemb.

## XX.

*Charta Ludovici Lantgravii, Qua cum Cœnobio Reinhartsbornensi, permutationem quorundam Bonorum init.*

An. 1189. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. LUDEWICUS DEI Gratia, Tertius hujus Nominis Turingiæ Lantgravius, presentibus & futuris Fidelibus, veram in vero salutari salutem; Sanctissimæ Fidelium Universitati significamus, quod Familiaris noster, HERMANNUS DEI Gratia Abbas in Reinhartsborn, Nostram sollicitavit Diligentiam de meliorandis & amplificandis Ecclesiæ prænotatæ Terminis, ut quemadmodum Nostris ac Prædecessorum nostrorum foret incrementata ac Defensata Patrociniis, ita quoque Beneficiorum nostrorum attolli mereretur Impendiis; huic igitur salutari petitioni Reverenter accedentes, quædam Beneficia nostra, à Sancta Hersfeldensi Ecclesia ex antiquo habita, approbante & consentiente Nobis Domino SIFFRIDO, Venerabili ejusdem Ecclesiæ Abbate, à Jure Beneficiali exemimus, & in Proprietatem præfati Monasterii solemnè Donatione redeimus; hac vicissitudinis & Concambii alternatione præfixa, ut Prædia, quæ eadem Reinhartsbornensis Ecclesia prius in Possessione habuerat, Ecclesiæ Hersfeldensi, & Nostræ ditioni pro Recompensatione prioris Beneficii delegaret; hos ergo Beneficiorum nostrorum Terminos, Ecclesiæ illi conferentes, hoc Titulo conclusimus: à Monte Civersberg, & Prato adjacente, per Locum qui vulgò dicitur Santwerff, & à Santwerff per dorsum montis Thennenberg, per Griffenbuhel usque in Campum Ibenhain, de Ibenhain in Waltwinkel & à Waltwinkel usque in Fluvium Louffa, cum terminis Predii Snepffental: hæc autem omnia Ecclesiæ illi contulimus, cum Universitate utilitatum, ac proventuum, id est cum viis & inviis, fluviis & fluviorum anfractibus, cum Pratis & Pascuis, cum Silvis & Novalibus, quatenus ea Fratres Sanctæ Ecclesiæ Reinhartsbornensis hereditario Jure possidentes, nullius unquam Heredis aut Successoris nostri indebita rerafractione mulctentur, in hujus autem recompensatione Concambii, à prænotatis Fratribus ea suscepimus, quæ subscripta sunt, id est, Meinboldesfelt cum suis adjacentiis, & ea quæ in Borghonna & in Riffenheim Legitima possessione videbantur habuisse.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIX. Indictione III. Regnante Domino FRIDERICO Glorioso Romano Imperatore, ac Filio ejus HENRICO Romano Rege, coram his Testibus. CONRADO Fuldensis Ecclesiæ Abbate, SIFFRIDO Hersfeldensi Abbate. HERMANNO Reinhartsbornensi Abbate. HERMANNO Palatino Saxonix. BOPPONE Comite de Henneberg. Adilberto de Hildenberg & Ludovico, Fratribusque ejus de Frankenstein. Eykhardo de Guttern. Hugone de Herbslebin. Mechfrido de Gota. Gunthero de Slatheim, aliisque quampluribus.

Hæc autem mutuatorum Prediorum alternatio facta est, super Ripam fluminis Werra secus Pontem Fuldensis Oppidi, quod FACH vocatum est, & ut hæc Traditio rata & inconvulsa permaneat, Sigilli nostri Impressionem eam roboravimus, illud sine Simulatione statuentes, & ex intimis Precordiis exorantes, ut quisquis ea temerario ausu violare pertempverit, DEI Omnipotentis iram, & hic & in futuro sibi adversari sentiat, & Beatæ DEI Genitricis, Sanctique Joannis Apostoli Patrocina sibi deesse evidenter intolligat.

## XXI.

*Charta Hermannii Landgravii, qua à Proposito destruendi villam Friderichesrode, imposterum abstinere promittit.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HERMANNUS DEI Gratia Thuringiæ An. 1219.  
Landgravius & Saxonix Comes Palatinus, Sacratissimæ Fidelium Universitati veram in Vero Salutari Salutem. Quia per Litterarum apices futuris Casibus, ex inolita consuetudine prudenter occurritur, eadem inducti sollicitudine presentibus & futuris CHRISTI Fidelibus insinuamus, quod veniens ad Nos Dilectus noster WICKARDUS Reinhartsbornensis Monasterii Abbas, cum quibusdam ejusdem Cœnobii Fratribus, qui sanioris videbantur Consilii, pro quadam in proximo adjacente Villula, quæ Friderichsrode nuncupatur, ad cujus destructionem occasione mercatus ibidem sæpius habiti, omnimodis intendebamus, nos diligenter convenit, & ne primitivam illius Ecclesiæ dotem, ejectis ipsius Habitatoribus, disturbaremus, omni, qua potuit Supplicatione commonuit; sed quia ex jam dictæ utilitatis quæstu, eandem villam, Civitatibus nostris, probata Experientia duximus esse dampnosam, Homines, qui ex hereditario Jure ejusdem situm Loci, ex multo jam tempore possederant, & prenominatæ Ecclesiæ debito Proprietatis erant obnoxii, paterno se privari Lare timuerunt, datisque XL. Marcis, à Proposito hujusce Intentionis, mediante predicto Abbate & Fratribus, nostræ Severitatis animum revocare studuerunt, perpetuæ mansionis quietem in eisdem Bonis, similis insultu Exactionis postposito, sibi indulgeri postulantes; proinde Miseriæ ipsorum compatientes & Angustiæ, præfatæque Commoditatibus providentes Ecclesiæ, ad petitionem propositam, nostræ Dominationis aures inclinamus, & in Area ejusdem dotis absque exactionis molestia, quæ interitum & destructionem ipsis mineretur, firma data Pace, perpetualiter eos manere concessimus, & ut hæc nostræ Constitutionis Auctoritas, inconvulsæ stabilitatis robur accipiat, hanc Confirmationis Cartam inde conscribi fecimus quam etiam manu propria roborantes Sigilli nostri Impressionem jussimus insigniri. Actum Anno ab Incarnatione Domini MCCIX. Indiæ. XII. cooperantibus & laborantibus ad hanc Formam Pacis atque commoditatis Nuntiis & Ministerialibus nostris. Conrado videlicet Camerario nostro de Kassel. Bertoldo de Sterinstet. Adelberto de Gota cognomento Strezfoegele & Ulrico Villico de Waltershusen feliciter.

## XXII.

*Charta Ludovici IV. Landgr. qua Litem inter Cœnobia Reinartsborn & Vallis S. Georgii agitatam, dirimit.*

**I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis. LUDEWICUS Divina Providentia Tu- An. 1227.  
ringiæ Landgravius & Saxonix Comes Palatinus, omnibus in perpetuum. Quia Reinartsbornensis Ecclesia Fundata est à Progenitoribus Nostris & per Successiones Temporum in Facultatibus & Honore cumulata; Nos quoque non tantum possessionum, sed & Devotionis eorum Heredes, ad imitationem ipsorum, eam non solum augmentare, vel etiam si in aliquo ab ipsis neglectam negleximus, pro communi salute Reformare decrevimus: unde omnium tam præsentium quam futurorum Notitiæ significamus, quod Nos comperta diutina dissensione duorum Cœnobiorum videlicet predicti Reinhartsbornensis, & Vallis Beati Georgii, pro quadam parte Silvæ; Privilegia utriusque in Presentia nostra, & Baronum Optimatumque nostrorum Recitari facientes, hanc unanimem Omnium Sententiam accepimus, quod antiquioris Ecclesiæ authentica, quæ est Reinhartsborn prejudicaret de Jure Juniori: igitur ne, non secundum Justitiam, sed pro Gratia judicasse videremur, predictæ controversiæ Discussionem Doctorum Clericorum, & Prudentum Laicorum Examini commisimus, ut auditis utriusque partis allegationibus, Ecclesiam quæ obtinisset Auctoritate nostra in possessionem intronifarent; in qua discussione prior Sententia confir-

mata est, ut antiquius Privilegium obtineret, quod & Nos ratum tenentes per Ministeriales nostros Hermannum de Baldenstet. Hermannum de Lupniz. Hertingum de Horselgaw & per Forestarios nostros, dictam Silvam Ecclesie Reinhartsbornensi Reddidimus: pars autem quam reddidimus his terminis includitur: à platea, quæ est super Apichenrode, per Viam quæ dicitur Winstrasse sursum tendentem ad plateam, quæ est super Langenberg, tendens ad Eberhardisbruken, & per sequestrum ducit ad Rivulum Schifferbach, & ad Ludestat, & Trockenliva & Drusin usque ad Rotenstig: ut autem prefati Monasterii Fratres denominatam Silvam quietè possideant, hujus nostræ Redditionis Factum inviolabile & inconcussum permanere statuantes, Auctoritate nostræ Paginæ Sigillique nostri appensione confirmavimus. Actum ab Incarnatione Domini MCCXXVII. Indiçt. XV. Testes hujus sunt HENRICUS Comes Raspe. HENRICUS Comes de SWARZBURG. DITERUS Comes Junior de BERKA. RUDOLFUS Pincerna. Henricus Notarius. Hermannus de Mergslebenn. & multi alii Liberi & Ministeriales.

## XXIII.

*Ejusdem Charta, qua Coemptionem Prædii  
Rohhusen confirmat.*

An. 1227. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego LUDOVICUS Divina favente Clementia Thuringiæ Landgravius & Saxonie Comes Palatinus, omnibus tam præsentis quàm futuri temporis Fidelibus, ad Notitiam reducere volumus, quod quidam Ministerialis noster THEODORICUS Nomine, in Coemptione Prædii Rulhusen, à Reinhartsbornensi Ecclesia recepit in Elgerishoven alterum dimidium Mansum cum duabus Curtibus & Molendino, quæ ipse cum Uxore ac omnibus Liberis suis accepto pretio XXXVI. marcarum per manus nostras eidem Ecclesie contradidit: ut autem hæc Traditio inconvulsa & inviolata permaneat & præfata Ecclesie Fratres, prædicta Bona quietè perpetuò possideant, Auctoritatis nostræ Pagina Sigillique Imprefione Roboramus. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXVII. Indictione XV. in villa SIEGA, coram his Testibus Hermanno Dapifero. Henrico Marescalco. Henrico Camerario de Fana. Rudolfo de Bulzingsleben. Alberto Slegel. Siffrido Ruffo de Spatenberg & multis aliis.

## XXIV.

*Siffridus Archi-Episcopus Moguntinus incorporat Cœnobio Reinartsborn Parrochiam Villa Tutteleiben.*

An. 1228. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. SIFFRIDUS DEI Gratia Sanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Episcopus, Universis CHRISTI Fidelibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Ad Notitiam singulorum tam præsentium quàm futurorum pervenire volumus, quod Nos instantibus precibus Abbatis & Capituli Reinhartsbornensis Moguntinæ Diocesis inclinati, Auctoritate Metropolitana dignum duximus indulgere, ut Omnes Proventus Parochiæ in Tutleben in Archi-Diaconatum S. Severi Erfordiensis constitutæ, cujus Jus Patronatus ad Ecclesiam Reinhartsborn pleno Jure spectare dinoscitur, ad Supplementum Prebendarum suarum, & ad Debita, quibus memorata Ecclesia est obligata, persolvenda & ad facta Tecta perficienda, quæ propter Vetustatem nimium sunt dissipata, Auctoritate nostra freti, in usus suos ut præmissum est, convertant, salvo Jure Diocesanæ & Archi-Diaconi ejusdem Locci: preterea eadem Auctoritate qua præmissum est, indulgemus atque præcipimus, ut Abbas præfatus, & Capitulum ad Parrochiam in Tutleben perpetuum instituunt Vicarium, prebendam de qua competenter vivere valeat assignando, eundem Archi-Diacono S. Severi in Erfurt presentando, ut curam Animarum præfata Parochiæ ad presentationem sibi conferat eorundem. Datum Anno ab Incarn. Domini MCCXXVIII. in REINARTSBORN. Indiçt. I. Nonis Martii Pontificatus Nostri Anno XXVII.

## XXV.

*Charta Henrici Lantgravii, qua Reinhartsbornensi  
Cœnobio decem Mansos in Ludirsburnin concedit.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS DEI Gratiâ Landgravius An. 1231.  
Thuringiæ & Saxonix Comes Palatinus in perpetuum. Quò labentium Bonorum affluentia æternorum Nobis ingerit Oblivioneiñ Salutaribus Monitis acquiescere convenit, scilicet ut Eleemosinam in sinu Pauperum abscondamus, quæ pro Nobis Mundo tantum vacantibus, orent ad Dominum; Posterorum igitur Recordationi volumus esse memorabile, quod coadunatis manibus Matris nostræ & CONRADI Fratris nostri, pro Salvatione Animæ dilectæ contectalis nostræ Elisabeth, ipso die humationis ejus, Ecclesiæ nostræ in Reinersburnin contulimus decem mansos nostræ Proprietatis in Ludirsburnin sitos cum omni Jure & totali proventu, statuentes, ut Coloni dictorum Mansorum nec non & aliorum decem Mansorum, quos in eadem villa in Tumulatione Ossium Fratris nostri LUDWICI Lantgravii Præfato Cœnobio dedimus, nulli nisi Ecclesiæ serviant, ampliori Protectionis nostræ Gratiâ & speciali Libertate semper gavisuri, quatenus Fratres prænominati Monasterii tam pro nostra & nostro, quam pro caræ Conjugis nostræ Animæ salute DEO studeant famulari diligentius: ut autem hæc nostræ Devotionis Donatio Robur fortiatur perpetuò valiturum, præsens Privilegium inde conscriptum Sigilli nostri Impressione jussimus insigniri. Actum Reinherisburnin Anno Gratiæ MCCXXXI. Indiæ. IV. Testes horum sunt HEINRICUS Abbas S. Petri in Erfordia. Johannes S. Georgii in Nuwenbure, Giso in Breitinowe Abbates. Comites Hermannus de Orlamunde, Otto de Rabinsperch, Henricus de Stalberch, Fridericus de Bichelingen, Henricus Junior de Schwarzeburch, Ditericus de Bercka, Meinhardus de Mulberck, Albertus de Wie, Cunradus & Fridericus Fratres de Tannenrode, Henricus de Helderungin, Rudolfus uterque Pincerna, Berchtous Dapifer, Henricus & Hermannus Camerarii, Henricus Notarius, Albero, Dittericus, Hermannus de Vipeche, Henricus Marscalcus, Johannes de Herversleibin, Hartungus de Erpha, Albertus & Ekehardus de Vipeche, Ekehardus de Summeringen, Ludewicus & Rudolfus de Hufin, & omnes, qui interfuerunt Exequiis.

## XXVI.

*Acquisitio Dimidii Mansi in Tuteleben.*

**B**ERTOLDUS DEI Gratiâ Præpositus in Cruzburg &c. Significamus Univerfis, An. 1237.  
quod Nos de communi Consilio nostri Conventus, nec non de consensu Domini nostri Hersfeldensis Venerabilis Abbatis, ad quem specialiter nostri Loci pertinet Patronatus dimidium Mansum in Tuteleben. Vendidimus, Reinhartsbornensi Cœnobio . . . Anno MCCXXXVII.

## XXVII.

*Traditio III. Mancipiorum.*

**N**Otum sit omnibus præsentem Paginam inspecturis, quod Ego HERMANNUS de An. 1237.  
SALZA Ministerialis Domini Lantgravii, Cœnobio in Reinartsborn Tria meæ Proprietatis Mancipia in villa Rudersdorff legitima donatione tradidi &c. Actum Anno MCCXXXVII. Testes hujus sunt Hermannus de Eppinrode. Theod. de Thonna, Berchtoldus de Dachebeche & plures Alii.

## XXVIII.

*Charta Henrici Landgravii qua Coemptionem Bonorum quorundam Ratam habet.*

An. 1238. **H**ENRICUS DEI Gratia Thuringorum Landgravius, Saxonie Comes Palatinus Universis CHRISTI Fidelibus presens Scriptum inspecturis Salutem in Auctore Salutis: ad singulorum ac omnium Notitiam pervenire cupimus, quod dilectus & Fidelis noster HERMANNUS de FELSBERG quatuor Mansos & dimidium, tres Areas & duo Prata in villa Ailsleben sita, quae Nomine Dotis ab Uxore sua MECHTILDA possidebat, Venerabili Domino ECKEHARDO Abbati & Monasterio Reinhartsbornensi, pro LXXX. Marcis Argenti vendidit, Uxoris suae Mechtildae, nec non Liberorum suorum HEREMANNI & aliorum Voluntate & Consensu sponte & liberaliter accedente; Nobis itaque predictorum Bonorum resignatione, a prefato Hermanno pariter & Uxore sua nec non Liberis eorundem facta, dicto Monasterio & Abbati Bona supradicta tradenda duximus, & assignanda; ne igitur super huiusmodi venditione imposterum aliquid dubii possit oriri, vel Questio partibus nocitura, presens Scriptum super his conscribi fecimus, & Sigilli nostri appensione muniri. Testes, qui interfuerunt, hi sunt: Fridericus de Ormut senior, & Fridericus Filius suus. Berthorus & Conradus de Slothen. Albertus de Sebech. Rudolfus Pincerna. Albertus de Gundersleben. Ludewicus de Husia. Magister Hugo, Henricus Notarius & alii quamplures.

Datum WARTPERG Anno ab Incarnatione Domini MCCXXXVIII. III. Kal. Octobris.

## XXIX.

*Traditio Hermanni Comitis de Henneberg.*

An. 1255. **N**OS HERMANNUS DEI Gratiâ Comes de Henneberg, ALBERTI Marchionis Misnensis Filius. Omnibus presens Scriptum inspecturis Salutem. Quoniam labilis est Hominum memoria, & mutabilitati subjacent Universa, necesse est in Scripta redigi, quod nullatenus vel ex difficili propter Rerum mutabilitatem posset memoriter imposterum conservari; hinc est, quod Tenore presentium recognoscimus publice profiterentes, quod sex Mansos & Vineam in Topstet sitos IX. maldros Erfordenses solventes & XXIV. solidos Annuatim, nec non VII. mansos in Berstet sitos III. Marcas praeter Fertorem Annis singulis persolventes, Abbati & Conventui de Reinhartsborn cum omni Libertate, Integritate, & Jure, quo nobis deservisse & nostris Antecessoribus noscebantur, dedimus liberaliter & hilariter pro LXXXI. marcis Argenti, quas predicto Abbati & Conventui solvere tenebamur: ut autem haec nostra Donatio Robur obtineat in futurum, presentem paginam conscribi fecimus Sigillorum nostrorum munimine Roboratam. Testes hujus sunt: Comes FRIDERICUS de Bichelingen. Berthous Dapifer de Slotheim. Fridericus Senior de Drifort & Frater suus Dominus Fridericus. Henricus Camerarius de Faver. Cuno de Ottelsdorff. Helwicus Marscalcus de Goltbach. Volradus de Indagine. Dominus Virgo Praepositus de Northeim & alii quamplures Fide digni.

Acta sunt haec Anno Domini MCCLV. III. Kal. Maii. Indict. XIII.

## XXX.

*Charta Hermanni Comitis de Henneberg super Venditione certi cujusdam Annui Redditus.*

An. 1256. **H**ERMANNUS DEI Gratiâ Comes de Henneberg, Universis presens Scriptum inspecturis affectuosam ad omnia voluntatem; Tenore presentium publice protesta-

testatur, quod dum nos Anno Domini MCCLVI. Vice Fratris nostri H. Marchionis Misnensis Illustris GERHARDUS de Reinstet super Bonis suis propriis in ipsa villa sitis videlicet Molendino, quod Venerabili Domino LUDOVICO Abbati & Conventui de Reinhartsborn vendidit . . . Idem Gerhardus promisit eisdem Abbatem & Conventum Varandare. Testes hujus venditionis sunt H. Camerarius de Faver, Præpositus Witego de Northusen. Theodoricus de Gotha, & alii plures.  
Actum Anno MCCLVI.

## XXXI.

*Alberti Lantgravii Charta, acquisitionem Castri  
Schowenburg confirmantis.*

**I**N Nomine Domini Amen. ALBERTUS DEI Gratiâ Turingiæ Landgravius, & An. 1267.  
Comes Saxonix Palatinus. Univerſis CHRISTI Fidelibus tam presentibus quàm futuris Salutem in CHRISTO Salutis Auctore. Cum humanæ Conditionis memoria sit labilis, penitus & inconstans, necessarium esse decernitur, ut ea quæ rite ac rationabiliter statuuntur, confirmentur Litterarum Testimonio, ne perducantur tempore procedente in irritum & Errorem; ad Notitiam igitur Univerſorum, quibus præſens Scriptum Exhibitum fuerit cupimus pervenire, quod Nos ad Liberam Resignationem SIFFRIDI de Hopffgarten & HENRICI de Schawenbourg Militum Castri Schawenburg, Ecclesiæ Sanctæ MARIE Virginis, Sanctique Joannis Evangelistæ in Reinhartsborn, idem Castrum cum Silvis & aliis adjacentibus terminis, in quibus se afferebant iidem Milites Jus habere, in proprium dedimus sano precedente Consilio & maturo; pro qua resignatione honorabilis Vir LUDOVICUS Abbas ejusdem Ecclesiæ C. & XXX. marcas Fribergensis Argenti præactis Militibus dinoscitur erogasse, Renovantes & confirmantes tenore præsentium Litterarum, omnia Bona, Jura & Libertates, quæ præfata Ecclesia dinoscitur habuisse Temporibus ex antiquis, quemadmodum Privilegiis tam Ratione Ecclesiæ, quam Imperii seu etiam Lantgraviorum, Felicis Memorix, Nostrorum Progenitorum desuper traditis plenius continetur; ne igitur præscripta omnia, vel à Nobis vel ab aliquibus nostris Successoribus infringi possint aliquo modo aut mutari, presentem Litteram conscribi jussimus, & Sigilli munimine communiri. Testes hujus rei sunt Dominus Henricus Præpositus S. Nicolai in Isenach. Dominus Thimo de Lisniti. Dominus Ludolfus de Stotternheim. Dominus Henricus de Drifort. Dominus Guntherus de Slatheim. Helwicus Mareſcalcus. Dominus Gisilbertus & Hermannus Fratres de Tuttelstet & quam plures alii Fide digni.

Datum in ISENACH Anno Domini MCCLXVII. VII. Id. April.

## XXXII.

*Charta Theodorici Marchionis de Landesburg, qua  
in Gratiam Reinhartsbornensium, cuidam Sanctimonialium  
Monasterio Beneficium præstat.*

**I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis, Amen. Nos THEODORICUS DEI An. 1271.  
Gratia Marchio de Landesburg omnibus in perpetuum. Cum ad Cultum Divini Nominis ampliandum, & numerum Religiosorum feliciter augmentandum libenter & merito intendamus, firmissimam Spem habentes, ut quod apud DEUM nostris obtinere meritis non valemus, Justorum Precibus Divina Nobis favente Gratia impetrebimus. Siquidem Recognoscimus & constare volumus tam præsentibus quàm futuris Litteras has visuris, quod Monasterium Sanctimonialium Cisterciensis Ordinis situm in Civitate nostra Sangershusen, quod Reinhartsbornensi Cenobio est subiectum pio favore volentes extollere, & in Gratia speciali efficaciter confovere, tenore presentium contulimus ipsi Jus Patronatus forensis Parochiæ infra muros ejusdem Oppidi constitutæ, cum omni Jure, Utilitate, Gratia, & proventu, ita sanè ut Fructus dictæ

Parrochiæ in Sufstitutionem CHRISTI Virginum ibidem Domino fervientium perpetuò deputetur, ut eadem temporalibus subsidiis fufficienter adjunctæ, liberiùs pro noſtra Salute Regi Altiffimo famulentur. Hujus noſtræ Donationis Teſtes ſunt Dominus WITAGO Eccleſiæ Miſſenſis Epifcopus. Dominus Gebehardus & Dominus Burcardus Fratres de Quernfurt. Dominus Wiknandus de Herſtein. Dominus Albertus Dapifer de Purn. Dominus Herboto Miles de Gliva. Dominus Theodoricus de Vebare noſter Proto-Notarius, & quàm plures alii Clerici & Laici Fide digni, & ut hæc noſtræ Liberalitatis donatio effectum ſortiatur perpetuæ firmitatis, hæc Litteras patentes, ſuper eo conſcribi juſſimus Sigilli noſtri munimine roboratas.

Datum Anno Domini MCCLXXI. quinto Kal. Feb.

## XXXIII.

*Bertholdi Militis Donatio Eccleſiæ in Tunchuſen.*

An. 1277. **N**otum ſit CHRISTI Fidelibus univerſis tam præſentibus quàm futuris præſentes Litteras auditoris quod Ego BERTOLDUS Miles, & Filius meus HELFRICUS dicti de CREUZBURG, ad honorem DEI ejuſque Glorioſæ Virginis Genitricis MARLÆ contulimus Eccleſiam in Tunchuſen cum Manſis, Mancipiis, viis & inviis tam in ipſa villa quàm in campo, ad Nos Jure Hereditario ſive Proprietatis pertinentibus, ad Inſtantiã Domini Ludovici Fratris noſtri Militis de Mulnerſter, Cenobio in Reinartsborn voluntariè nunc & ſemper juſto Titulo Proprietatis, liberè poſſidendam, in cujus Rei Certitudinem & Notiã ampliorem præſentes Litteras deſuper ipſis damus, Sigilli noſtri munimine conſignatas.

Datum Anno Domini MCCLXXVII. Idib. Novemb.

## XXXIV.

*Lantgravii Alberti Charta altera, qua Hermanni de Driford, Donationem Ratam habet.*

An. 1279. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. ALBERTUS DEI Gratia Turingiæ Lantgravius & Saxonie Comes Palatinus, Omnibus in perpetuum: quoniam ea, quæ ſunt in tempore Labuntur cum tempore, & à Lubrica Hominum excedunt Memoria dignum eſt, ut Geſta Fidelium, Auctoritate Magnatum & Scripturæ Notiã perhennentur; hinc eſt, quod conſtare volumus tam præſentibus quàm futuris hæc præſentes Litteras auditoris quod Fidelis noſter HERMANNUS Miles Junior de Driford, omnem Proprietatem ſuam quam in villa Herzelfwinde habuit cum omnibus attinentiis ſibi Bonis, videlicet Silvis, Pratis, Paſcuis, Agriculturis pariter & incultis ad Manus noſtras liberè reſignatam de collaudatione omnium Coheredum ſuorum Domino Marquardo Præpoſito in Elnde Nomine ſuæ Matricis Eccleſiæ in Reinartsborne Emptione XI. Marcarum & dimidiæ ſollempniter contradidit juſto Proprietatis Titulo poſſidendam & in uſus Eccleſiæ in Elnde perpetuis temporibus convertendam; Nos quia utriuſque Eccleſiæ proſectum diligimus, dictam Proprietatem cum omni Jure ſuperiùs memorato, liberaliter ipſis donavimus, & eandem Donationem juſto Libertatis Privilegio, perpetuò ſtabilimus: pretereà Capellam Sancti Nicholai in eadem villa ſitam, dictus Hermannus tam pro ſe, quàm pro Genitorum ſuorum Salute, præfatæ contulit Eccleſiæ ſimpliciter propter DEUM, ut eandem ipſe Præpoſitus & ſui Succeſſores nunc & ſemper officient, & Divina Officia ibi non vacillent: hujus noſtræ Donationis Teſtes ſunt Dominus Otto Comes de Lutterberg. Dominus Henricus de Frankenſtein. Dominus Henricus S. Nicolai in Iſenach. Dominus Conradus de Lacu Monafteriorum Præpoſiti. Dominus Hermannus & Wetzel Frater ſuus Milites de Mila, Univerſi noſtri Conſules & Scabini in Iſenach & quamplures alii Clerici atque Laici Fide digni: in cujus rei Argumentum perpetuis temporibus duraturum hæc patentes Litteras deſuper placuit conſcribi, & eas Sigilli noſtri Munimine fideliter inſigniri.

Datum in WARTBERG Anno Dominicæ Incarnat. MCCLXXIX. Sexto Idus Jun.

XXXV.

## XXXV.

*Theodorici Junioris Landgravii Charta Immunitatis  
concessa Reinhartsbornensibus.*

**T**HEODORICUS DEI Gratia Junior Thuringiæ Landgravius Orientalis Marchio & Circa An.  
Dominus in Groitzsch omnibus in perpetuum; facta modernorum, quæ agun- 1280.  
tur in tempore consueverunt Litterarum apicibus ingeri, ne trahantur à memoriis ho-  
minum per Oblivionem, quæ semper Mater Erroris existit, & deducantur cum tem-  
pore, per defluxum continuum temporalem; hinc est quod Nos ad Notitiam omnium  
tam presentium quàm futurorum apertius volumus ut accedat, quod intuentes, quia  
Bonum est æternæ Felicitatis Præmium Opere Laudabili prevenire, omnem Jurisdi-  
ctionem seu Judicariam Potestatem, quæ nobis de Facto vel de Jure competeat Ra-  
tione videlicet hereditariæ Successionis vel Domini in Thenneberg, in Monasterium  
Reinhartsborn, seu villas ad idem Monasterium pertinentes scilicet Friderichrode, Al-  
denberge. Wippenrode. Kumbah. Ersrode. Linningen. Dinsterberg & villam Rein-  
furst, nec non Predia ejusdem Monasterii scilicet, Eppenfelt. Anno. Engelspach.  
Bosfenrode. & Snepffentall. Appropriavimus seu in proprium dedimus eidem Mo-  
nasterio Reinhartsborn, in Remissionem nostrorum Peccaminum ob Reverentiam &  
Honorem DEI, & suæ Matris MARIE Virginis Gloriosæ, Sanctique Johannis Evan-  
gelistæ cum omni Utilitate pariter & Honore, quibus ad Nos pertinuisse dinoscitur,  
eadem Jurisdictione seu Potestas, tollentes abinde omnem Libertatem nostri Domini &  
quorumlibet Successorum meorum . . . . .

## XXXVI.

*Traditio Alberti Turingiæ Landgravii.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ALBERTUS DEI Gratia Turingiæ Land- An. 1282.  
gravius & Saxonæ Comes Palatinus omnibus in perpetuum. Cùm Secularium Ne-  
gotiorum Sarcina Nos in Infimum deprimente, raro vel nunquam, quod cum dolore  
dicimus, mentis nostræ Oculos ad superna erigere valeamus: necesse est, ut Elemo-  
finarum Largitione ad concambienda Transitoria Eterna, inspirante tandem Domino,  
assurgamus; hinc siquidem quod ad Notitiam cunctorum CHRISTI Fidelium tam  
presentium quàm futurorum pervenire volumus & extendi, quod adinstar Progenito-  
rum nostrorum, qui intuitu Æternorum, Ecclesiam in Reinhartsborn Temporalium  
Rerum Copia laudabiliter extulerunt, cupientes eandem solita Liberalitate in Divitiis  
& Honore pro viribus ampliare, de consensu parili & unanimi voluntate Filiorum no-  
strorum videlicet HENRICI, FRIDERICI & THEODORICI, contulimus ipsi Ecclesiæ ma-  
ximè tamen ad Instantiam, Venerabilis Viri Domini MARQUARDI ejusdem Loci Abba-  
tis, ob Honorem DEI & ejus Gloriosæ Genitricis & Virginis MARIE, Sanctique Jo-  
hannis Evangelistæ, quorum Patrociniis Locus ipse feliciter gubernatur; Montem  
Cincisberg usque ad fluvium Loncha cum parte Nemorum è vicino ipsius montis La-  
tere adjacentium, quæ Tamvortinawe dicitur, simpliciter & purè cum omni Utili-  
tate ac Proprietatis Jure nunc & in perpetuum, justo Donationis Titulo liberè possi-  
dendum, firmiter præsumentes, quod Fratres ibidem Die Noctuque Domino servien-  
tes pro salute nostra invigilent, quatenus qui de nostris meritis Fiduciam non habemus,  
Orationum suffragiis eorundem, Divinam Propitiationem facilius impetremus. Hujus  
rei Testes sunt Comes OTTO de Luterberg. GUNTHERUS & GUNTHERUS Comites &  
Fratres de Kefrenburg. Mathias Protho - Notarius noster. Hermannus de Mila.  
Guntherus de Slatheim. Hermannus Junior Strantz de Tullstet. Hermannus de  
Hayn. Hermannus de Herfillderodes. Albertus de Wilchwitz Milites. Ludovicus  
de Horfelgaw. Gurtherus & Christanus de Loncha, & quàm plures Alii Fide digni.  
Igitur ut hæc nostræ Liberalitatis Donatio ab hac Die inviolabilis & inconvulsa per-  
maneat

maneat omni Evo. Nos super eo presens conscribi fecimus Instrumentum Sigilli nostri munimine roboratum.

Datum & Actum in Castro WARTBERG. Anno Domini MCCLXXXII. Kalendis Februarii.

## XXXVII.

*Idem Lantgravius Advocatiam Villæ Coderitschs transfert in Jus Cœnobii Reinhartsbornensis.*

An. 1282. **I**N Nomine Domini Amen. ALBERTUS DEI Gratia Thuringiæ Lantgravius, & Saxonix Comes Palatinus, omnibus in perpetuum. Quoniam Mortalium Memoria sit infirma labilis & caduca, ne procedente tempore res perpetuò valituræ ignorantix vel Erroris Caligine involvantur, placuit ut sub Fide Testium infra scripta publicè redigantur: hinc est, quod ad Notitiam tam presentium quàm futurorum pervenire volumus & extendi, quod interventu Honorabilis Domini MARQUARDI Abbatis de Reinhartsborn, pro quadam Summa Peccuniæ contulimus ipsi & suæ Ecclesiæ, Jus Advocatiæ, quod habuimus in villa Coderitsch, & in decem Mansis & dimidio pertinentibus ad eandem, liberè & voluntariè nunc & in perpetuum pleno Jure, ita sanè, ut dictus Dominus Abbas & sui Successores, liberam habeant Facultatem ipsam Advocatiam conferendi uni de Heredibus BERTOLDI de Coderitsch, qui Ecclesiæ utiliter & fideliter inserviat, & Reprehensione digna penitus non committat, quod si idoneus non fuerit, nihilominus Fas sit ipsis, eandem Advocatiam pro suo Beneplacito conferre alteri Jure illi Hereditario succedenti: prohibemus insuper universis nostris Judicibus, Officialibus, Advocatis, sub obtentu nostræ Gratiæ damus in mandatis firmiter, ut in memorata Advocatia sive pretextu Officiorum suorum, seu cujuscumque occasionis, nihil ammodo exerceant Jurisdictionis vel temerariæ potestatis. Hujus rei Testes sunt Mathias Brotho-Notarius noster. Hermannus de Mila. Hermannus Stranz. Guntherus de Slotheim. Johannes de Hermesleiben. Hermannus de Faver. Hermannus de Heyn Milites & Alii quamplures, in hujus rei perpetuum Argumentum conscribi fecimus has patentes Litteras nostro Sigillo fideliter roboratas.

Datum in WARTBERG Anno Domini MCCLXXXII. II. Kal. Julii.

## XXXVIII.

*Traditio Henrici Militis de Stetevelt.*

An. 1283. **I**N Nomine Domini Amen. Ego HENRICUS Miles de Stetevelt omnibus CHRISTI Fidelibus in perpetuum. Ne ea, quæ geruntur in tempore, simul cum fluxu temporis elabantur, Consilio sane Providentiæ est inductum, ut Res perpetuò valituræ, Sigillorum & Scripti Munimine perhennentur. Igitur Ego HENRICUS de Stetevelt constare cupio universis presentibus & Posteris has Litteras auditoris, quod de unanimi collaudatione Heredum & Liberos meorum pariter & consensu, villam dictam Hutis & adjacentem Silvam *am Stupffelberg* cum omnibus suis Appenditiis, Agris, cultibus & incultibus, quin etiam Colonis seu Hominibus ibidem habitantibus una cum Campis, Viis & inviis, pratis, pascuis, & Rivis, vendidi Domino MARQUARDO Reinhartsbornensi Abbati & Ecclesiæ suæ, justæ Proprietatis titulo, sicut ad me petinebant hæc eadem Bona Ecclesiæ jam dictæ perpetuis temporibus in omni fructu & Utilitate liberè possidenda, receptis proinde VIII. Marcis Argenti ab ipso Abbate in usus meos necessarios jam conversis, conditione nihilominus hac adjecta, quod memoratus Dominus Abbas vel ejus Successores VII. Isenacensia maldera Avenæ, Tritici, & Siliginis, & quatuor Botos, mihi & Uxori meæ nomine JUTÆ, quamdiu ambo vixerimus, inde solvi faciet annuatim, post Obitum verò utriusque nostrum, hæc annonæ pensio revertetur ad ipsam Ecclesiam absolutè: insuper ad precavendam petitionem quamlibet imposterum LUDERUS Frater meus, cum duobus Filiis suis Friderico & Ludero, sub Testimonio presentium pro se & pro suis Heredibus renuntiavit omni Juri, quod vel me

vivente

vivente vel defuncto in eisdem Bonis habere aliquatenus viderentur, & quia hi, Sigillis propriis carent hanc Renuntiationem suam sub Sigillis infra scriptorum Testium publice protestantur. Testes autem hujus Contractus sunt Dominus Hermannus & Frater ejus Wezelo de Mila. Bertoldus de Creuzburg & Filius ejus Helfricus. Milites Dominus Hermannus de Spangenberg. Dominus Guntherus de Slatheim. Dominus Henricus de Bilstein, & Dominus Wolchmarus plebanus in Stetefeld, & quam plures Alii Fide digni, ut & hoc factum Robur obrineat perpetuæ Firmitatis presens Instrumentum super eo confectum munimine Sigillorum mei videlicet, & prefatorum Testium duxi fideliter roborandum.

Actum Anno Domini MCCLXXXIII. in die Sancti Marci Evangelistæ.

## XXXIX.

*Privilegium Libertatis concessum ab Alberto Landgr.*

**A**D vitandum futura Litigia; quæ Rerum Cupiditas generat incessanter. Consilio An. 1290. sane Providentiæ & instinctu, ut ea quæ rite & rationabiliter ordinantur, Scriptis authenticis & viva voce Testium perhennentur; hinc est, quod Nos ALBERTUS DEI Gratia Thuringiæ Lantgravius & Saxonie Comes Palatinus, recognoscimus & tam presentis quam futuri Aevi Fidelibus cupimus esse notum, quod inspecta nostri Claustrii in Reinhartsborn Indigentia, & defectu, ob honorem Omnipotentis DEI & suæ Matris Virginis Gloriosæ, ac nostræ Uxoris ELISABETH Thuringiæ Lantgraviæ perhenni Memoria ibidem peragenda, & in recompensam illorum, quæ fortè de Bonis ejusdem Claustrii indirectè aut superflue per Nos & Nostros propriè vel impropiè ex casibus cognitis & remotis, dinoscimur hætenus percepisse, nec non Honorabilis Viri Domini MARQUARDI tunc temporis Abbatis ibidem Instantiam studiosam, quem propter grata ipsius Obsequia Nobis ab ipso exhibita Gratia prosequimur speciali, Bona Deliberatione & nostrorum Fidelium Requisitione præhabita, & ex gratuita Voluntate & certa conscientia talem dedimus Libertatem, quod idem Dominus Abbas & Conventus omnes Mansos & Bona sui Claustrii, & nominatim Allodia Claustro pertinentia & subscripta videlicet Ailslebin. Rulhusen. Tutteleben. Sibeleben. Topstet. Tultstet. Buthusen. Sunthusen. Wortza. Ulleiben. Pro Utilitate Ecclesiæ Jure Hereditario exponere poterunt & locare Personis quibuslibet, pro ipsorum Placito & libera voluntate, nihil Nobis nostris Successoribus, Heredibus, seu Advocatis quibuscumque in ipsis mansis seu cultoribus illorum respectu talium Bonorum, Jurispetitionis aut Angariæ ammodo reservantes, immo etiam Bona sic exposita & Hereditata nostræ Tutelæ & Protectioni quoad vixerimus supponendo, volentes eorum Cultores semper prosequi omni Bono, ac honori & utilitati ejusdem Ecclesiæ intendere cum exacta diligentia, Bono Zelo: Si autem nostri Advocati vel alii quicumque, quod absit, nostris Libertatibus predictis ausu temerario præsumpserunt contraite, Dominum Abbatem, vel Ecclesiam Reinhartsbornensem, aut Cultores illorum Bonorum turbaturi, Nostræ non est nec erit oppositum voluntati, immò peroptimæ voluntatis, contra illos Jure Ecclesiastico suis Actionibus procedant, & si necesse habuerint, unum Militem vel Personam idoneam eligere poterunt de nostra Licentia & indultu, ipsos in ipsorum Bonis nostro Nomine defensantem quovis tempore indigenti, & ne hanc nostram Libertatem Emulorum livore, qui piis actibus obviare nititur incessanter per Posteris fauciet; Mens humana vel alicujus generis Calumnia presumat vel audeat infirmare, præsentem Paginam conscriptam desuper & confectam, omnibus sic rite & rationabiliter peractis, nostri Sigilli Robore volumus & jussimus communiri.

Actum & datum in Civitate ISENACH Anno Incarnationis Dominicæ MCCXC. Kal. Octob. Affuerunt etiam huic nostri Donationi & Libertati prædictæ Ecclesiæ Sanctæ. Hermannus de Mila. Guntherus, Berthous, & Fridericus Dapiferi Fratres de Slatheim. Albertus de Brandenburg. Hermannus de Hayn Senior. Hermannus Magister Curie dictus de Hersinderode. Eckardus de Sulse. Henricus de Mila tunc temporis noster Scultetus in Gota. Eberhardus de Molleben. Henricus de Kleberg. Reinhardus de Ulleiben. Henricus de Hayn nostri Castellani in Gota, & Mathias Numburgensis Ecclesiæ Canonicus, Nostræ Curie Proto-Notarius. Wilhelmus de Wisensee nostræ Curie Notarius, cum aliis quampluribus Fide dignis.

## XL.

*Marquardi Abbatis Reinhartsbornensis Notitia  
pro Donatione Henrici Militis.*

An. 1290. **N**OS MARQUARDUS DEI Gratiâ Abbas, Helwicus prior, totusque Conventus Reinhartsbornensis Ecclesiæ, tenore præsentium publicè recognoscimus, & constare volumus universis &c. quod dimidiam Marcam annui census, qui ex Legato Testamentario HENRICI Militis olim SACK dicti nobis obvenit &c. vendidimus Domino Hugoni Custodi Ecclesiæ nostræ, eo videlicet nomine & tenore, ut exinde Luminaria in Cemeterio nostro constructa pro Requite omnium Fidelium Defunctorum ibidem quiescentium, per Noctem arsura perpetuò continuentur. Anno MCCXC.

## XLI.

*Privilegium Immunitatis concessum ab Alberto  
Juniore Landgr. Thuringia.*

An. 1290. **N**E perhenni Res digna Memoria, oblivionis aliquando, Labilitate temporis depellente, secedant in Baratrum, Scriptis fulciri solent Autenticis, ut per hæc Secula sui non desint monumenta. Noscant igitur universi tam præsentis quàm Posterius hujus Paginæ Inspectores, quod Nos ALBERTUS Junior Thuringiæ Landgravius, videlicet Filius Lantgravii Turingiæ, Progenitorum meorum Illustrium, qui Reinhartsbornensem Ecclesiam piis semper studiis prosequentes, multis Beneficiorum & Gratiarum impendiis ipsam illustrarunt, laudabilibus inherere vestigiis satagentes, nec non Honorabilium Virorum Domini MARQUARDI Abbatis, & Conventus ejusdem Ecclesiæ, quorum erga Nos in multis plerumque Devotionis affectus enituit, quique Nos ad præsens XXV. marcis Argenti, voluntate gratuita donarunt, hortationibus & monitis salutaribus accedentibus, villas ipsi Ecclesiæ pertinentibus videlicet Friderichesrode, Aldemberge, Kumbah, Rode, quæ & Steinfurst, Dinsterberge, Leningen, Ersrode, & Wippenderode, ob Honorem DEI Omnipotentis & Gloriosæ Virginis Matris ejus, ac ut ibidem Nostri, ac Illustri Domini ALBERTI Patris nostri in in perpetuum agatur Memoria, antiquiori sua Libertate gaudere volentes, dictas villas ab Angaria petitionis octo Marcarum, quarum medietas in Festo B. Michaelis ad Castrum nostrum Thenneberg ex Consuetudine, ut audivimus nuper, sive secundum jus sive præter Jus inoluta, annis singulis petebatur, absolvimus de Consensu & beneplacito Patris nostri memorati liberaliter in æternum; nolentes Incolas dictarum villarum pro hujusmodi Angaria, deinceps ullo tempore per Nos vel Heredes nostros aut Successores aliquatenus molestari. Hujus rei Testes sunt Luderus de Hoisfelgaw. Haileman Junior de Hayn Milites; Fridericus dictus Gitze & Alii Fide digni: ut autem hoc nostræ Liberalitatis Indultum perpetuò Robur obtineat, nec imposterum ullo malignitatis Ingenio quatiatur, præsens Instrumentum desuper conscribi fecimus, & Sigilli nostri munimine roborari.

Actum & datum in REINHARTSBORN Anno Domini MCCXC. II. Non. Decemb.

## XLII.

*Aliud Immunitatis Privilegium concessum ab  
Alberto Landgr. Seniore.*

An. 1291. **I**N Nomine Summæ & Individuæ Trinitatis Amen. ALBERTUS DEI Gratia, Turingiæ Lantgravius, Saxoniz Comes Palatinus, Universis CHRISTI Fidelibus salutem in perpetuum: Ne ea, quæ geruntur in Tempore coram Nobis excidant à memoria, quæ Res est fragilis & caduca, expedit ut Gesta Perpetuitatis Robur habitura in Scripta publica redigantur: sane constare cupimus tam præsentibus quàm futuris  
has

has Litteras audituris, quod cum Cœnobium Reinhartsbornense, inter terminos nostri Domini constitutum, ad tantam vergeret Egestatem, quod plurimam partem Proventuum de Prediis & Mansis suis, quin etiam & ipsos Mansos venundari, & Colonis locari extraneis, necessitas, quæ Lege non constringitur, instigaret; Nos devotis Supplicationibus Religiosorum Virorum Domini MARQUARDI Abbatis, Prioris, Cellarii, Camerarii, ac totius Capituli ejusdem Claustris, eorumque Servitiis Nobis sæpe exhibitis favorabiliter inclinati, ne prædicta Bonorum Ecclesiæ alienatio, nostro Rigori, quem circa Locum præfatum Exercueramus, imputetur: de speciali affectu quo merito erga ipsos ducimur, super Predio ipsorum in Ulleiben, Auctoritate ac Testimonio præsentium eis hujusmodi contulimus Libertatem, quod idem Prædium cum Omnibus Bonis & Hominibus ad ipsum pertinentibus agris cultis seu incultis, pascuis, pratis, aliisque rebus suis à quibuslibet Exactionibus & Angariis, quæ ratione Advocatiæ, sive nostro, sive quorumlibet Filiorum nostrorum Nomine sibi possent aliquatenus irrogari, absolutum manere decrevimus perpetualiter & exemptum, consensu & ratificatione Filiorum nostrorum videlicet FRIDERICI, TEODORICI, & ALBERTI pariter accedente. Volumus nihilominus, & sub obtentu Gratiæ nostræ districtius inhibemus, ne aliquis Advocatorum seu villicorum nostrorum, sive quæcumque persona potens aut impotens, nostræ Jurisdictionis, dicti Predii Bonâ vel Colonos, qui ea susceperint excolenda præsumat aliquibus gravaminibus aut injuriis molestare: ceterum, si quisquam contra nostram hanc Exhibitionem eidem Loco sive Rebus sive Personis suis injuriosus Perversor exstiterit, aut offensor, quod absit, & unum de Militibus nostris aut Scultetum quemcumque Dominus Abbas aut Officiatus de Reinhartsborn ad hoc arbitrati fuerint, ipsis Auctoritate præsentium Vice nostra constituimus Defensorem. Testes hujus nostræ Donationis sunt Dominus Mathias Protho-Notarius noster. Dominus Henricus Præpositus Ecclesiæ S. Nicolai Isenacensis, Clerici. Dominus Albertus de Brandeburg, Heynemannus dictus de Indagine. Hermannus de Firsingerode. Theodoricus Waltmann, Milites. & quam plures alii Fide digni. Ut autem hæc nostra Donatio Liberalitatis Robur & Efficaciam obtineat perpetuæ Firmitatis, præsens inde conscribi jussimus Instrumentum, apponentes eidem Sigilli nostri scilicet, ac Filiorum qui præfati sunt, evidens Munitum.

Datum in WARTBERG Anno Domini MCCXCI. Id. Maii.

### XLIII.

#### *Alberti Lantgravii Notitia pro Donatione Ottonis & Godefridi Militum.*

**N**OS ALBERTUS DEI Gratiâ Thuringorum Landgravius & Saxonie Comes Pala-  
tinus, Recognoscimus his Scriptis, quod bonâ deliberatione præhabita ob hono- An. 1292.  
rem DEI & suæ Genitricis Virginis Gloriosæ, Ligna, quæ vocantur vulgariter Schadebach, quæ OTTO & GODEFRIDUS Fratres de Hasenheritschen à Nobis habuerunt, & pio Zelo ducti de consensu suorum Hæredum in Testamentum dederunt Ecclesiæ sive villæ in Elnde, ad instantiam honorabilis Viri Domini MARQUARDI quondam Abbatis in Reinhartsborn nostri Familiaris Dilecti, nunc pro ducenda vitâ magis commoda, Solitaria & quietâ, ejusdem Ecclesiæ Cellæ Privisoris, Appropriamus & in perpetuum erogamus Cellæ superius nominatæ, Proprietatis Titulo perpetuò possidenda, & his gaudeat & in omni Usufructu, Dignitate pariter & honore, Renuntiantes omni Juri nostro, quod habuimus vel quod nostros Successores vel hæredes possit contingere in eisdem, super quo dedimus præsens Scriptum nostri Sigilli Robore communitum.

Acta sunt hæc in Isenach in Curia Hermanni Magistri Curie nostræ. Anno Domini MCCXCII. præsentibus Heinemanno de Hayn Seniore, Hermanno Magistro nostræ Curie Wilhelmo nostro Notario & aliis Fide dignis.

## XLIV.

*Mechtildis Abbatissæ in Tullstett Notitia pro Acquisitione quorundam Prædiorum spectantium ad Monasterium Reinhartsborn.*

An. 1295. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ne Conveniones & facta Fidelium, Litigatorum abusus enervent, ea, quæ rationabili Dispositione gesta fuerunt à modernis, Scriptis authenticis roborata, ad Memoriam transumpta fieri convenit Posteris: hinc est quod ECKEHARDUS Præpositus MECHTILDIS Abbatissæ totusque Conventus Sanctimonialium Ecclesiæ Sancti Nicolai in Tullstett, his Scriptis constare volumus Universis, quod honorabiles Domini MARQUARDUS Abbas, totusque Conventus Reinhartsbornensis Ecclesiæ propter Turbationes Terrarum diutinas, & maximè per Incendium Claustrum sui, Debitorum onere prægravati, Curiam quandam Allodii sui sitam juxta Ecclesiam S. Nicolai in Tullstett & quinquaginta Agros in monte Eitersberg nobis & Ecclesiæ nostræ pro XXVIII. Marcis Usualis argenti vendiderunt titulo Proprietatis perpetuò possidenda &c. præsentem Litteram inde conscriptam appensione Sigillorum nostrorum videlicet, nec non honorabilium Virorum Domini Ekehardi Decani & Domini Heinrici Scolastici Ecclesiæ S. MARIÆ Erfordiensis, qui ab utraque parte Rogati, Testimonium perhibent de prædictis, fecimus roborari. Ad hæc etiam Testes sunt Dominus Henricus Senior dictus Strantz unâ cum Filiis suis Domino Hermanno Milite. Henrico & Odalrico Hermannus dictus Luterheim de Andesleben & Alii Fide digni.

Actum & datum Erfford Anno MCCXCV. VIII. Id. Septemb.

## XLV.

*Albertus Junior Landgravius confirmat Traditionem Hetwici & Adelheidis Conjugum de quadam Curia.*

An. 1296. **A**LBERTUS DEI Gratia Junior Landgravius Thuringiæ, Universis CHRISTI Fidelibus has Litteras inspecturis Salutem & omne Bonum; Ad æterna Beatitudinis præmia capessenda, Nobis non ambigimus profuturum, si Monasteriis aliisque Locis DEO dicatis, aut nondum collata conferimus, vel collata primitus Auctoritatis nostræ Robore confirmamus, quamobrem Itinera Progenitorum nostrorum, Illustrium Virtutum passibus imitantes, Curiam quandam sitam in Valtershufen, quam ad præsens Conradus dictus Heut inhabitare dinoscitur, à quodam olim HERWICO & Uxore sua ADELHEIDE, Monasterio in Reinhartsborn pro Animarum suarum collatam Remedio, eidem Monasterio favorabiliter condonamus, & Jure Proprietatis liberè possidendum perpetuò stabilimus, cum Fiducia Spem habentes, quod Fratres ibidem Domino famulantes, Nostri, Contectalisque nostræ Memoriam in suis Orationibus agere debeant omni Vita: ne igitur per ullam calumpniam seu violentiam importunam hæc nostræ Pietatis Donatio successu temporum enervari possit aliquatinus aut elidi, præsens Scriptum inde confectum Sigilli nostri appensione fecimus Roborari. Testes sunt Dominus Hartingus de Loncha Canonicus Ecclesiæ in Ordorff. Henricus Sacerdos Vice-Plebanus in Valtershufen. Ludovicus de Hurselingen, & Heilmannus de Hayn Milites. Fridericus dictus Gitz & Gernutus dictus Peven Fideles Nostri & Alii Fide digni.

Actum & datum in THENNENBERG Anno Domini MCCXCVI. VII. Id. Octob.

## XLVI.

*Donatio Comitum de Mansfeld facta Ecclesiæ in Lissen.*

An. 1298. **I**N Nomine Domini Amen. Ne gestarum Rerum seriem propter diuturnam Temporis defluentiam contingat Oblivionis tenebris obfuscare, expedit ea memorabilium

lium Litterarum Testimonio perhennari; hinc est quod Nos Henricus, & Henricus Fratres Comites dicti de Mansfelt, & Burgravii de Novo-Castro ad Memoriam omnium tam presentium quam futurorum cupimus pervenire quod pro salute Animarum nostrarum & Predecessorum nostrorum, tres Hortos sitos in villa quæ vocatur Liffenn; de quibus unum Felicis Memoriam Henricus Miles dictus de Stolzenhain, alios verò duos Hermannus de Schipliz à Nobis quondam habuerunt sub Jure & Gratia Feudali, Ecclesiam & Preposito ejusdem Loci in Liffenn donavimus cum omni Jure, Proprietate & Fructu eorundem perpetuò possidendos Renuntiantes omni Juri & Actioni, quæ nobis & nostris Heredibus posset competere in eisdem: ut autem hæc nostræ Proprietatis Donatio sive collatio in suo Vigore permaneat inconvulsa, presentem paginam præfatæ Ecclesiam Præposito & Fratribus ibidem DEO Famulantibus dedimus Sigillorum nostrorum Robore communitam. Testes hujus sunt Dominus Henricus Decanus & Plebanus in Gossin. Dominus Hermannus Plebanus de Codriz. Otto Miles dictus Benbis. Fridericus de Wineke. Conradus de Palude. Henricus de Stolzenhain. Henricus de Peles, & Alii quamplurimi Fide digni.

Acta sunt hæc Anno Domini MCCXCVIII. Indiçt. X. in diebus Gregorii Papæ.

## XLVII.

*Hermanni Militis piam cum Reinartsbornensi Cænobia  
initam Conventionem confirmat Albertus Landgravius.*

**I**N Nōmine Domini Amen. Quoniam Litterarum Testimonia Rerum gestarum Noti- An. 1303.  
tiam representant, pro Rebus transitoriis Lites uberrimè succrescentes Exterminant, Nos ALBERTUS DEI Gratia Thuringiæ Landgravius & Saxoniam Comes Palatinus, Recognoscimus & constare volumus Univerfis hanc Litteram inspecturis, quod cum Fidelis noster, HERMANNUS Miles de Heisingderode, Magister Curiam nostram, Bona quædam in Illeiben, & in Campis ipsius villæ sita, pro centum Marcis puri Argenti ab honorabilibus Domino Abbate & Conventu Ecclesiam Reinartsbornensis comparasset, datis videlicet Induciis eadem Bona infra certum Terminum pro Consimili Summa Pecuniæ reemendi, antequam Induciarum hujusmodi terminus exspirasset, predictus Miles Bona eadem, motu Liberæ voluntatis in Nostra presentia resignavit & restituit eidem Ecclesiam post sui Obitum, nomine Testamenti cum omni Jure, Utilitate pariter & Honore liberè denuò vacatura, quibusdam Conditionibus Interjectis, de solvendis videlicet Debitis ab ipso minus justè contractis, & de Altari in ipsa Ecclesia construendo, in quo Missarum Sollemnia pro Remedio Animæ suæ singulis diebus jugiter agerentur; postmodum verò, dictus Miles Variatione Rerum ex temporum mutabilitate pensata Ecclesiam ipsam, ac Personas attinentes ad ipsam ab Observatione omnium præmissarum Conditionum absolvit, pronuncians denuò voce libera & expressa memorata Bona post sui solius obitum, ad predictam Ecclesiam Reinartsbornensem absque ullo conditionis medio, remotis quibuslibet ex parte Heredum suorum obstaculis, liberè denuò reditura, receptis nihilominus proinde triginta Marcis puri Argenti sibi jam integraliter persoluti, nec non quatuor Talentis Denariorum Censu annui in villa Sibeleben, unà cum Ovilegio in Pullis & Aucis ibidem ad Officinam Cellerariæ Reinartsbornensis pertinentem, ad vitæ suæ duntaxat tempora possidendis. His igitur in nostra Audientia pertractatis Nos Petitioni utriusque Partis favorabiliter annuentes presens Instrumentum inde conscriptum in Testimonium dedimus, Sigilli nostri munimine Roboratum. Testes sunt Theodoricus de Almenhusen, & Henricus de Mila Milites. Wilhelmus Protho-Notarius noster, Hartingus Inltitor Civis Isenacensis & Alii Fide digni.

Datum in WARTBERG Anno Domini MCCCIII. X. Kal. Feb.

## XLVII.

*Fridericus I. Landgr. Villam Flensingen donat  
Reinartsbornensi Cœnobio.*

An. 1317. **I**N Nomine Domini Amen. Ne ea, quæ pro Ecclesiarum Utilitate & Animarum Salute ritè ab Hominibus fiunt, in oblivionem transeant, perhennari solent obsequio Litterarum; Igitur ad perpetuam Rei memoriam Nos FRIDERICUS DEI Gratia Landgravius, Missenensis & Orientalis Marchio, Dominusque Terræ Pflisneusis tam præsentibus quàm futuris cupimus esse Notum, quod Nos piis moti Affectibus, quos ad Religiosos Viros, Dominum Abbatem & Conventum Ecclesiæ S. MARIE Virginis, Beatique Joannis Evangelistæ in Reinartsborn gerimus, eisdem ob DEI Reverentiam, & nostræ, ac simul nostrorum Progenitorum Animarum salutem, Villam dictam Flensingen, cum omni Fructu, Jure, Utilitate & honore, ac pertinentiis quibuscumque, sicut ad Filios CUNEMUNDI quondam de Mila Militis, KUNEMUNDUM videlicet, HERMANNUM, FRIDERICUM & ALBERTUM, JUTAMQUE Matrem eorundem, hætenus pertinere dinoscebatur facta nobis villæ supradictæ libera resignatione per eosdem, dedimus & tenore præsentium damus, donamus, tradimus & appropriamus pleno Jure Proprietatis perpetuò possidendam: ut autem hæc nostra Donatio & Appropriatio, Robur perpetuæ Firmitatis obtineat & vires plenissimæ Donationis. has Litteras ipsis dare jussimus Nostri Sigilli Munimine Roboratas. Testes sunt GUNTHERUS Comes de Swartzenburg. ALBERTUS Burchavius de Aldenburg. Viri Nobiles Hermannus dictus Goltaker Noster Marefcalcus, & dictus Junkman Frater ejusdem cum pluribus Aliis Fide dignis.

Actum & datum GOTHA Anno Domini MCCCXVII.

## XLIX.

*Gutæ Nobilis Matronæ, ac Filiorum suorum Venditio  
Villæ Flensinges.*

An. 1317. **A**D Futuram Rei Memoriam. Nos GUTTA, Relicta quondam KUNEMUNDI Militis dicti de Mila, una cum Kunemundo, Hermanno, Friderico, & Alberto meis Filiis Recognoscimus Litteras per presentes, quod Reverendis Viris Domino Abbati nec non Conventui in Reinartsborn, & Domino HENRICO Præposito in Elnde, suisque Confratribus villam dictam Flensinges cum omnibus suis Usibus, proventibus, attinentiis, Juribus, honoribus & utilitatibus, quibus possedimus a multis retroactis Temporibus, pro XXIV. marcis examinati Argenti, matura deliberatione prævia & de unanimi consensu, Justo Emptionis Titulo interveniente, vendidimus rationabiliter, atque justè perpetuò possidendum, ita quod dicta Villa cum omnibus attinentiis præcise ad usum & utilitatem dicti Præpositi in Elnde, & suorum Confratrum dictæ Curie pertineat perpetuò pleno Jure, abrenuntiantes simpliciter omni Actioni, per quam hæc nostra Venditio tam legitimè & rationabiliter celebrata per Nos vel Nostros Successores posset impostero impediri, in quorum Ratihabitionem ampliorem, cum propriis careamus Sigillis, strenuorum Virorum Alberti de Brandenburg, Johannis dicti Slime, & Konemundi dicti Wetzels, Sigillis presentibus usi sumus, & Ego Albertus de Brandenburg, qui mihi & meis heredibus aliquid Jutis in dicta Villa ex meorum Progenitorum Successione vendicavi, omni Juri quod mihi vel meis Heredibus competere posset in villa prenarrata de Jure vel de factò, Abrenuntio simpliciter & in toto, & in hujus Abrenuntiationis & prædictæ Emptionis testimonium, meum Sigillum apposui ad præsentem. Testes hujus sunt Luderus & Gerlacus Fratres dicti de Brandenburg. Fridericus & Hermannus dicti Rorbelle. Conradus dictus de Amera Castrensis in Creutzburg. Henricus dictus de Tenstett. Hermannus dictus Engell, & Bertoldus de Titzels & Alii plures Fide digni.

Datum & Actum Anno Domini MCCCXVII. in die Jacobi in CREUTZBURG.

## L.

*Incorporatio Villæ Tunchusen.*

**M**ATHIAS DEI Gratia Sanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiscopus Sacri Imperii per Germaniam Archie-Cancellarius Venerabilibus & Religiosis Viris Abbati & Conventui Monasterii in Reinhartsborn Ord. S. Bened. Mogunt. Diocesi. Salutem in Eo, qui est omnium vera salus; cum Ecclesia Tunchusen olim Parochia, cujus Jus Patronatus vobis & vestro Monasterio pertinere dinoscitur, per certos Bonæ Memorix Domini Petri Archiepiscopi Moguntini Predecessoris nostri Commissarios certis & rationabilibus quibusdam ex Causis appareat esse destructa & in se usque ad Fundamentum collisa nec subditos habeat, qui ad ipsius sollempnitates veniant, sed in multis temporibus, Parochianis & Subditis destituta nequaquam adjicere valeat ut resurgat, ex parte vestra nobis instantius exstitit Supplicatum, quatenus Bonæ Possessiones & Redditus cum suis pertinentiis universis, propter Divinum Officium à CHRISTI Fidelibus olim prædictæ Ecclesiæ pia devotione collatos, pro Instauracione perpetuæ Vicariæ in eodem vestro Monasterio instaurandæ & per unum ex vestris Fratribus gubernandæ, qui pro memoria apud prædictam Ecclesiam Tunchusen Defunctorum Vicaria celebret in eadem vobis & vestro Monasterio donare concedere dignemur. Nos igitur &c.

Dat. Erfurt. Anno MCCCXXIV.

## LI.

*Traditio Henrici Militis de Stolzenhain.*

**R**es debet Veritatis amminiculo fulciri de qua poterit Questionis Scrupulus suboriri; hinc est, quod Nos HENRICUS DEI Gratia Numburgensis Episcopus, Recognoscimus & constare volumus præsentium Inspectoribus Universis, quod cum Fidelis noster HENRICUS de Stolzenhain Miles duos Mansos in villa Rotewiz sitos, à Nobis & Ecclesia nostra in Feodum, quia ad Nos & Ecclesiam Jure Proprietatis pertinuerunt solventes annuatim in Festo B. Michaëlis XVI. modios tritici & XVI. modios Ordei Wiffenfelsensis mensuræ, & unam marcã, cum aliis suis Juribus & pertinentiis ut in Capella S. Andreae Apostoli apud Ecclesiam Liffenn contiguè per ipsum funditus sub Expendis suis constructa & facta perpetuis futuris temporibus, cottidie una Missa pro salute Animarum videlicet HEDWIGIS Uxor ipsius, & JOHANNIS Patru sui. Bonæ Memorix, Omniumque Progenitorum suorum per unum de Sacerdotibus in Reinhartsborn celebretur, Abbati & Conventui dicti Monasterii legasset & donasset; Nos ad Supplicationem ipsius Militis, Mansos prædictos per ipsum liberè nobis resignatos, Abbati & Conventui Monasterii in Reinhartsborn predictis in proprium dedimus & damus ac donamus presentibus, nostro consensu nostrique Capituli accedente. In cujus Evidentiam Sigillum nostrum & Capituli nostri presentibus sunt appensa.

Datum Anno Domini MCCCXXV. Dominica die qua cantatur Cantate. Presentibus & Testibus Domino Ottone Decano. Ludovico de Selwiz Milite, & Rembotone de Liffenn. Conrado de Liffenn & multis Aliis Fide dignis.

## LII.

*Charta Friderici II. Lantgravii qua confirmat omnes Concessionem & Donationes à Progenitoribus suis eidem Monasterio factas.*

**I**N Nomine Domini & Individuæ Sanctæ Trinitatis. Imperat Justitia veri, devotio- que supplicat virtute præminentia, non solum in temporalibus Verum in Spiritua- libus omnem Divinam Gloriam firmari ampliando, quàm Fulcimento Testium & Scri- pturæ Fide in terrorem Doli Cecitatisque Caliginem suadet preservare; hinc est quod Nos FRIDERICUS DEI Gratia Turingiæ Landgravius Missinensis & Orientalis Marchio,

Dominusque Terræ Plissinensis ad perpetuam rei firmitatem & Memoriam omnibus præsentibus & futuris volumus esse Notum, quod cum felicitis Recordationis Progenitores Nostri Carissimi, speciali Devotione non solummodò ratione Sepulturæ eligendæ, sed etiam ad sollempnitates & Sedulitatem Divinæ Laudis reverenter intenzi, in salutem & remedium Animæ suæ, Viris Religiosis, Fratribus, Abbati & Conventui Ord. S. Benedicti in Reinhartsbornensi Monasterio, Donationibus, Appropriationibus honoris Jurisque Confirmationibus quacumque Largitione Elemosinarum fuerint inclinati; Nos ad honorem & Reverentiam Omnipotentis DEI Gloriosæque Virginis Matris suæ MARIÆ, nec non Sancti Joannis Evangelistæ, hujusmodi Donationes, appropriationes, Gratias, & consuetudines & quaslibet Elemosinæ Largitiones dicto Monasterio ab ipsis nostris Progenitoribus indultas & concessas maturo ex consilio, sanaque deliberatione ratificamus, approbamus, confirmamus denique in his ratificando, confirmando, approbando sollempnitatem cupientes eo Jure, quo tenemur adimplere, mandantes nostri Favoris & Gratiæ sub obtentu, ne quis hujusmodi nostræ Confirmationi præsumat aliquatenus contraire: ut autem hujusmodi nostra Confirmatio Robur amplius obtineat firmitatis, præsentis Litteras communitas dedimus Sigilli nostri Principatus.

Datum & Actum in dicto Monasterio Anno Domini MCCCXXVIII. Feria V. ante Galli Testibus & presentibus Dilectis nostris Viris Nobilibus GUNTHERO Comite de Kevernberg. Henrico Juniore Advocato de Plawen dicto Rusin nostro Capitaneo, Johanne dicto Grosin de Zweschin. Henrico de Tungesfelt. Arnolde de Hirsfelt. Ottone de Lodewiz Marskalko, Militibus nostris Scutariis & quampluribus aliis Fide dignis.

## LIII.

*Guntheri Comitis de Keffrenburg Appropriatio  
quorundam Reddituum.*

An. 1330. **N**OS GUNTHERUS DEI Gratiâ Comes in KEFFRENBURG recognoscimus publicè &c. quod intuitu DEI & strenui Viri Brunonis de Weberstete tres Marcas annui redditus à nobis Jure Feodali deservientes appropriamus Cœnobio Reinhartsbornensi . . . . . Testes hujus sunt Konnemundus & Otto Fratres dicti de Storternheim Milites; nec non Fridericus de Wittleben, Miles Castrensis in Keffrenburg.  
Datum Anno MCCCXXX.

## LIV.

*Litteræ Henrici Numburgensis Episcopi super Jure  
Patronatûs Ecclesiæ in Lissen.*

An. 1330. **I**N Nomine Domini Amen. Nos HENRICUS DEI Gratiâ Numburgensis Ecclesiæ Episcopus, Recognoscimus, & omnibus tam præsentis quàm futuri temporis volumus esse Notum, quod cum voluntate Domini ERNESTI Præpositi, Decani & totius Capituli Ecclesiæ nostræ consensu unanimi pariter accedente, Religiosis Viris Abbati & Conventui Monasterii de Reinhartsborn Ordinis Sancti Benedicti Moguntinæ Diocesis, supplicantibus sibi suisque Successoribus in perpetuum duximus indulgendum, ut quando vel quoties Ecclesiæ in Lissen nostræ Diocesis, predicto Monasterio in Reinhartsborn subjectæ pleno Jure similiter & annexæ Rectorem præfecerint, hic Domino Præposito nostro prædicto vel ejus Vicario cum Litteris ejusdem Monasterii Presentationis seu Commendationis & dimidia Marca Friburgensis Argenti, tanquam porcione Canonica se offerat, Curam Animarum jam dictæ Ecclesiæ suscepturus: Decernimus ergo præsentibus firmiter & sancimus, ut Dominus Præpositus, vel ejus Vicarius, qui pro tempore fuerit, præscripta Portione stet Contentus, nec quicquam amplius præter æternæ Retributionis Præmium quovis modo expetat vel requirat: ut autem præscripta omnia Robur obtineant perpetuum Firmitatis, hanc Cartam super eo conscribi & Sigillo

Sigillo nostro unà cum Sigillo Domini Ernesti Præpositi & Capituli Ecclesiæ nostræ  
jussimus communiri.

Datum Anno Domini MCCCXXX. Feria quarta proxima post Dominicam  
Invosavit.

## LV.

*Ejusdem Charta altera super Appropriatione  
quorundam Reddituum.*

**N**OS FRIDERICUS DEI Gratia Thuringiæ Landgravius, Misnensis & Orientalis Mar- An. 1335.  
chio, Dominus Terræ Plisnensis, Recognoscimus Præsentium Serie, & ad Uni-  
versorum tam præsentium quàm futurorum Notitiam volumus pervenire, quod Reli-  
giosis Viris Abbati, & Conventui Monachorum in Reinhartsborn Ordinis S. Benedicti  
X. Talenta Denar. Gotensium debita de Mansis villæ Emeleben, sitæ in districtu No-  
bilis Hermanni Comitis de Glichen, & unam Marcam debitam de Mansis, & Pratis  
villæ Hoifalgaw Districtus Thennebergensis, annuæ Pensionis seu Censuum, quem, in-  
quam Censum, Fidelis noster Conradus de Farenrode, suorum Heredum & aliorum,  
quorum interest accedente consensu, cum sæpeditis Religiosis Viris Abbate & Con-  
ventu in Reinhartsborn, pro nonnullis Bonis seu Redditibus sitis in villa Famar, quos  
iidem Monachi comparaverant ab Henrico dicto Topelstein Milite, pecunia permu-  
tavit, justis causis requisiti legitime cum Juribus & pertinentiis universis, Libertate,  
qua decet & convenit, appropriamus, coadunamus, annectimus perpetuis tempori-  
bus, pacifice ab Abbate & Conventu, qui pro tempore fuerit possidenda præsentibus  
Testibus his; Petro dicto Portik Marchalcho Nostro, Godefrido dicto Schindecop Ad-  
vocato Wartbergense Militibus. Joanne de Isemburg Curia Nostræ Protho-Notario  
& Aliis Fide dignis; & ne Temporis vetustate de præmissis nostro Proprietatis indulto,  
Error ac oblivio succitetur, hanc paginam desuper conscribi jussimus, nostrique Princi-  
patûs Sigillo majori communiri.

Actum GOTHA Anno Domini MCCCXXXV. Feria V. ante Jacobi Apostoli.

## LVI.

*Traditio Comitum de Osterfelt.*

**I**N Nomine Domini Amen. Quoniam ea quæ sunt in tempore, labuntur in terra- An. 1349.  
pore, expedit, ut ea quæ aguntur, in Scripta publica redigantur; Notum igitur sic  
omnibus præsens Scriptum inspecturis, quod Nos JOANNES & GUNTHERUS Fratres nati  
HENRICI Comitis de Osterfelt & HERMANNUS noster Patruus Filius GINTHERI Comi-  
tis, unanimi consensu & bona voluntate, duos Hortos unum situm in villa Lissenn,  
quem quodam dictus Hermannus Schied Jure Hereditario possedit, & alium situm in  
villa Butzendorff, quem Petrus dictus Behin à Nobis pro tunc habebat, qui solvit an-  
nuatim XVI. Grossos usuales. Vendidimus justo venditionis titulo Religioso Viro Do-  
mino Theodorico Præposito Ecclesiæ in Lissenn, & suis Successoribus perpetuè possi-  
dendos, quos scilicet Hortos donamus & appropriamus Monasterii in Reinhartsborn,  
Cellulæ predictæ, cum omni Jure & Utilitate . . . ut autem hæc Rata & fir-  
ma permaneant presentem Litteram dedimus Sigillo nostrorum Progenitorum ac no-  
stro firmiter Roboratum. Testes hujus rei sive Facti sunt, discreti Viri & honesti Do-  
minus Diteko Miles de Gossaw, Theodoricus dictus Kunt de Ordorff. Alboldus Se-  
nior & Filius ipsius Alboldus Advocatus, Conradus de Lissenn, Henricus de Stolzen-  
hain, Henricus Valdisberg, Gebehardus de Salzbach pluresque alii Fide digni.  
Dat. Anno MCCCXLIX. Udalrici Episcopi.

## LVII.

*Charta Friderici III. Lantgravii, qua cuncta Privilegia & Possessiones ejusdem Cœnobii confirmat.*

An. 1350. **I**N Nomine Domini Amen. Nos FRIDERICUS DEI Gratiâ Thuringiæ Landgravius Misnensis Orientalis Marchio, Comes in Orlamunde, Dominusque Terræ Plissinensis; Religiosis Viris Devotis sibi dilectis Abbati & Conventui Monasterii in Reinhartsborn Salutem in eo, qui est omnium vera Salus. Ex parte vestri nobis exstitit humiliter supplicatum, ut quascumque Donationes, Gratias, Libertates, Appropriationes, Jura & Privilegia à quibuscumque nostris Progenitoribus vobis & dicto vestro Monasterio concessa & indulta innovare & confirmare dignemur, vestris igitur in hac parte petitionibus, Divinæ Remuneracionis intuitu favorabiliter annuentes, omnes donationes Gratias, Libertates, Appropriationes Jura & Privilegia quæcumque vobis & Monasterio vestro prefato, sub quocumque Tenore & Expressione verborum per quoscumque Progenitores nostros factas, concessas & indultas, facta, concessa, & indulta laudamus, Confirmamus & Ratificamus, & in DEI Nomine præsentibus Approbamus, volentes hujusmodi nostras Innovationes, Confirmationes, Ratificationes, & Approbationes & Privilegia, eundem habere effectum, tantæque existere firmitatis ac si ipsarum & ipsorum Tenores de Verbo ad Verbum essent præsentibus inserti: in Præmissorum omnium Testimonium evidens, Sigilli Nostri Appensione præsentia duximus Roboranda. Præsentibus Testibus Nobilibus Friderico de Schonenburg Domino in Hasenstein. Timone de Colditz Marescalco, ac strenuis Alberto de Malditz Judice Curie. Ottone de Stottinheim. Kristano de Witzleiben. Henrico de Brandenstein, Henrico de Loncha & quampluribus aliis Fide dignis.  
Dat. Anno Domini MCCCL. Jubilæo Feria Quinta post diem Paschæ.

## LVIII.

*Ejusdem Friderici Charta altera, qua Hermanni de Mila Traditionem ratam habet.*

An. 1351. **I**N Nomine Domini Amen. Ne Rerum piè gestarum pereat Memoria, perhennari solet obsequio Litterarum, hinc est, quod Nos FRIDERICUS DEI Gratiâ Thuringiæ Lantgravius, Misnensis Orientalis & in Landisberg Marchio, Comes in Orlamunde, Dominusque Terræ Plissinensis Notum esse volumus, quod ad Interventum Viri strenui Servitoris nostri Dilecti HERMANNI de Mila, Abbati & Conventui Monasterii Reinhartsbornensis VI. Maldra avenæ annui Redditus . . . quos à nobis olim Wenceslaus de Lapide Miles in Feodo habuisse dignoscitur, & quos idem Hermannus à nobis in Feodo recepit, . . . eidem Abbati . . . appropriamus & donamus . . . Hujus rei Testes sunt Nobiles Timo de Colditz noster Marescalcus, Arnoldus Gudermannus Magister Curie. Cristannus de Witzleiben Judex Curie Milites. Contadus Cellerarius Reinhartsbornensis, ac strenui Hermannus de Mila. Henricus de Loncha. Theodericus de Limpach noster Protho-Notarius nostri Secretarii, & Fidelis Dilecti pluresque alii Fide digni.  
Dat. Anno MCCCLI. Feriâ IV. infra Pentecoste.

## LIX.

*Ejusdem Charta Tertia super Appropriatione quorundam Reddituum.*

An. 1354. **I**N Nomine Domini Amen. Nos FRIDERICUS DEI Gratiâ Thuringiæ Lantgravius, Misnensis, & in Landesberg Marchio, Comes in Orlamunde, Dominusque Terræ Plissinensis Recognoscimus & ad Univerforum tam Præsentium quàm Futurorum Notitiam

titiam deducimus, quod Divinæ Remuneracionis intuitu, nec non ob Progenitorum Nostrorum, Nostræ Heredumque nostrorum Animarum Remedium & Salutem, Religiosis Abbati & Conventui Ordinis Sancti Benedicti in Reinhartsborn devotis nobis Dilectis, duas Marcas Reddituum in villa & pago villæ Waltwinkel sitas, quas apud Nobilem HARTINGUM de Erfa Secretarium & Fidelem nostrum, iusto Emptionis & Venditionis interveniente contractu sua pecunia compararunt, recepta Resignatione Libera earundem, appropriavimus & aggregavimus ac presentibus appropriamus & favorabiliter unimus.

Datum GOTHÆ Anno Domini MCCCLIV. Feria IV. infra Octavam Paschæ presentibus & Testibus Nobili Henrico Comite & Domino in Swartzeburg. Kristano de Witzleben Judice Curie, Henrico de Kodewiz Cancellario, & Arnolde Juderman Secretariis & Fidelibus nostris Dilectis pluribusque aliis Fide dignis.

## LX.

*Friderici & Balthasaris Lantgraviorum Donatio  
Medietatis Curie in Salza.*

**I**N Nomine Domini Amen. Nos FRIDERICUS & BALTHASAR DEI Gratiâ Thurin-  
giæ Landgravii Mißnenses, Orientales & in Landisberg Marchiones, Comites in An. 1365.  
Orlamunde, Dominique Terræ Plißnensis: Notum facimus omnibus & singulis presentibus & futuris in perpetuum publice protestantes, quod Divinis Officiis, Jejunii, & Orationibus frequenter mancipatis, Elemosinarum donatione subvenire feliciter cupientes, Partem sive Medietatem Curie in Civitate Saltza sitæ, Juris via & Rigore Justitiæ à Nobilibus Fratribus de Saltza Nobis rationabiliter acquisitæ, & obtentæ, Divinæ Remuneracionis intuitu nec non ob Progenitorum nostrorum, Nostræ pariter & Heredum nostrorum Salutem Animarum nomine, Nostri, Fratris nostri Dilecti WILHELMI ac Heredum nostrorum cum omnibus Honoribus, Commodis, Utilitatibus, Libertatibus sicut eandem Curiam retroactis Temporibus possidentes tenuerunt; Religiosis Domino Abbati, nec non Conventui Ordinis Sancti Benedicti in Reinhartsborn commorantibus dedimus, donavimus & appropriavimus à Nobis Nostrisque Heredibus perpetuis temporibus pacifice possidendam, tenendam & habendam, & in suos usus, prout ipsis melius videbitur, liberè convertendam, & nihilominus harum Patrocinia Litterarum damus, donamus & in legitimæ Proprietatis Beneficium perpetuè duraturæ appropriando laudabiliter confirmamus, dantes eis desuper præsentem Litteram Nostris Sigillis appensis firmiter Roboratam in Evidentiam plenioram. Præsentibus Testibus Religioso Domino Abbate Salveldensi, ac strenuis Kristano de Wizenleiben, Joanne de Lengefelt, Henrico de Loncha, Hefin de Falkenstein, & Aliis quampluribus Fide dignis.

Datum ISENACH Anno Domini MCCCLXV. Feria IV. post Trinitatis.


## LXI.

*Gerlacus Archi-Episcopus Moguntinus in Reinhartsbornenses Beneficus.*

**G**ERLACUS DEI Gratiâ Sanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Episcopus Sacri Imperii  
per Germaniam Archi-Cancellarius. Ad Universorum tam præsentium quam An. 1365.  
futurorum precipuè tamen, quorum interest aut intererit Notitiam, tenore præsentium deducimus, quod deliberatione matura prehabita, Utilitate & Commodo nostri & nostræ Ecclesiæ diligenter attentis, freti Sapientum Consilio; partem Curtis seu Aræ nostræ devastatæ, desertæ & inutilis sitæ infra muros Oppidi nostri Salza prope Portam Sancti Jacobi ibidem quam noviter Juris Rigore & Justitiâ mediante à Nobilibus JOHANNE & FRIDERICO Dominis de Salza de novo acquisivimus & Titulo Proprietatis tenuimus, causa Pietatis moti, pro Nostræ ac Nostrorum Predecessorum Animarum Remedio & Salute, Religiosis Abbati & Conventui Monasterii

Reinhartsbornensis Ordinis S. Benedicti nostræ Diocesis in Emphiteosim locavimus & tradidimus perpetuè ab ipsis eorum Posteris & Monasterio possidendam taliter, quod ipsi & eorum Monasterium, omnibus & singulis Annis in Festo S. Michaëlis Archangeli Nobis Nostisque Successoribus ac Ecclesiæ Nostræ Moguntinæ perpetuò. II. Pullos annui perpetui Censui in signum Nostri directi Domini, pro Canone solvere tenebuntur, & debebunt, quos quidem duos Pullos Canonis seu perpetui Censui, Nomine Nostri & Ecclesiæ nostræ Provisori Allodii Erffurti aut Officiato nostro & Ecclesiæ Moguntinæ in Oppido Salza pro tempore existenti in singulis S. Michaëlis Festivitatibus perpetuò solvere, dare & procurare debebunt, quibus etiam Provisori & Officiato postulationem & receptionem dictorum duorum Pullorum Canonis seu Censui nostri, & Ecclesiæ Moguntinæ Nomine faciendam committimus per præsentem.

Datum ASCHAFFENBURGI XXII. die Mensis Junii Anno Domini MCCCLXV.



## X.

EXCERPTA NECROLOGII VETERIS  
ABBATIÆ MOLLENBECANÆ.

JANUARIUS.

	Kal. Jan.	<i>Godescalcus</i> Episcopus.
II.	Non.	<i>Balbuicus</i> Archi-Episcopus.
V.	Idus.	<i>Saracho</i> Abbas & Confessor.
XIV.	Kal. Febr.	<i>Bia</i> Conclufa.
XII.	Kal.	<i>Reinsuvit</i> Nobilissima Domina.
		PASCHALIS PAPA.
X.	Kal.	OTTO IMP.
IX.	Kal.	<i>Helmburg</i> Abbatissa.

FEBRUARIUS.

IV.	Nonas.	<i>Herburg</i> Abbatissa.
		<i>Friderun</i> Abbatissa.
		<i>Theodericus</i> Episcopus.
III.	Nonas.	DAGABERTUS REX & Amicus S. DIONISII.
VII.	Idus.	<i>Adelbertus</i> Episcopus.
		<i>Methilt</i> Abbatissa.
		<i>Henricus</i> Comes & <i>Everhardus</i> occisi sunt.
VI.	Idus.	<i>Hademoth</i> Abbatissa.
V.	Idus.	<i>Bernardus</i> Dux.
IV.	Idus.	<i>Brun</i> Episcopus Mindensis.
III.	Idus.	<i>Hadaburg</i> Abbatissa.
	Idus.	<i>Eccwardus</i> Episcopus.
XV.	Kal. Mart.	Anno Mindensis Episcopus.
XIV.	Kal.	<i>Rabodo</i> Comes.
XI.	Kal.	<i>Thidericus</i> Episcopus.
VI.	Kal.	<i>Reinmorb</i> Abbatissa.
V.	Kal.	KONEGUNT IMPERATRIX.
II.	Kal.	<i>Humfridus</i> Archi-Episcopus.
		<i>Thidericus</i> Episcopus.

MAR-

MARTIUS.

	Kalend.	BIA Abbatisa hujus Cœnobii. <i>Bia</i> Abbatisa cum summa Devotione contulit Ecclesie nostrae septem Mansos & Homines proprios.
IV.	Nonas.	BERTHEIT Abbatisa hujus Cœnobii.
III.	Nonas.	Thetmarus Mindensis Episcopus Beatæ Memorie.
IV.	Idus.	Vuicfuvit Advocatisa in Molenbike, quæ contulit Ecclesie nostræ XX. Mansos.
		Thetmarus Abbas.
III.	Idus.	METHILDIS hujus Cœnobii Abbatisa. <i>Methilt</i> piæ Memorie in Ornatum Ecclesie nostræ contulit tres Casulas, aureum Calicem, Crucifixum, duo Tapetia & unum Ruckelaken & Capam purpuream & duos Mansos.
II.	Idus.	Jutta Abbatisa.
	Idus.	Bertoldus Episcopus Hildenssemensis.
XV.	Kal. April.	Hunur Abbatisa.
XIV.	Kal.	ODILA Abbatisa hujus Cœnobii, piæ Memorie, contulit Nobis Bona in Holeberge, quæ solvunt Nobis VI. Solidos.
VIII.	Kal.	Renwif Abbatisa.
VII.	Kal.	Volbreth Comes.
VI.	Kal.	Hermannus Dux.

APRILIS.

VIII.	Idus.	ALVERAT hujus Cœnobii Abbatisa.
		Herman Abbas.
III.	Idus.	Oda Abbatisa.
		Siwif Abbatisa.
II.	Idus.	Osterlînt Abbatisa.
	Idus.	Paternus Inclusus.
XV.	Kal. Maj.	Methilt Abbatisa in Bersne.
XIV.	Kal.	Milo Episcopus Mindensis dedit nobis in Cœna Domini duas magnas Simellas.
XII.	Kal.	Rigiza Abbatisa.
X.	Kal.	Hildefuvit Abbatisa.
IX.	Kal.	Hildefuvint Abbatisa.
		Seburg Abbatisa.
VIII.	Kal.	Everhardus Episcopus.
VI.	Kal.	Hadevwig Abbatisa.
V.	Kal.	Adildag Episcopus.
		Abbericus Abbas.
		Hozel Episcopus.
IV.	Kal.	Adildagus Archi-Episcopus.
III.	Kal.	Sivardus Mindensis Episcopus.
II.	Kal.	Wizenburch Abbatisa.

MAYUS.

VI.	Nonas.	Berthilt Abbatisa.
VIII.	Idus.	OTTO IMP.
VII.	Idus.	Adelgarius Archi-Episcopus.
VI.	Idus.	Heinricus Comes.
X.	Kal. Junii.	HEINRICUS IMP.
VIII.	Kal.	Tugumir Dux.
Prid.	Kal.	Hermannus Comes.

## JUNIUS.

V.	Nonas.	<i>Drogo</i> Episcopus.	
		<i>Meinwercus</i> Episcopus.	
VII.	Idus.	<i>Erekembertus</i> Episcopus.	
VI.	Idus.	<i>Rothardus</i> Venerabilis Abbas.	
V.	Idus.	<i>Bardo</i> Archi-Episcopus.	
		<i>Poppo</i> Episcopus.	
IV.	Idus.	RIKENZE IMPERATRIX.	
III.	Idus.	<i>Widekindus</i> Comes.	
		<i>Reinbertus</i> Archi-Episcopus.	
XIV.	Kal. Julii.	<i>Thetmarus</i> Archi-Episcopus.	
		<i>Reinvuart</i> Abbas.	
		FRIDERICUS IMP. Romanorum.	
		<i>Eile</i> Venerabilis Abbatissa.	
XI.	Kal.	<i>Wilbrandus</i> Comes.	
		<i>Rudolfus</i> Comes.	
VIII.	Kal.	<i>Bertsuwit</i> Abbatissa piz Memoria.	
VI.	Kal.	<i>Lutger</i> Comes.	
		<i>Otto</i> Comes.	
		<i>Brun</i> Comes.	
III.	Kal.	<i>Gero</i> Archi-Episcopus.	

## JULIUS.

	Kalend.	<i>Hildeburg</i> Abbatissa.	
		HEINRICUS REX.	
		<i>Bodo</i> Episcopus.	
Prid.	Nonas.	<i>Adolfus</i> Comes apud Paganos occisus.	
	Nonis.	<i>Fridericus</i> Comes.	
VIII.	Idus.	<i>SIBURH</i> Abbatissa hujus Cœnobii.	
		<i>Richburh</i> Abbatissa.	
III.	Idus.	HEINRICUS IMP.	
	Idus.	<i>Bernhardus</i> Comes.	
XIII.	Kal. Aug.	<i>Conradus</i> Comes occisus.	
IX.	Kal.	<i>EILBURH</i> hujus Cœnobii Abbatissa.	
VII.	Kal.	<i>Duodo</i> Episcopus.	
VI.	Kal.	<i>Lutharius</i> Episcopus.	
		<i>Heinricus</i> Comes.	
Prid.	Kal.	<i>Atta</i> Abbatissa.	

## AUGUSTUS.

	Nonis.	<i>Heinricus</i> Comes.	
VIII.	Idus.	<i>Hecete</i> Episcopus.	
VII.	Idus.	HEINRICUS IMP.	
VI.	Idus.	<i>Beatrix</i> Abbatissa.	
IV.	Idus.	<i>Helmburh</i> Abbatissa.	
II.	Idus.	GODEFRIDUS Dux & Rex Hierosolimorum.	
	Idus.	<i>Walthardus</i> Archi-Episcopus.	
		<i>Thidericus</i> Comes.	
		<i>Ludolfus</i> Abbas.	
XIX.	Kal. Sept.	<i>Tetmarus</i> Comes.	
XII.	Kal.	<i>Odila</i> Abbatissa.	
XI.	Kal.	<i>Vuillibrandus</i> Comes.	
			VIII. Kal.

- VIII. Kal. *Levizo* Episcopus.  
 VII. Kal. Obiit *HILDEBURH* hujus Loci Fundatrix.  
 IV. Kal. *Wolcmarus* Episcopus.

## S E P T E M B E R.

- VIII. Idus. *Bernharius* Episcopus.  
 Idus. *Gevo* Comes.  
*Arnolphus* Comes.  
 XVII. Kal. Oct. *Wolcharius* Episcopus.  
 XV. Kal. *Baduradius* Episcopus.  
 XI. Kal. *Ida* Comitissa.

## O C T O B E R.

- Kalend. *Reinwardus* Episcopus.  
 V. Nonas. *Hildegart* Comitissa.  
 III. Nonas. **HEINRICUS** Tertius Roman. Imp.  
 VI. Idus. *Sigebertus* Episcopus.  
 Prid. Idus. *Hartuvih* Episcopus.  
 Idus. *Rodolf* Dux.  
 XVI. Kal. Nov. *SIMOT* Abbatissa hujus Cœnobii.  
 XV. Kal. *Reinoldus* Comes.  
*Udo* Episcopus.  
*Borgisus* Episcopus.  
 XIII. Kal. *Heinricus* Dux.  
 VI. Kal. *Adelwardus* Episcopus.

## N O V E M B E R.


- IV. Nonas. *Godefridus* Comes occisus.  
 VIII. Idus. *Fridericus* Comes.  
 IV. Idus. *Wernerus* Mindensis Episcopus.  
 III. Idus. *Eila* Comitissa.  
*Rotger* Comes.  
 Idus. *Adolphus* Comes.  
 XVII. Kal. Dec. *WINDELBURH* hujus Cœnobii Abbatissa.  
 XVI. Kal. *Themarus* Episcopus.  
 IX. Kal. *Rihburh* Abbatissa.  
 V. Kal. *Godekin* Comitissa.  
 III. Kal. *Ricbertus* Episcopus.

## D E C E M B E R.

- Kalend. *Emma* Comitissa.  
*Eilbertus* Episcopus Mindensis cum summa Devotione contulit  
 Nobis LX. panes, dimidios Albos & dimidios Siligineos; unum  
 porcum; X. modios Avenæ.  
 III. Nonas. **LUTGERUS** Imp. Romanorum.  
 Prid. Non. *Anno* Colonensis Episcopus.  
*Tetmarus* Episcopus Monachus.  
 VII. Idus. **OTTO** Imp.  
 VI. Idus. *Odalrici* Episcopi.  
*Heile* Dux.  
 IV. Idus. *Folcmarus* Episcopus.  
 III. Idus. *ADELEIDIS* hujus Cœnobii Abbatissa.

142 Excerpta Necrologii Veteris Abbatiaë Mollenbecanaë.

XVIII.	Kal. Jan.	<i>Godescalcus</i> Episcopus.	Kal. Jan. VIII.
		<i>Heremannus</i> Comes.	Kal. Jan. VII.
XVII.	Kal.	ABUG Abbatisa hujus Cœnobii.	Kal. Jan. IV.
XVI.	Kal.	ADELHEIT IMPERATRIX.	
XII.	Kal.	THIDERICUS Cardinalis.	
XI.	Kal.	<i>Kicwera</i> Abbatisa in Wngereftorf.	
VI.	Kal.	<i>Hildeswit</i> Abbatisa.	
V.	Kal.	<i>Widigo</i> Episcopus Mindensis.	
		<i>Alberat</i> Comitissa.	
IV.	Kal.	<i>Wicburh</i> Abbatisa.	



XI.

NOTITIÆ MONASTERII OMNIUM  
SANCTORUM.

I.

*Sententia Arbitralis Lata super Possessione quadam  
in Heselimbah.*

An. 1221.

**B.** Decanus F. Cantor Argentinensis, Domini Papæ Judices delegati, omnibus CHRISTI Fidelibus præsentem paginam intuentibus Rei Gestæ Notitiam. Quoniam cum tempore labi consuevit Hominum Memoria, & invidia mordax & Amor Lucri, qui proximis & parentibus præfertur, Lapsu temporis inducere consuevit discordias, necesse est, frequenter Hominum Gestâ Schedulis annotare: Noverint igitur tam præsentès quàm futuri præsentem paginam inspecturi, quod cum WALTHERUS Præpositus Omnium Sanctorum à Domino Papa, Judices super quadam Possessione in Heselimbach, Nos elegisset, Partibus ad nostram præsentiam sæpius citatis, eisque prout Jus exigebat Juri competentibus & allegationibus hinc inde propositis, tandem de Prudentum Virorum Consilio ab utraque parte in Arbitros est compromissum, qui taliter arbitrati sunt, quod Heredes Domini B. Fratris Arnoldi, Hereditatem de qua Lis vertebatur, à jamdicto Præposito & ejus Successoribus hereditario Jure recipiant, mediante Jure quod dicitur *Erschaz*, & singulis Annis eidem Cenobio XI. Uncias Argentinensis Mōnetæ in censu dabunt in Festo siquidem S. Joannis Baptistæ, & Festo B. Martini & sic Hereditatem suam quietè possidebunt, si quem autem prædictorum mori contigerit casum qui dicitur *Val*, eidem Cenobio donabit, & quia Ego B. Decanus huic arbitrio interesse nequivi, dilectum Confratrem & Scholasticum Majorem Domino Cantori Conjudicem constitui, qui vicem meam fideliter gerens huic controversiæ finem imponi laboravit.

Acta Anno Domini MCCXXI. Mense Julii.

II.

*Confirmatio Amicabilis Compositionis initæ inter  
Præpositum Monasterii Omnium Sanctorum & Bertol-  
dum de Winterbach.*

An. 1228.

**B.**ERTHOLDUS DEI Gratiâ Argentinensis Episcopus, Omnibus præsentem paginam inspecturis, firmiter credere quod testatur. Noverint Universi præsentès & futuri, quos nosse fuerit opportunum, quod Fratres Ordinis Prædicatorum scilicet R. de Gutenstein & A. de Megedeburch nobis ex parte BERTHOLDI Militis de Winterbach

bach veraciter retulerunt, quod iussi essent & rogati per eundem B. Militem, quod ipsi duo, pro prædicto Milite in nostra profiterentur & protestarentur præsentia sic esse ordinatum coram multis inter eundem Militem & Præpositum & Conventum de omnibus Sanctis, Præmonstratensis Ordinis, quod Pensio illa videlicet XVI. solidi Denariorum XXVII. Siliginis XII. avenæ & II. Pisæ Quartalia, quam Ecclesia de Omnibus Sanctis dare tenetur annuatim in Festo S. Michaëlis de Bonis suis Militi supra dicto quamdiu vixerit, quæ de VII. Marcis, quas Ecclesia de Omnibus Sanctis daret & de triginta tribus Marcis Argenti quas dictus Bertholdus miles & AGNES Uxor sua defuncta Ecclesiæ omnium Sanctorum in Remedium suarum & Antecessorum suorum Animarum contulerunt, ad emendum quoddam Allodium cujus Proventus idem Bertholdus Miles & dicta Agnes Uxor sua temporibus Vitæ suæ tantum & nullus de Heredibus eorum percipere deberent, secundum æstimationem Prudentum Virorum posset comparari post mortem memorati Bertholdi Militis integraliter cedere debet Ecclesiæ Omnium Sanctorum antedictæ: similiter quædam vinea in Lienbach sita X. Marcis empta à prædicto Bertholdo Milite & Agnere Uxore ejus defuncta, eidem Ecclesiæ Omnium Sanctorum collata sub hac forma, quod Ususfructum ejusdem Vineæ tempore vitæ suæ, pro Ama vini dictæ Ecclesiæ annuatim ab ipsis danda sibi retinerent, post Obitum prædicti Militis prænominatæ Ecclesiæ cedit liberè & absolutè: Turrim verò Lapideam in Winterbach dictus Bertholdus Miles & sui Heredes Jure hereditario possidebunt, ab Ecclesia de omnibus Sanctis, sed tamen idem Miles & sui Heredes dabunt annuatim eidem Ecclesiæ in Censu Amam vini de Turri antedicta: ne ergo super præmissis inter dictum Bertholdum Militem vel suos Heredes & Ecclesiam de omnibus Sanctis &c.

Datum Anno Domini MCCXXVIII.

### III.

#### *Bertholdi Episcopi Argentinensis Notitia pro Donatione Guts Nobilis Matronæ.*

**B**ERTHOLDUS DEI Gratiâ Argentinensis Episcopus Universis præsentem Paginam An. 1229. inspecturis Salutem in vero Salutari. Cum Cœnobium omnium Sanctorum ad Ecclesiam nostram specialiter pertineat; tenemur modis omnibus ad ipsius promotionem, auxilio & consilio laborare: Notum sit igitur tam præsentibus quàm posteris Dominam GUTAM de Reinichen omnem possessionem suam de voluntate & consensu nostro eidem Ecclesiæ in Remedium Animæ suæ per manum nostram assignasse, ut autem præfata donatio rata permaneat & inconvulsa præsentem Cartulam Sigilli nostri appensione munitam, jam dicto Claustro in Testimonium concessimus habendam.

Actum Anno Domini MCCXXIX.

### IV.

#### *Notitia pro Venditione Curia in Satzbach facta in Favorem Monasterii Omnium Sanctorum.*

**N**OTUM sit tam præsentibus quàm futuris, quod Ego RENBOTO Hirsaugiensis An. 1233. Abbas, & totus ejusdem Cœnobii Conventus gravati onere debitorum, pensata necessitate Ecclesiæ Curiam nostram in Satzbach cum omni Jure & pertinentiis & Decima nobis pertinente per totam Parrochiam H. Præposito & Capitulo Monasterii Omnium Sanctorum Præmonstratensis Ordinis, Argentinensis Diœcesis ac per eos ipsi Monasterio pro XX. Marcis argenti purè vendidimus, ita quod ipsi præfatam Curiam ac Decimam de manu obligatoriorum redimere debeant, qui eadem Bona titulo Pignoris detinent obligata: verùm quia iidem detentores Pignorum, nobis in Bonis eisdem diversas hætenus irrogarunt Injurias & supra sortem multo amplius

perceperunt, quicquid ex hoc nobis erga ipsos competit quæstionis, totum damus & concedimus Monasterio memorato, ut autem dictus Emptionis & Venditionis contractus in perpetuum permaneat illibatus præsentem Cartam conscribi fecimus.

Acta sunt hæc Anno Domini MCCXXXIII. XVII. Kal. Septemb. in Capitulo Hirsaugiensi.

## V.

*Adelheidis Nobilis Matronæ Donatio Curie  
in Hasela.*

An. 1247. **E**GO ADELHEIDIS, Relicta Nobilis Viri GOTFRIDI piæ Memoræ de WOLFHAHE, omnibus præsentem Paginam inspecturis; sciant Universi quos scire expedit, quod Ego in Remedium Animæ meæ & Gotfridi Mariti mei Bonæ Memoræ, emi Ecclesiæ Omnium Sanctorum in Nigra Silva, Præmonstratensis Ordinis, quandam Curiam sitam in Hasela prope Obirkilche cum omnibus suis Attinentiis, pro XXII. Marcis Argenti, tradens & conferens Ecclesiæ prælibatæ Possessionem ejusdem Curie sub tali Forma, quod Præpositus & Conventus ejusdem Ecclesiæ dabunt mihi temporibus vitæ meæ omnes proventus Curie prædictæ; post mortem verò meam medietas dictorum proventuum debet cedere WILLEBROGI Famulæ meæ annuatim, Willibirga verò defuncta, sæpe dicti Proventus integraliter cedent Ecclesiæ memoratæ.

Actum Anno Domini MCCXLVII.

## VI.

*Henrici Episcopi Argentinensis Confirmatio Compromissi inter Præpositum Omnium Sanctorum & Reinhardum de Winegge.*

An. 1249. **H** DEI Gratiâ Argentinensis Episcopus scire volumus Universos Litterarum præsentium Inspectores, quod cum inter H. Præpositum & Conventum Omnium Sanctorum Præmonstratensis Ordinis in Nigra-Silva ex una parte, & Dominum REINHARDUM Militem de WINEGGE Fidelem Nostrum ex altera, super quadam Curia in Sachbach sita, & Decimis eidem attinentibus aliquamdiu discordia mota fuisset, tandem ex Parte R. in Archipresbiterum de Otirswiller, Hertwigum militem de Schowinbure & H. militem de Otirswiller; ex parte vero Præpositi & Conventus in Dominum B. de Nuwenstein & B. dictum Lise, & Ulricum dictum Colbi Milites, pro Bono Pacis exstitit compromissum, qui sex in hunc modum Arbitrantes, statuerunt quod dicti Præpositus & Conventus in Nigra Silva omni Impetitioni seu Actioni quam in præfatum R. occasione Damnorum ipsis ab eo pro Bonis eisdem sive de Jure sive de facto illatorum, quæ damna circa XL. Marcas æstimabant, purè & simpliciter renuntiarunt, IV. Marcas Argenti, quas idem Miles ipsis solvere tenebatur, eidem insuper remittentes, & de Bonis in Nuizaz de quibus Fratres prædictæ Domus usque modo X. solidos singulis annis receperant, deinceps recipient Libram Cera, Mortuاريorum Jure quod habent in Persona, quæ Curiam eandem habet, ipsis Fratribus reservato, ipse verò R. & sui Heredes Legitimi, Præpositum sæpe dictum & Fratres in Curia prædicta & Decimis non gravabunt, sed ipsos eandem quietè & pacificè debent permittere de cætero possidere, hanc Compositionem nos ratam habentes & gratam, ipsam præsentibus confirmamus & in ejus Memoriam ipsis nostrum Sigillum una cum Sigillis dicti R. & Patruelis sui Regbotonis & Conventus memorati duximus appendendum.

Datum Anno Domini MCCXLVIII. XVIII. Kal. Feb.

## VII.

*Venditio quorundam Bonorum Henrici Villici de  
Offenburc facta in Favorem Cœnobii Omnium-Sanctorum.*

NOTUM sit omnibus præsentis Paginæ Inspectoribus & tenoris ejusdem Auditoribus, quod Ego HEINRICUS Villicus de Offenburc de consensu & voluntate Fratrum meorum Friderici scilicet & . . . . . de Vesinbach vendidi universa mea Bona sive sint propria sive hereditaria, quæ habui sita in Banno Villæ Sande, quæ est vicina Villæ Willestetin videlicet LX. Jugera & unum Terræ Arabilis & tantum de pratis quantum XIV. Viri una die poterunt defalcare, & Redditus XII. Solidorum Denariorum & XII. Canonum singulis Annis de Curiis & Domibus sitis in dicta Villa Sande, Præposito & Conventui Ecclesiæ Omnium Sanctorum Præmonstratensis Ordinis Argentinensis Diœcesis pro XXVI. Marcis puri & Legalis Argenti, quorum Bonorum possessionem ipsis Præposito & Conventui tradidi & assignavi tenenda in perpetuum ab iisdem, quorum etiam Bonorum præmium videlicet dictas XXVI. Marcas Litteris præsentibus ab ipsis me confiteor recepisse; de parte verò Bonorum antedictorum Præpositus & Conventus sæpedicti solvent annuatim pro Censu IV. Solidos Argentinensis Monetæ Priorissæ & Dominabus de Sancta Agnete extra Muros Argentinenses: ne autem inter me & meos Successores ex una parte, & Præpositum & Conventum prænominatos ex altera aliquid possit imposterum super venditione dictorum Bonorum quæstio vel ambiguitas aut discordia suboriri præsentem paginam Sigillis Reverendi in Christo Patris ac Domini mei H. Argentinensis Episcopi & Civitatis in Offenburch communitam in Testimonium & Evidentiam præmissorum duxi conferenda.

Actum Anno Domini MCCLIV. XIII. Kal. Julii.

## VIII.

*Donatio Utæ Nobilis Matronæ.*

NOS UTA Relicta Nobilis Viri Domini GOTFRIDI Comitæ de CALWE piæ Recordationis, Omnibus præsentis paginæ Inspectoribus, vel tenorem ejusdem Auditoribus, volumus esse notum, quod Nos DEI & Omnium Sanctorum intuitu, & pro Remedio Nostræ & dicti Mariti nostri Animarum, Proprietatem Bonorum sitorum in villa & Banno Walthorf, quam Burkardus Conversus Ecclesiæ Omnium-Sanctorum à Nobis & Marito nostro in Feodo tenebat, quamdiu fuit in sæculo, Ecclesiæ Omnium-Sanctorum prædictæ dedimus & damus, contulimus & conferimus in perpetuum tenenda & possidenda ab eodem liberè, pacificè & quietè, & sine qualibet Exactione Angariis & Collecta atque Servitiis, nolentes, quod aliquis Heredum vel Successorum nostrorum, quicquam Juris deinceps sibi vendicet in Bonis eisdem, & in Testimonium & Evidentiam atque probationem præmissorum, præsentem Litteras conscribi fecimus.

Datum Anno Domini MCCLXII. in Octava Beati Martini.

## IX.

*Salguntæ Viduæ & Filii sui Donatio quorundam Bonorum.*

NOVERINT Universi tam præsentem quàm Posteri hujus Litteræ Inspectores, quod Ego SALGUNT Relicta quondam CUNRADI dicti Magi, Civis Argentinensis, & PEREGRINUS, Scholaris Filius meus; Bona nostra, Agros scilicet viniferos in Banno Berchem, duos Agros in dem Vorsti, qui vulgò dicuntur die Brattin Rebin, unum Agrum in Rollimatin, dimidium Agrum in Rutineich, Agrum unum in Banno Eichohi juxta vineas Monachorum de Altorf sitos, & Redditus XIV. Sextariorum Sili-

ginis annuatim in villa Gireshein, Fratribus & Monasterio Omnium-Sanctorum Ord. Præmonstratensis, purè & simpliciter propter DEUM conferimus & donamus in Remedium Animarum nostrarum, Donatione facta inter vivos purè & simpliciter & irrevocabiliter, & in totum omne Jus & Dominium, quod in eisdem Bonis habuimus & habere debuimus, in prædictos Fratres & Monasterium absolutè & liberè transferendo; in cuius rei Testimonium Sigillum Curia Argentinensis, nostris precibus præsentis Scedulæ est appensum.

Nos BILLUNGUS Judex Curia Argentinensis præmissam Donationem coram nobis esse factam publicè protestamur Sigillum Curia Argentinensis in Testimonium appendentes.

Actum & datum Anno Domini MCCLXX. VI. Idus Augusti.

## X.

*Traditio annui Censûs VIII. Solidorum facta de Consensu Ottonis Comitis de Eberstein.*

An. 1271. **N**otum sit Universis tam præsentibus quam Posteris hujus Paginae Inspectoribus, quod Nos CUNRADUS, MEINLOCHUS, ETHICO, & OTTO Fratres de TETELINGEN voluntate libera offerimus & damus purè & simpliciter propter DEUM & Remedium Animarum felicitis Memoriae E. Patris nostri H. Matris nostræ & B. Fratris nostri, Fratibus Ecclesie Omnium-Sanctorum Præmonstratensis Ordinis, Argentinensis Diocesis in veram & perpetuam Possessionem, Redditus annuatim octo Solidorum Argentinensis Monetae Usualis de Prædio nostro in Kartung, quod à Venerabili Domino nostro Ottone Illustri Comite de Eberstein, Jure Feodi possidemus, & prædictos hos octo Solidos statuimus & promittimus in Festo Beati Martini singulis annis, prædictis Patribus & Ecclesie persolvendos.

Nos verò Otto Comes de Eberstein Petitioni suprædictorum Fratrum Conradi, Meinlochi, Ethiconis & Ottonis annuentes præfatam Donationem secundum formam præscriptam fieri concedimus, Ratam & Firmam habentes per omnia & nostra Auctoritate plenius confirmamus, & ut Robur obtineat sempiternum, præsentem Paginam nostri Sigilli . . . . .

Datum in Novo Castro Eberstein Anno Domini MCCLXXII. in Octava Purificationis.

## XI.

*Concordia inita inter Henricum Comitem de Furstemberg & Præpositum ac Conventum Omnium-Sanctorum super Curia in Nuspach.*

An. 1275. **I**N Nomine Domini, Amen. Orta dissensionis Materia inter Virum Nobilem, Dominum HEINRICUM Comitem de VURSTENBERG ex una, & Præpositum ac Conventum Monasterii Omnium-Sanctorum Ordinis Præmonstratensis ex parte altera, super Curia inferiori in Nuspach, & Jure Patronatus Ecclesie, dictæ Villæ & omnibus possessionibus & Juribus ac attinentiis translatis in præfatum Monasterium occasione venditionis eidem Monasterio factæ pro certa summa Argenti, à Felicitis Memoriae quondam Matre ipsius Comitis tunc in minoribus annis constituti, tandemque dissensione hujusmodi, mediantibus Viris Venerabilibus Domino Walthero Nobili de Clingin, Magistro Engilberto & Heinrico Milite de Ostarch, Arbitris ad hoc ab ipsis Partibus communiter deputatis, amicabiliter sopitâ; Nos Henricus Comes de Vurstenbere antedictus Curiam prænotatam cum Jure Patronatus spectante in eandem & omnibus Juribus ac attinentiis suprædictis emimus & comparavimus à Monasterio antedicto pro CXX. Marcis Argenti puri & Legalis Ponderis, contententes Nobis in aliis Bonis omnibus & Juribus, quæ idem Monasterium possidet in præsentibus, vel possidet usque

usque in hodiernum diem competere nihil Juris, & Renuntiamus Bonis & Juribus hujusmodi & actioni seu Juri, quæ vel quod nobis pro eisdem posset competere & in ipsis; & specialiter Renuntiamus omni Juri competenti Nobis in Curia Superiori sita in dicta villa cum omnibus suis attinentiis, possessionibus, hominibus, Mortuariis, quæ *Vell* dicuntur communiter, & Juribus quibuscumque, secundum quod hæc in Privilegiis dicti Monasterii continentur, & quæ hætenus possederunt & quæ ab eis usque in hodiernum diem etiam possident, ita quod saluum sit dictis Præposito & Conventui Jus instituendi in Ecclesiis vel præsentandi Vicarios ad Ecclesias de Nuspach, de Nopinowe, de Obirkilche & in Capella de Schowenborch juxta consuetudinem antiquitus observatam, percipiendi quoque Decimas & Oblationes ibidem, quas ipsi ab antiquo percipere consueverunt, quæ omnia Bonæ Memorix UTA quondam Ducissa de Schowinburch dicto Monasterio contulit propter DEUM; Renuntiamus etiam possessionibus & Bonis, quæ dicuntur *Rebhoff* cum omnibus suis attinentiis specialiter Bonis, quæ dicuntur *in dem Lohi, an dem Hungirberge, an Volmarsberge* cum Silva pertinente ad Rupem, quæ dicitur *Swalwnstein*, & Bonis quæ dicuntur *Vogelsanck* & omni questionem quam possemus habere contra dictos Præpositum & Conventum super pratis per quæ ad ipsorum Molendinum aqua decurrit, & super Rebus aliis quibuscumque; promittentes Fide præstita Corporali, quod eosdem Præpositum & Conventum nequaquam de cætero molestabimus quoquo modo in Judicio vel extrâ occasione Bonorum quorumcumque, quæ iidem possident & jam tenent, vel alia quacumque de causa, sed cum eis pacem perpetuam servabimus, nec per Famulos nostros apud Vurstenberc, vel alios quoscumque Nobis attinentes permittemus, nec procurabimus dictis Præposito & Conventui vel alicui ipsorum injuriam aliquam vel molestiam irrogari. Insuper concedimus & donamus dictis Præposito & Conventui in Remedium Animarum nostrarum & simpliciter propter DEUM, ut liceat eis recipere & tenere de nostra Licentia & permissione seu donatione præsentis, Terras & Possessiones quas-cumque quæ ipsis à Vasallis vel aliis nostris Hominibus Feoda tenentibus à nobis, vel alias nobis attinentibus, liberè conferuntur, vel quæ jam eis sunt vendita vel donata, in cujus rei Testimonium præsentis Litteras Præposito & Conventui prædicti Monasterii, Venerabilis Domini nostri DEI Gratia Argentinensis Episcopi, & Nostri, Goddefridi Fratris nostri, Liberos CUNRADI quondam Fratris nostri Comitis de Friburch videlicet Eginonis & Henrici, quorum nomine & nostro prædictam Curiam comparavimus in modum superius expressum, Sigillorum munimine tradimus roboratas.

Nos GOTEFRIDUS antedictus, Canonicus Ecclesiæ Constantiensis, EGINO & HEINRICUS Comites de Friburch confitemur & publicè protestamur emptionem supradictæ Curie in modum præhabitu factam per Patrum nostrum H. Comitem de Vurstenberc suo & nostro Nomine, consensu & voluntate nostra unanimiter accedente, ipsamque per omnia gratam & ratam tenentes cum omnibus conditionibus præscriptis, promittimus pro nobis & omnibus Heredibus nostris nos inviolabiliter servaturos appendentes Sigilla nostra præsentibus in Testimonium præmissorum.

Nos Præpositus & Conventus Monasterii omnium - Sanctorum supradicti profite-mur præsentibus & publicè protestamur, prædictam venditionem Nos fecisse propter utilitatem nostri Monasterii, accedente eidem Venditioni consensu Reverendorum Patrum Abbatis Salinæ-Vallis & Præpositi Hospitalis in Haginowe, quibus Reverendus Pater Abbas Monasterii Præmonstratensis vices suas commiserat in hac parte, & in Testimonium præmissorum Sigilla nostra & dictorum Patrum & Arbitrorum subscriptorum præsentibus sunt appensa.

Nos CUNRADUS DEI Gratia Episcopus Argentinensis in signum consensu nostri, Abbas Salinæ-Vallis & Præpositus Hospitalis in Haginowe, Nosque Arbitri præmemorati Waltherus de Clingin, Magister Engilbrechtus & Henricus de Ostarch, Sigilla nostra ad petitionem prædictarum partium duximus appendenda.

Actum & datum Anno Domini MCCLXXV. in Octava Apostolorum Philippi & Jacobi.

## XII.

*Venditio certi cujusdam Redditi, facta in favorem  
Cœnobii Omnium-Sanctorum.*

An. 1275. **E**GO HEINRICUS Miles de WILRE & ERKENBOLDUS Filius meus dictus MULNER vendidimus & confitemur præsentibus, nos vendidisse Redditi singulis annis persolvendos XII. Libras Cerae, XXX. pullos, & II. uncias denariorum Argentinensium usualis Monetæ ab officio Sculteti in Korc, quicumque nunc eodem officio fungitur vel in posterum fungetur, quibus Redditibus Nos hætenus fuimus infeodati ab Illustri Domino nostro H. Comite de Furstenberc ac ipsius Cohæredibus Egenone & Henrico Comitibus de Friburc, nec non Liberis ipsorum, Monasterio Omnium Sanctorum Ordinis Præmonstratensis, pro IX. Libris Denariorum Argentinensium bona voluntate & consensu ac manibus prædictorum Dominorum nostrorum resignantes dictum Feodum Domino Alberto Militi de Schophen nomine antedictorum Comitum nostrorum Dominorum, & Renuntiantes Juri, quod in ipso amplius nobis competiit & competere videbatur sub hac Forma, ut Venerabilis Dominus Hermannus præfati Monasterii Præpositus & Conventus Nobis H. & E. præscriptos Redditi, si necessitas ipsos usque ad Nativitatis B. Virginis ventura Anno futuro, ad hoc compulerit, revendant sicut vendere voluerint alieno, in hujus venditionis Testimonium & confirmationem præfentes Litteras scribi procuravimus, Sigilla videlicet mei H. Militis de Wilre & Alberti Militis de Schophen præsentibus appendentes. Ego Erkenboldus Mulner contentus sum Sigillo Patris mei, & confiteor me in dictam Venditionem consensisse.

Datum & actum in crastino Bartholomæi Apostoli Anno Domini MCCLXXV.

## XIII.

*Cunradi Donatio facta de Consensu unanimi Conjugis  
suae & Liberorum.*

An. 1276. **N**OVERINT Universi præsentium Inspectores quod CONRADUS dictus RIBISIN, RILINDIS Uxor sua Legitima de GREGINHEIM, Cunradus, Waltherus, Joannes, Agnes, & Catharina Liberi eorundem, X. Quartalium Redditi Siliginis de Bonis suis & ipsa Bona in Bannis Villarum de Greginheim & Rorahi sita, communi consensu, Præposito & Conventui Monasterii Omnium Sanctorum & ipsi Monasterio propter DEUM & in Remedium Animarum suarum purè & simpliciter contulerunt & tradiderunt perpetuo proprietatis titulo possidenda.

Actum Anno Domini MCCLXXVI. Feria IV. proxima post Festum B. Thomæ Apostoli.

## XIV.

*Traditio Alberti Archi-Presbiteri.*

An. 1276. **N**OTUM sit Universis tam præsentibus quàm futuris præsentem Cartam Inspecturis, quod Ego ALBERTUS de Stahovin Archi-Presbiter & Perpetuus Vicarius ibidem pro Remedio Animæ meæ VI. Quartalia tritici annuatim in Villa Stalhovin, quæ ab Alberto dicto Mesur, Jutta uxore ejusdem, & Cunrado Filio suo de Stalhovin emi pro VI. marcis argenti pleno Jure proprietatis, quæ nunc possideo pacificè & quietè, Religiosis Viris Præposito & Conventui Monasterii omnium Sanctorum offero, dono & trado, ita ut singulis annis in die Anniversario obitus mei duo Quartalia Tritici pro Servitio Mensæ in Conventu Fratribus ministrentur.

Actum Anno MCCLXXVI. VIII. Id. Maii.

## XV.

*Cunradi & Adelheidis Conjugum Donatio.*

CUNRADUS de Wirfinck, & ADILHEIDIS Uxor ejus Legitima de Ebirswilr, purè & An. 1280. simpliciter propter DEUM in Animarum suarum Remedium contulerunt, tradiderunt & donaverunt Curiam eorum, Agros & Censūs infra specificatos, sitos in Banno Villæ Ebirswilr, de quibus Bonis cedunt annuatim Domino de Windegge duo Solidi & duo Capones & Domino de Widirgrin duo Solidi & duo Capones nomine Censūs Præposito & Conventui Monasterii Omnium-Sanctorum Argentinensis Diocesis tenendos, utendos & possidendos; Specificatio autem Bonorum donatorum hæc est videlicet Curia dicta Selershof cum attinentiis.

Datum Anno Domini MCCLXXX. Feria VI. ante ascensionem Domini.

## XVI.

*Martini IV. Pont. Max. Confirmatio Donationis  
Villæ Taufbrunnen.*

MARTINUS Episcopus Servus Servorum DEI Dilectis Filiis Præposito & Conventui An. 1283. Monasterii Omnium-Sanctorum Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cùm à Nobis petitur, quod justum est & honestum, tam Vigor æquitatis quam Ordo exigit Rationis, ut id per sollicitudinem Officii nostri ad debitum perducatur effectum; sanè petitio vestra Nobis exhibita continebat quod quondam WOLFRAMMUS dictus Advocatus de Altenstaig Miles Constantiensis Diocesis cupiens Terrena in Cœlestia & transitoria in Æterna, felici Commercio commutare Villam Taufbrunnen vulgariter nominatam, ejusdem Diocesis, tunc ad ipsum spectantem cum omnibus Juribus & pertinentiis suis vobis pia & provida Liberalitate donavit; Nos itaque Vestris Supplicationibus inclinati, quod super hoc piè & providè factum est, ratum & gratum habentes, id Auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis Scripti Patrocinio communimus.

Datum apud Urbem Veterem pridie Non. Martii Pontif. Nostri Anno tertio.

## XVII.

*Aliud ejusdem Pontificis Indultum in Favorem Monasterii Omnium-Sanctorum.*

MARTINUS Episcopus Servus Servorum DEI Dilectis Filiis Præposito & Conventui An. 1284. Monasterii Omnium-Sanctorum in Nigra-Silva per Præpositum soliti gubernari, Præmonstratensis Ordinis, Salutem & Apostolicam Benedictionem; Devotionis vestræ precibus inclinati Auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut possessiones & alia Bona mobilia vel immobilia, quæ Personas Liberas Fratrum ad Monasterium vestrum, Mundi Vanitate Relicta, convolantium & Professionem facientium in eodem, si mansissent in Seculo Ratione Successionis vel quocumque alio justo Titulo contigissent, & ipsi dare liberè aliis potuissent, Feodalibus tantum exceptis, petere, recipere, ac detinere liberè valeatis sine præjudicio Juris alieni. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc nostræ Auctoritatis paginam infringere &c.

Datum apud Urbem Veterem V. Kal. April. Pontificatus nostri Anno IV.

## XVIII.

*Traditio Juttæ Viduæ.*

An. 1283. **J**UTTA Relicta quondam H. dicti KIVIR & ALBERTUS Filius ejusdem pia affectione moti in Remedium Animæ suæ & Predecessorum suorum & parè propter DEUM dederunt & tradiderunt Monasterio Omnium - Sanctorum Præmonstratenfis Ordinis Argentinensis Diœcesis, Bona sua prope Obirkilche sita, quæ iterum Præpositus & Conventus prædictæ Mulieri humiliter petenti locaverunt pro tempore vitæ suæ, pro annua petitione videlicet X. Quartalium Siliginis & duarum Librarum Denariorum Argentinensium.

Actum & datum Feria IV. post Valentini. Anno Domini MCCLXXXIII.

## XIX.

*Henrici Præpositi Honaugiensis Donatio.*

An. 1284. **C**Oram Nobis Judice Curie Argentinensis constitutus in forma Juris Dominus HEINRICUS Præpositus Ecclesiæ Honaugiensis, Argentinensis Diœcesis donavit & legavit causa mortis Religiosis Viris Præposito & Conventui Monasterii Omnium Sanctorum, Curiam ejus cum Universis Attinentiis suis sitam in Villa Ebirswiller dictam *der Witerinnehof*, item Curiam sitam in villa Zuzenhoven cum suis Attinentiis quibuscumque dictam *der Widergrinshof*, nec non Pratum unum situm in Banno Villæ Willestetin juxta Andream dictum Wirich Civem Argentinensem, & generaliter omnes Agros, Curias, Censuræ & Prata ac possessiones universas, quas habet in Villis & Bannis de Ebirswilr, Zuzenhoven, & Willestetin, prædictis, volens ut si præsens Ordinatio non valeat, ut donatio causa mortis vel Legatum valeat saltem Jure Codicillorum, vel quocumque modo ultima sua voluntas constare poterit & valere; ita quod ipso mortuo suum Anniversarium ac sui Patris & Matris Anniversarium peragant in Vigiliis & Missa pro Defunctis, & quolibet dierum Anniversariorum suorum prædictorum, præterium IV. Quartalium Siliginis imposterum, Refectorio in pane bono, vino, & piscibus amministretur, in cujus Donationis aut Legati Testimonium, Sigillum Curie Argentinensis prædictæ una cum Sigillo Præpositi præfati est appensum.

Datum Anno Domini MCCLXXXIV. Feria V. post diem Palmarum.

## XX.

*Ebirhardi & Ottonis de Eberstein Donatio.*

**N**Orum sit omnibus tam præsentibus quàm futuris, quod Nobiles Viri EBERHARDUS & OTTO de Eberstein Prædium in Lenginburch cum omni Jure suo quod B. Miles de Windegge Jure Feodali ab ipsis possederat, Cœnobio quod dicitur Omnium - Sanctorum in Nigra Silva, pro Remedio Animarum suarum liberè contulerunt.

## XXI.

*Eginonis Comitis de Urach Donatio.*


**N**Orum sit Omnibus præsentem Paginam Inspecturis, quod Comes EGINO Junior de Urach & Dominus de Friburg, Prædium quod hæreditario Jure Domina GUTA de Reinchem in Algiswilre possederat, pro Remedio Animæ suæ Cœnobio, quod dicitur Omnium - Sanctorum in Nigra Silva, perpetua Pace possidendum liberè contulit: præterea apud Obirkilche Prata & Agros & Silvas & alia quæcumque, quæ

quæ Henricus Miles vocabulo Rigaldei à memorato Comite Jure Feodali possederat, supradicto Cœnobio sub Testimonio Virorum ipsorum apud Haginowe contulerat, Domini Rudolphi de Vefinberch, H. de Tiersperch. . . . .

XXII.

*Conradi & Adelheidis Conjugum Donatio.*

CONRADUS dictus HECTER Laicus & quondam ADELHAIMIS Uxor ejus de Rotenburch Constantiensis Diœcesis Curtem in Bittechingen ejusdem Diœcesis ad ipsos communiter pertinentem cum omnibus Juribus & pertinentiis suis Cœnobio, quod dicitur Omniū-Sanctorum, pia & provida Liberalitate donaverunt . . . . .



XII.

RUDERA ABBATIARUM ALBÆ-DOMINORUM ET ALBÆ-DOMINARUM.

*In Monasterio Albæ - Dominorum.*

SEPULCHRUM

Domini BERTHOLDI Comitis de Eberstain & Dominae UTÆ Uxoris ejus Fundatorum hujus Monasterii.

Anno Domini MCCXLV. Obiit Dominus Beatæ Memoriam CUNRADUS de Eberstain Spirensis Episcopus VI. Kal. Julii.

Anno Domini MCCLXXIX. Obiit Dominus OTTO Senior, Illustris Comes de Eberstein, qui multa Bona huic fecit Monasterio.

Anno Domini MCCCCXXXI. Obiit Generosus Comes WILHELMUS de Eberstain in prima Vigilia Andreae

*Qui jacet Armatus, ut cernis hic Tumulatus  
Ipse Comes Genitus, WILHELMUS eratque vocatus  
APRI de PETRA, quem tolle DEUS super Æthra  
Ut sibi Sede Data vivat sine fine Beata.*

Anno Domini MCCCCLVI. IV. Nonas Novembris obiit Domina AGNES Comitissa de Eberstain Uxor Domini FRIDERICI Comitis de Helfenstain.

Anno Domini MCCCCXIX. X. Kal. Januarii obiit Generosa Domina MARIA Comitissa . . . . . nata Comitissa de EBER . . . . . Uxor Domini HENRICI . . . . .

Anno Domini MCCCCIII. die Ciriaci Martiris obiit Venerabilis Dominus MARQUARDUS Abbas.

Anno Domini MCCCCLIX. XVIII. Kal. Decembris obiit Venerabilis in Christo Pater & Dominus HEINRICUS de Magstat. XI. Abbas hujus Loci.

Anno Domini MCCCCLXVI. ipso die Epiphanie obiit Dominus JOANNES DERDINGEN. XII. Abbas hujus Loci, cujus Anima Requiescat in Pace Amen.

Anno Domini MCCCCLXXVIII. XI. Kal. Junii obiit Venerabilis in Christo Pater & Dominus JOANNES. XIV. Abbas hujus Loci.

Anno Domini MCCCCLXXXV. IV. Kal. Augusti obiit Venerabilis in Christo Pater Dominus NICOLAUS WAGENLAITER de Oberczrode XV. Abbas hujus Loci.

Anno Domini MDV. Kal. IX. Septembris obiit Venerabilis Pater & Dominus BARTHOLOMEUS XVI. Abbas hujus Loci, cujus Anima Requiescat in Pace.

Anno Domini MDXXXV. die secunda Mensis Marcii obiit Reverendus in Christo Pater & Dominus MARCUS de Gerspach, XVII. Abbas in Alba-Dominorum, cujus Anima Requiescat in Pace.

Anno Domini MDXLVI. die prima Mensis Septembris obiit Frater LUCAS GOTZ de Mersietten prope Minsingen, Abbas in Alba XVIII. cujus Anima Requiescat in Pace Amen.

Sepulchrum Baronis de GREZINGEN Magni Benefactoris, cujus Anima Requiescat in Sancta Pace.

Anno Domini MCCCCXXI. III. Non. Maii obiit Illustris Princeps BERNHARDUS MARCHIO de Baden.

Sepulchrum EBERHARDI Militis de Smalstein & KUNEGUNDIS Uxoris ejus. Requiescant in Pace.

Anno Domini MCCCXXIII. in die Beati Augustini obiit JOANNES Miles de Smalstein.

Anno Domini MCCCXC. obiit ELISABETHA de Lamersheim in Vigilia Matris Beatæ Virginis.

Anno Domini MCCCXCVII. Malachiæ Episcopi obiit Domina HEDWIGIS de Her . . . . . Relicta RICHELMI de Mercklingen Armigeri.

Anno Domini MCCCLXXXVIII. Kal. Januarii obiit ADELHEIDIS de Flehingen Soror Domini Marquardi Abbatis, Benefactrix hujus Monasterii. Requiescat in Pace. Miserere mei DEUS secundum magnam M . . . . .

Anno Domini MCCCXXV. Idus Februarii obiit JOANNES HERMANNUS Beatæ Memoriam Civis Spirensis.

Anno Domini MCCCXCIV. Mauriti Abbatis obiit JOANNES CUNZMAN de Ettlingen Advocatus Domini Bernardi Marchionis.

Anno Domini MCCCC . . . . . obiit CONRADUS dictus SUR de Giltlingen Miles Strenuus.

*In Monasterio Albæ-Dominarum.*

Anno Domini MCCCCIV. in die Paulini Episcopi obiit MARGARITA Comitissa de Eberstein Abbatissa. Requiescat in Pace.

Anno Domini MCCCCXLIII. MARGARETA de Wingarten Abbatissa obiit . . . . .


Anno Domini MDXXXV. XXVII. Septembris obiit KUNEGUN-Comitissa de Sonnenberg Uxor Willehelmi Comitis de Eberstein.

Anno Domini MDXLVI . . . . . obiit BARBARA Comitissa de Thaun Oberstein & Falkenstein.

Anno Domini MDLVII. die IX. Augusti obiit ANNA Comitissa de Eberstein.

Anno Domini MDLXV. XII. Augusti obiit ANNA Comitissa de Douliers Philippi Comitis de Eberstein Uxor.

Anno Domini MDLXIX. IX. Aprilis obiit BERNHARDUS Comes de Eberstein.



## XIII.

ANONYMUS, DE ORIGINE ET ABBATIBUS  
COENOBII S. JOANNIS IN RHINGAVIA.

**M**onasterium hoc quondam Ordinis Sancti Benedicti percelebre in Rhingavia non longè à Vinicella, *Winckel*, in Monte vinifero, qui *Bischoffsberg* (a) antiquitè dicebatur, situm; Præpositura olim fuit, à RUTHARDO (b) Moguntinensi Archi-Episcopo, in Divi Joannis Baptistæ ac Præcursoris Domini Honore circa Annum MXC. constructa (c) ac Abbati Monasterii S. Albani Martyris juxta Mogontiam subjecta. (d)

- (a) Hoc Nomen etiam post fundatum inibi Cœnobium aliquamdiu retinuisse videtur: nam in Diplomate quodam Arnoldi Archi-Episcopi Moguntini datum Anno MCLIX. inter Testes recensetur *Abbas de Beschovesberc* alio non expresso Nomine.
- (b) Obiit Anno MCX. die VI. Non. Mai. Sepultus ibidem, ut fertur; de quo fortè aliquando constabit certius.
- (c) Erecta in Abbatiam Anno MCXXX. ut mox videbimus.
- (d) Exstincto circa Annum MCCCXIX. S. Albani Monasterio ac in Ecclesiam Collegiatam Converso, Libertate aliqua donata est, donec Anno MCCCCLII. Theodoricus Archi-Episcopus illam denuò subjectam voluit Abbati S. Jacobi Moguntia.

Ad hanc Richolphus Comes Rhingaviensis, ac Dancinodis vel Danemodis seu etiam Clauckmodis Uxor, Ludovico Filio eorum consentiente, media & Reditus non paucos pro Animarum Remedio ac salute tradiderunt, Filius quoque ipsorum prænominatus Ludovicus, contemptis Rebus Sæculi propter Amorem Regni Cœlorum in eodem Loco Monachus factus est, & secundum Regulam D. Patris Benedicti Religiosissimè vivens, usque ad vitæ terminum in Sancta illa Conversatione constanter perduravit.

In ejusdem etiam Monasterii Ambitu juxta Ecclesiam scilicet, præfatus Pontifex Ruthardus, Cœnobiolum pro Sanctimonialibus construxit, in quo Virgines Christo in Sancta Virginitate devotissimè servientes collocavit, quæ unà cum Monachis sub ejusdem Præpositi Cura constitutæ semper inclusæ manebant, Mundum cum omnibus suis Pompis, Supernorum intuitu contemnentes; in hoc ipso Cœnobiolo prædicti Comes & Comitissa Rhingaviæ Richolphus & Danckmodis etiam Filiam suam Wertrudim DEO Omnipotenti in perpetuum servitutam, cum Hæreditatis suæ parte obtulerunt.

Hanc verò Præposituram Adelbertus I. Ruthardi in Archi-Episcopatu Moguntino Successor Anno MCXXX. consensu & permissione Weneri Abbatis ac totius Conventus S. Albani Moguntinensis, ad quos de Jure pertinebat, in Abbatiam sublimavit, in eaque primum Abbatem Egilvardum (rectius Eigelvvardum) Monachum ipsi Cœnobiolo incorporatam ordinavit, ut patet ex Litteris desuper confectis, quarum tenor hic est.

„In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego ADELBERTUS DEI Gratia  
 „Moguntinus Archi-Episcopus & Apostolicæ Sedis Legatus, Omnibus Christi Fide-  
 „libus tam futuris quam præsentibus Notum esse cupio, Dominum RUTHARDUM  
 „Beatæ Memoræ Antecessorem nostrum, Ecclesiæ S. Albani, Montem quendam  
 „in Rhingavia, qui vocatur *Bischovesberc* potestativa manu tradidisse, ea videlicet  
 „Ratione, ut Fidelium circumquaque positorum auxilio, Monasticæ ibidem Vitæ in-  
 „stitueretur Religio; cumque ex parte Monasterium in eodem Loco constructum  
 „fuisset & ad dedicandum Altare prædictus Antecessor noster vocatus fuisset, volens  
 „Laboris eorum qui ad Locum eundem excolendum manum porrexerant, particeps  
 „existere, circumpositi Nemoris aliquantam partem usque ad Alveum, qui dicitur  
 „Hunenklungen & ita deorsum usque ad Locum, qui dicitur Kalenberg in Sepren-  
 „trionali Montis plaga & in aliis tribus Plagis usque ad Ruralia Loca, in Dotem su-  
 „pra Sacras Reliquias delegavit; insuper & Censum dimidii Mansi in Winckela,  
 „qui

„ qui ad Jus Episcopale pertinebat, addidit, quem eidem Monasterio RUTHARDUS  
 „ Filius Regefonis, & quidam RABODO & DAMBURG ibidem Reclusi, pro Remedio  
 „ Animæ contulerunt: statutum est etiam à prædicto Archi-Episcopo, ut singulis  
 „ Annis à Mercatoribus tam Moguntinis quàm Provincialibus Nundinæ in Nativitate  
 „ S. Joannis Baptistæ ibi habeantur, omnemque Utilitatem, quæ Episcopo ibidem  
 „ provenire posset, Fratribus ejusdem Loci contradidit: præterea RICHOLPHUS Co-  
 „ mes in Rhingavia, & Uxor ejus CLANCMODIS, & Filius eorum LUDOVICUS com-  
 „ muni consensu Bona inferius descripta S. Joanni, in cujus Honore Principale Al-  
 „ tare supradicti Monasterii dedicatum est, solenniter & sine omni contradictione do-  
 „ naverunt; videlicet Curtim, quæ è Regione Montis proxima adjacet cum appen-  
 „ dente sibi Prædiolo Vineis scilicet atque Arboribus, Molendino, Vinario, Pratis &  
 „ Hortis; item Vineam unam juxta Winckelam, quæ vocatur Ezelonis, alteram in  
 „ Campo, tertiam juxta Curtim, quartam in Culersberc, quintam in ejusdem  
 „ Montis Latere Orientali, sextam ad Radicem Montis juxta Aquæductum, & arabi-  
 „ lis Terræ Partes quatuor; obtulerunt etiam Filium suum & Filiam suam in eodem  
 „ Loco ad serviendum DEO & S. Joanni, quibus prædicta Bona Jure Hæreditario  
 „ provenissent, si in Sæculo remansissent; Nostri itaque Temporibus cum Fa-  
 „ cultas ejusdem Ecclesiæ, Divina operante Clementia excresceret, & ipsa sibi suffi-  
 „ ciens proprium Pastorem expeteret, visum est Nobis ut statum ipsius in melius ver-  
 „ teremus, & de adipiscenda ei Libertate ageremus, adhibito igitur Nobiscum HEN-  
 „ RICO Majoris Ecclesiæ Præposito, & aliis quamplurimis Personis Religiosis & Sa-  
 „ pientibus, Dominum Abbatem S. Albani adivimus, ejusque, & Fratrum suorum  
 „ omnium assensu & voluntate obtinuimus ut prænotata S. Joannis Ecclesia, à priori  
 „ subjectione libera, deinceps liberum de eligendo sibi Abbate arbitrium retineret,  
 „ liberèque & canonicè Electum, Nobis vel Successoribus nostris Baculum de manu  
 „ Episcopi suscepturum & consecrandum præsentaret; hac ergo à prædicto WERN-  
 „ HERO Abbate & ejus Fratribus concessione impetrata, postquam de manu & pote-  
 „ state eorum præmissam Ecclesiam, Abbatum, Archi-Diaconorum, & aliarum  
 „ Personarum nostrarum Consilio & Approbatione absolvimus quædam Bona in Lor-  
 „ cha, prædictorum Fratrum usibus antea tributa, partem quoque Decimæ in Burn-  
 „ heim, ab eisdem Fratribus jam multis annis possessam Abbati & Fratribus S. Albani  
 „ justa & legitima recompensatione absolutè & nullo contradicente donavimus: in-  
 „ super Filia Richolphi Comitum juxta Monasterium S. Albani Reclusæ, de Culers-  
 „ berc singulis annis vitæ suæ, Carratam Vini & Marcam Argenti donari, & post  
 „ ipsius obitum, idem Beneficium ad S. Joannis Ecclesiam referri statuimus: con-  
 „ cessimus etiam ipsorum Fratrum Rogatu, ut quicumque Fidelium ibidem baptizari  
 „ aut sepeliri voluerint, omni contradictione Presbyteri sui Parrochiani cessante, Ba-  
 „ ptismum & Sepulturam illic quietam inveniat: præterea Colonos prædictorum Fra-  
 „ trum in eodem Monte sub eis commanentes, ea Libertate donavimus, ut supra Ju-  
 „ stitiam, quam vel de Capitibus suis, vel de Prædiorum Episcopaliū Redditibus  
 „ persolvere debent, nulli Officialium nostrorum respondere habeant, qui potius ab  
 „ omni exactione & pulsatione liberi, soli Abbati placidam & quietam Servitutem  
 „ exhibeant: item etiam à prædicto Loco omnes Advocatos exclusimus soliusque Ar-  
 „ chi-Episcopi Patrocinio observato, Abbatem eidem Loco Dominum EIGELWAR-  
 „ DUM solenniter consecratum, præfecimus, concedentes atque confirmantes, ut  
 „ quotiescunque ejusdem Fratribus Pater Monasterii ordinandus fuerit, is tantum,  
 „ quem communi Consilio & Assensu, dictante Spiritu Sancto, unanimiter elegerint,  
 „ ab Archi-Episcopo investiatur: hujus autem Rei series ut stabilis & inconvulsa per-  
 „ severet, Paginam hanc imaginis nostræ Impressione signavimus, si quis verò, quod  
 „ tam legitime factum est, infringere conabitur, eum Anathematis Gladio donec  
 „ resipiscat, percutimus. Testes sunt WERNBOLDUS Abbas S. Jacobi. HEINRICUS  
 „ Majoris Ecclesiæ Præpositus. CUNO Custos & Decanus, & alii quamplures.

„ Acta sunt hæc Anno ab Incarnatione Domini MCXXX. Regnante LOTHARIO  
 „ Romanorum Rege Gloriosissimo, Anno Regni sui IV.

Hæc de Abbatia hujus Fundatione. Cœnobiolum autem illud seu Reclusorium,  
 quod ad Occidentem Ecclesiæ hujus Partem, pro Virginibus DEO Omnipotenti in  
 Puritate Mentis & Corporis servituris, constructum fuerat, in quo & præfati Richolphi

Comitis Rhingavienſis Filia WERTRUDIS, ut ſupradictum eſt, cum aliis multis Virginiſub ſub Obedientia Abbatis, qui iisdem de neceſſariis victu & amictu providebat, Recluſa fuerat; poſt annos plures propter Quietem tam earum, quàm ipſorum Fratrum, de Monte in Vallem vicinam translatum fuit, conſtructaque ibidem Eccleſia cum Manſionibus neceſſariis, eadem Virgines illuc transmigrarunt, qui Locus *Cluſa* eo quod Virgines in eodem recluderentur, uſque in præſentem diem appellatum fuit, quæ tamen Virgines propter diſſolutam earum vitam, poſtmodum excluſæ fuerunt, ipſumque Cœnobiolum Principali Monafterio S. Joannis cum omnibus Redditibus & Proventibus Anno MCCCCLII. incorporatum ut infra dicitur.

Porrò quoniam hoc ipſum Monafterium S. Joannis hiſce Temporibus noſtris, ab annis XV. ab Archi-Epiſcopo Moguntino occupatum, deſolatum penitus, ac Fratribus vacuum exſtet, illiusque Litteræ ac Privilegia, aliaque hujusmodi documenta in Archivo Principali reſerventur, Abbatum ejuſdem Cathalogum certè habere non potui, quos tamen ex diverſis Litteris ac Monumentis Sepulchralibus collegi, eos hic apponere non intermiſi, adjunctis quibusdam ſub ſingulorum Regimine Geſtis.

### SERIES ABBATUM.

EIGELWARDUS primus Abbas, ab Adalberto Archi-Epiſcopo Moguntino conſtitutus fuit, Anno Chriſti MCXXX. ut patet ex Litteris Foundationis Abbatie ſupra notatis.

ANSHELMUS citatur in Litteris Cœnobii Monialium S. Ruperti juxta Bingham ſub Anno MCLVIII. in quibus Abbas nominatur.

THEODORICUS citatur Teſtis in Litteris Cœnobii S. Ruperti ſub Anno MCCXX.

EMBRICHO (e) vixit ſub Anno MCCXLI.

(e) Huic ipſiusque Succelloribus Sigifridus III. Archi-Epiſcopus Moguntinus uſum Mitræ conceſſit per Dipl. dat. Anno MCCXL. VI. Idus Aprilis.

RUPERTUS inter alios ab Anonymo prætermiſſus, hic reponendus eſt: is enim in Abbatem electus & confirmatus fuit circa Annum MCCCXIII. ut diſcimus ex ſequenti Charta authentica.

„Nos PETRUS DEI Gratia Sanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, & Nos Frater SINOLDUS Abbas eadem Gratia Monafterii Sancti Albani prope Muros Moguntinos, Recognoſcimus & tenore præſentium publicè proſitemur, quod Frater RUPERTUS Magiſter Hoſpitiſub in Monafterio S. Albani prædicto, nuper Electus & confirmatus & benedictus canonicè in Abbatem Monafterii S. Joannis in Rhingavia, propter ſuæ circumſpectæ merita Probitatis, ex matura proviſione Noſtri & Fidelium aliorum ſtare & manere debet in Monafterio & Officio Magiſtri Hoſpitiſub ſicut fuit hætenùs apud S. Albanum per Integrum anni circulum, à Feſto Aſſumptionis B. MARIE Virginis proximo computandum, nichil omninò medio Tempore de Rebus aut Bonis ejuſdem Monafterii S. Joannis prædicti, depreſſi magnis & variis debitorum Oneribus, conſumpturus aut alienaturus; ſed quando libet & poteſt, ſollicitè proviſurus de ipſis, ut eò citiùs & perfectiùs ejuſdem Monafterii debita perſolvantur. Datum Moguntia Anno Domini MCCCXIII. X. Kal. Julii.

HERMANNUS hic immediatè præceſſit Hilgerum in-Abbatiali Dignitate, ut ex vetuſtioribus Litteris quibusdam conſtat; quo anno autem obierit non patet: ſepultum porrò fuiſſe ante Altare S. Crucis docuit ejuſdem Sepulchri Inventio atque Inſpectio, quæ contigit Anno Domini MDXXII. in die Sancti Joannis ante Portam Latinam coram Domino Friderico, de Rüdeshheim Abbate, plurimiſque aliis Fratribus de Conventu, ut in Manuſcripto quodam antiquo, à Fratre hujus Loci quondam relicto legi, in cujus Sepulchri apertione, in Sarcophago ſcilicet Lapideo inventum fuit Corpus Caſula Serica ornatum, ac calceis indutum, ſed abſque capite, quoniam in pulverem planè fuerat redactum, Sigillum inſuper cum Signeto æreo, in quo Cygnus inſtar Aquilæ cernebatur cum hac inſcriptione *Hermannus Abbas Sancti Joannis Baptiſtæ Ringanus* in Lapide item parvo adjacente Cygnus quoque ſculptus exiſtebat: in Lapide autem Sarcophago ſuper impoſito, videbantur duo Baculi Paſtorales, & in medio Signum Crucis, nulla Inſcriptione ſuperaddita.

HILGERUS de WALTHERDUM immediatus Hermanni Succellor, ut Litteræ antiquæ docent, & quamvis Electionis ſeu Inſtitutionis ejuſ Tempus non pateat; cum tamen

tamen jam Anno Domini MCCCCIII. in Officio constitutum fuisse patenter invenitur. Iste Venerabilis Pater non inutilis Monasterio huic, inter alia sui Regiminis bene merita, Calicem quendam optimum, eundemque pretiosissimum (quo Summis in Festis ad Missam principaliter Abbas utebatur) itemque alium non spernendi pretii suis Insignis insignitos Ecclesiae donavit. Obiit Anno Christi MCCCCXVIII. tertio Nonas Decembris, Tumulatus in Loco ipso ubi nunc D. Catharinae Virginis Altare existit, quamvis ejus Tumulus jam ante Aram SS. Petri & Pauli cernatur, sed amotio hæc accidit Anno MCCCCLVIII. sub Joanne de Irstein Abbate, quando illud Altare S. Catharinae constructum est: ejus autem Tumuli Inscriptio est talis:

*Anno Domini MCCCCXVIII. tertia Nonas Decembris obiit quondam Venerabilis in CHRISTO Pater & Dominus HILGERUS WALTHERDUM Abbas Montis S. Joannis C. A. R. I. P.*

HELFRICUS de Cléen Nobilis Profapia, hic Anno Domini MCCCCXXIV. præfedit Capitulo Provinciali, quod Herbipoli in Monasterio S. Stephani celebratum fuit Dominica Jubilate XIV. Maii, una cum Baldewino Lunenburgensi, Theodorico Nordheimensi Appellone in Synsheim Abbatibus: de Morte ejus nihil comperit habeo. (f)

(f) Obiit Anno MCCCCXXVII. die XXVII. Maii. Eique successit in Abbatia non Emericus, ut videtur Anonymo, sed

JOANNES à Waldeck ejusdem Cœnobii Conventualis, qui post tranquillam Administrationem obiit Anno MCCCCXXXIX.

EMERICUS Successor videtur Helfrici, obiit MCCCCXLIII. (g) cujus Epitaphium ante Aram S. Martini tale legitur:

*Anno Domini MCCCCXLIII. VIII. Kal. Aprilis hanc Picturam fecit fieri Venerabilis Dominus Emmericus humilis Abbas hujus Monasterii cujus Anima post Obitum Regnet cum Christo.*

(g) Fallitur iterum Anonymus, qui Inscriptionem hanc Epitaphium credidit: etenim Emericus ille, dictus *Nauta* de *Winckel*, electus & confirmatus Anno MCCCCXXXIX. XVI. Januarii, Abbatiae Regimen postmodum abdicavit, ac Ulricum sibi Successorem dari passus est, quo aliquando absente, in causa urgente, Procuratorem constituit, Anno MCCCCLVII. ut patet ex Litteris desuper confectis, quæ sic habent:

Emericus DEI Clementia Senior quondam Abbas, pro nunc ab Administratione relevatus, Venerabili Patre ac Domino Ulrico moderno Abbate absente; Joannes pro Tempore presidens & Locum tenens Prioris, Helfricus Cellerarius, Joannes de Homburg Custos, cæterique singillatim Fratres Conventuales Monasterii S. Joannis in Rhingavia Ord. S. Benedicti &c. propter Ingruentiam causarum & negotiorum Pericula &c. Hinc constat eum non obiisse Anno MCCCCXLIII. sed multò serius.

UDALRICUS interfuit Electioni Abbatis S. Jacobi Moguntinensis Eberhardi de Venlo Anno Christi MCCCCLVI. quo anno autem desierit ignoratur. Anno Domini MCCCCLII. Reformatum fuit hoc Monasterium Autoritate ac Cooperatione Reverendissimi atque Illustrissimi Principis D. Theodorici Pincernæ Domini in Erbach Archi-Episcopi Moguntini per Lubertum (h) Abbatem Montis S. Jacobi juxta Moguntiam, qui ibidem Eberhardum de Venlo in Priorem ordinavit, unde pia consideratione motus prælibatus Dominus Archi-Episcopus hoc ipsum Monasterium cum suis, Abbati Luberto subjecit: & quia hoc ipsum Monasterium annuis redditibus admodum tenuè habebatur, idcirco Monasterium in Clusa huic Monasterio in pede Montis contiguum, de quo supra dictum est, Monialibus dudum propter dissolutam ipsarum Vitam exclusis, Autoritate D. Nicolai de Cusa Presbyteri Cardinalis ad Vincula, Legati per Germaniam, & Rudolphi de Rudesheim Episcopi Vratislaviensis, cum omnibus suis redditibus, censibus ac proventibus universis incorporatum atque unitum fuit.

(h) Fuit is Lubertus Ruthard, qui eundem Eberhardum, quem Monachis S. Joannis Priorem constituerat, habuit postmodum in ipsa sua S. Jacobi Abbatia Successorem, omnium votis expetitum Anno MCCCCLVI. die VII. Id. Maii.

JOANNES de Itzstein præfuit Anno MCCCCLXI. testantibus Litteris; hic Eberhardo de Venlo Abbate S. Jacobi Moguntia ad Regimen Monasterii Montis Monachorum prope Bambergam Anno MCCCCLXIII. (i) postulato atque assumpto, in ejusdem Locum in dicto S. Jacobi Monasterio postulatus fuit, ubi triennio præfuit. (k)

(i) Idib. Octobris.

(k) Præfuit Annis III. Mense I. diebus XVI.

JOANNES LAUTERBACH. Joanne ad S. Jacobum Moguntiam translato eidem in Abbatia Anno MCCCCLXIII. successit: verum triennio post, Officio ac Dignitate resignata, suo Prædecessori iterum Locum dedit.

JOANNES de Itzstein. Secundò post Resignationem Joannis, hic quoque suam Abbatiam S. Jacobi Moguntia resignans ad suam hanc priorem reversus est communi Fratrum voto ac consensu Anno Salutis MCCCCLXVI. (l) vixit adhuc MCCCCLXVIII. qui annus Obitus ejus fuit. (m)

(l) Diè IV. Decembr. (m) Dies verò XI. Septemb.

CONRADUS de Rotenberg ex S. Mathia Treviris & S. Martini Agrippinatum Urbe Colonia Monacho, hujus Loci Abbas constituitur Anno MCCCCLXVIII. Vir Moribus & Doctrina Insignis, ac sua ætate omni Literatura Nobilissimus, Philosophus, Orator ac Poëta celebris, nec non Theologus Summus, qui multa in Laudem B. MARIE Virginis conscripsit, item de Preparatione ante Missam & Cura Pastoralis Commentarios edidit. Anno MCCCCLXIX. constitutus fuit ab Adolfo Moguntina Ecclesia Archi-Episcopo Commissarius Reformationis Monasterii Sponheimensis. Anno MCCCCLXXIV. interfuit Visitationi Monasterii Sancti Jacobi Moguntia, item Anno MCCCCLXXXV. Consecrationi Archi-Episcopi Moguntini Bertoldi Comitis de Henneberg adfuit: Obiit Anno MCCCCLXXXVI. in die Nativitatis Christi ante Aram D. Benedicti sepultus hac Tumuli Epigraphe:

*Anno Domini MCCCCLXXXVI. in die Nativitatis CHRISTI  
obiit Venerabilis Pater & Dominus CONRADUS de Rotenbergk Abbas  
hujus Monasterii.*

Hunc Joannes Trithemius, Virum valde Religiosum, Devotum & Eruditum, ac Regularis Observantia Amorem præcipuum nominat, cui & Epitaphion scripsit, & juxta ejus Sepulchrum ad parietem fixit, quod tale est:

*Siste parùm gressus, paulumque morare Viator  
CONRADI RODEBERG, hinc quia Busta vides;  
Mons Sacer, hunc Rhenus celebris quem conspicit annis,  
Moribus, Ingenio, par cui nullus erat,  
Hujus Cœnobii fuerat Clarissimus Abbas,  
Virtutum Cultor, Religionis Amans,  
Primus enim nostra fecit Fundamina Vite,  
Quæ Bursfeldensi Nomine clara viget.  
Sobrius & castus, pius, Integer atque quietus,  
Cui cibus & cultus parcus & asper erat;  
Hic etiam magno CHRISTI Genitricis Amore  
Captus erat, Laudes scripsit & ille suas.  
Ipse pius, magno Fratrum Dilectus Amore,  
Exstinctusque Die qua Sacra Virgo parit;  
Ergo DEUM justa cuncti Ratione precamur,  
Ut sibi sydereo det residere Polo.  
Hoc Tibi pro Merito, posuit TRITHEMIUS Abbas,  
Quem Tua de Sponheim, Vota tulere Patrem.*

GERARDUS de Motabaur Cellerarius Monasterii S. Jacobi Moguntiae, Conrado in Abbatia successit Anno Christi MCCCCLXXXVII. Vir Bonus & Amator Observantiae Regularis, qui in utroque statu bene gubernavit Monasterium Trithemio Teste, praefuit Annis VIII. Mensibus IX. mortuus Anno MCCCXCVI. die vero mensis Augusti XXXI. ante Altare SS. Petri & Pauli sepultus, hac Tumuli Inscriptione:

*Anno Domini MCCCXCVI. Die Mensis Augusti XXXI. Obiit Venerabilis Pater Dominus GERHARDUS de Montenbaur Abbas hujus Monasterii C. A. R. I. P.*

Sub hoc ipso Abbate Claruit *Petrus Sorbillo*, Frater hujus Monasterii germanicè *Schlörpff* dictus; Vir Doctus & Historicus peritissimus, qui Epistolam de Moguntinae Civitatis initio scripsit, cui respondens Hermannus Piscator, de eodem Moguntinae Urbis Principio bene longam Epistolam rescripsit, cujus initium est hoc: *Disertissimo ac multarum Historiarum peritissimo Petro Sorbillo, Monacho in Monte S. Joannis Baptiste &c.*

JOANNES de Segen Gerardo in Abbatiali Dignitate Successor factus, Anno Christi MCCCXCVI. Monachus hujus Cœnobii professus, Vir æque Pius & Religiosus, qui Ambitum Monasterii novum à Fundamentis pulchro Opere Lapideo construxit; cum Fenestris & Testudine, Elemosinis & Subventionem Fidelium & Amicorum adjutus, interfuit Capitulo annali Moguntiae Anno MDVI. Item & Electioni Abbatis Novi Sponhemensis Nicolai Anno eodem V. Idus Decembris post Resignationem Joannis Trithemii. Obiit Anno MDXV. Die XVIII. Julii ante Aram Divi Benedicti Tumulatus, cum hac Inscriptione:

*Anno Domini MDXV. Die verò Mensis Julii XVIII. Obiit Venerabilis Pater & Dominus JOANNES de Segen Abbas hujus Monasterii.*

Ex M. S. hujus Monasterii. Anno Domini MDVII. quinta Feria ante Festum B. Georgii incepta est fossura Novi Fontis circa pistrinam nostram per Dominum Joannem de Segen Abbatem hujus Loci & Domicellum Joannem de Hostenstein & Filium ejus Philippum, qui suis expensis Fontem Aquæ vivæ, in Remedium Animarum suarum effodere concupiverunt: post annos autem VII. consummatus est hic Fons cum Domo, Rota, & Muro à fundo, & fuit summa Expenfarum MD. florenorum.

FRIDERICUS de Rudesheim successit Joanni MDXV. Obiit Anno MDXXXVIII. X. Kalend. Septembris, ante Altare SS. Petri & Pauli Apostolorum sepultus cum hac Tumuli Inscriptione.


*Anno Domini MDXXXVIII. decimo Kalend. Septembris obiit Venerabilis Pater Dominus FRIDERICUS de Rudesheim Abbas hujus Monasterii C. A. R. I. P.*

HERMANNUS de Neus post Fridericum in Abbatem electus fuit Anno MDXXXVIII. praefuit adhuc Anno MDXLV. ut ex Litteris patet: de ejus morte nihil reperitur. (n)

(n) Obiit Anno MDLI.

VALENTINUS HORN de Rudesheim; ultimus hujus Loci Abbas vixit Anno MDLX. sub cujus Regimine (o) propter dissolutos fortassis Fratrum mores, & Æs alienum, quo Monasterium obstrictum fuerat; Reverendissimus D. Archi-Episcopus Moguntinus Daniel Monasterium occupavit, Fratribus hinc inde relegatis; Abbas verò Valentinus, ad antiquum suum S. Jacobi Moguntinense Monasterium, in quo quondam Prior exstiterat, secessit, in quo tandem Anno MDLXVII. die XXV. Julii Vitæ suæ Finem imposuit, in Ambitu Cœnobii sepultus.

(o) Infelix planè Regimen; sub cujus Initium Anno nimirum MDLII. Monasterium expoliatum, & flammis absumptum fuit ab Alberto Brandenburgico; quod ubi denuò resurgit, ruunt mores & Disciplina ac una cum iis Valentinus Abbas, qui in Capitulo habito Moguntiae Anno MDLX. à Patribus Ordinis frustra admonitus; tandem ex Decreto Werthinensis Capituli, Celebrati Anno MDLXIII. à Munere removetur, nec illi posthac datus est Successor.



## XIV.

DOTATIONES CÆNOBII S. PETRI  
IN NIGRA SILVA.

## I.

*Bertholdi III. & Conradi Ducum Zaringæ Confirma-  
tio sollemnis Fundati à Parentibus Cœnobii S. Petri.*

An. 1112. **I**N CHRISTI Nomine Notum esse cupimus tam futuris quam præsentibus quod Dux III. BERTHOLDUS & Frater ejus Dominus CONRADUS, Filii Bonæ Memoræ Bertholdi II. Ducis hujus Ecclesiæ Fundatoris Nigræ Silvæ, Loca vel Prædia seu possessiones hæreditario Jure ad se transmissas & his vocabulis determinatas videlicet, à Platano in Monte Randen & sic Jugum Montis, & per descensum dextræ partis montis ejusdem usque ad montem dictum Zewissperc ad terminum dictum Buggenhorn, de Buggenhorn ad terminum dictum Terrenbacherug, abinde Rivum dictum Usotta, & abinde ad terminum dictum *zum Burgstall*, quicquid ab ipso termino videlicet prædictæ Ripæ tendit extra dictum terminum Burgestal abinde erga Jugum ejusdem collis usque ad Montem Ettenberg ad terminum dictum Tierfol & descensum ejusdem termini usque in Bregenbach cum omnibus vallibus eundem Rivulum tangentibus ex parte dextra, abinde usque ad Paludem vulgariter appellatum Fornlach situm super Strich, abinde usque Wiltbesanck, abinde usque Luhinspach abinde usque in vallem Fortram, deinde per ascensum Montis, qui dicitur Henekperg ad Fontem Schonenburne, abinde Schoneggenbach inferius usque ad terminum dictum Wessenordera, abinde fursum per vallem usque ad terminum qui dicitur Churgevelle, abinde usque ad terminum, qui vocatur Bornhaption, abinde usque Ripam Überspach, abinde usque ad medium Montis usque ad Castrum dictum Orfanegg, abinde usque ad Jugum Montis dicti Flaufen, abinde per medium montis usque ad Tiliam sitam in monte dicto Uresperch, abinde per descensum montis ejusdem usque ad Ripam dictam Glater, abinde usque ad longum Lapidem situm in monte dicto Torli, abinde per descensum Montis usque ad Ripam quæ vocatur Schwartzbrenbach, abinde per descensum ejusdem Rivuli usque ad Montem Channum, abinde usque ad terminum in principio nominatum *zum Buggenhorn* manu potestativa Beato Petro Apostolo Patrono nostro pro Redemptione Animarum suarum, nec non Parentum suorum hic sepultorum devoti tradiderunt.

Actum VI. Kal. Jun. id est in S. Joannis Evangelistæ Anno Dominicæ Incarnationis MCXII. Anno VI. HENRICI Regis hujus nominis Quinti. Ante Basilicam S. Petri Abbatis illic Sanctorum Reliquiis, hujus Loci Regimen tenente Venerabili Domino EPPONE Abbate, astantibus Venerabilibus Viris, quorum Nomina in rei gestæ Testimonium subscripta sunt. Cunone de Kunringen & Filio ejus Chunone. Waltero de Horwen. Ranzone de Stoffen. E. de Pestat. Lutelino & Adelberto de Uffhufen. Geroldo de Vittekofen. & de Domo Ducis, Cunone de Blanckenberg, Reinhardo de Weiler. Gerwordo de Verstatt, Henrico de Owen. Gisilwerdo de Weder, & aliis quam pluribus Fide dignis, circumstante quoque & hoc audiente, qui tali die ad Ecclesiam convenerat Cætu copioso Plebis.

Verùm ne quis de hac Principum nostrorum solenni donatione & prædictorum Locorum vera positione scrupulosè moveatur, Memoræ breviter est commendandum quod Comes Erlewinus de Namberg, & Arnoldus de Kentzvegen totam Portionem Ditionis, quam in ipsa Silva sive infra vel extra terminos prænotatos possederant, Ratione salubri, voto non dissimili S. Petro Apostolo Patrono nostro pro Redemptione Animarum suarum liberaliter tradiderunt.

## II.

*Renovatio cujusdam Privilegii facta Occasione Traditionis Rudingeri Militis.*

**I**N Nomine Domini nostri JESU CHRISTI. Audite Karissimi, Membra CHRISTI An. 1123.  
 & Matris Catholicæ Ecclesiæ Filii, auscultate Fideles tam futuri quam præsentis, qualiter præcellæ Nobilitatis Vir BERHTOLDUS cum Uxore sua Felicis Memoria AGNETE, nec non suis Temporibus Dominus BERHTOLDUS, & Frater ejus Dominus CUONRADUS hujus Sobolis Geminus Partus, inter cætera Pietatis Opera, huic Cœnobio ab Ædificationis primordio, hoc specialis Gratia Privilegium Jure hæreditario tradiderunt; quicumque de Clientibus suis vel Familia huic Ecclesiæ devotionis Gratia conferre vellent aliquas Facultates vel Patrimonia omnibus Liberam Potestatem Voti complendi permiserunt & firmaverunt, sicque factum est, ut revolutis annorum Curriculis quidam Miles ex Clientela ejusdem Ducis, Nomine RUDINGERUS insanabili dolore depressus, ac penitus desperatus volens in extremo articulo Salutis Animæ suæ consulere Divinæ Consolationis quærebat Auxilium, ad Monasterium nostrum, à suis est delatus & Domino EPPONI Reverendo Abbati Cœnobarum S. Petri, corpore & Anima, affectiva donatione fideliter commendatus; hic flagrans Summum Bonum, pro CHRISTI Amore & Animæ suæ Redemptione tale Prædium quale sibi visum est in Vico qui Suandorff appellatur, partemque eorum, quæ in mobilibus possidebat, votiva oblatione donavit, ipse Monachus factus, post paucos dies naturæ cedens, in CHRISTO migravit; his ita peractis magna inter Duces orta est disceptatio, quidam ex illis sanioris partis laudabant & defendebant, quod peractum fuerat, quidam improbabant & ex toto refutabant, præterea Sæcularia Judicia objiciebant dicentes, quod præfatus Vir hujusmodi Traditionum in extremo vitæ suæ Tempore, sine Licentia Domini sui minimè facere deberet, nec Heredes sui Juris exheredare posset: his taliter altercantibus honorabilis Dux Cunradus supra memoratus, Divino Spiramine inspiratus, volens nexibus Dilectionis determinare hujus altercationis dissidium se interposuit Judicem, ne Ecclesiæ S. Petri ex tali discordia imposterum aliquod dispendium accideret, audita Sententia dijudicatum quod Hæredes præfati Viri Jure propinquitatis deberent exequi hæreditatem sibi debitam, Heros majorem protendit auxiliatricem Gratiam, nam in ipsa hora Domino & Sancto Petro hujus Cœnobia Patrono, potestativa manu tradidit sui Prædii duos mansos in Pago qui dicitur Sulza, ut præscriptum Allodium sine detrimento Ecclesiæ restitueret, & vincula Caritatis utriusque Partis in unum redintegraret & sanaret, omnemque suspicionem Controversiæ deinceps destrueret; in illa etiam die cunctis suæ Ditionis Ministris hanc donavit Libertatem, ut quicumque ex iis, sive sanus sive infirmus, vel etiam in Novissima hora constitutus aliquod Caritatis Beneficium multum seu modicum, nihil exceptum ad prædictam Ecclesiam sollenniter offerret, & prius omnia abdicaret, vel se ipsum Conversionis causa extraderet, durable & immutabile permaneret. His verò ita compositis, quantum in ipso fuit, omnia Antecessorum suorum vota & instituta inconvulsa & intemerata autorizavit & renovata Traditione roboravit.

Actum VII. Kal. Januarii Luna XXVII. Anno Dominicæ Incarnationis MCXXIII. Gubernante Romanum Imperium Rege Heintico hujus vocabuli Quinto. Indiæ. I. Feria II. in Castro quod vulgari Lingua Badin nuncupatur præsentis cum reliquis suorum, Memorato Abbate. Interfuerunt hisce Traditionibus excepta magna numerositate Plebis aliqui Nobilium Virorum, quorum Nomina hic sunt signata in Rei gestæ Testimonium. Conradus de Nittensteine. Erckengerus de Steinstat. Henricus de Hordegga. Henricus de Wartha. Bertholdus & Cunradus de Bucheim. Egilolfus de Brandegga. Burchardus de Hufen. Bertholdus Gundelvingen.

Aderant etiam ex Familia Ducis quam plures Senes & Juvenes Filii, quæ hæc viderunt & audierunt & devota mente unanimiter consensere & laudavere, quorum ex multis pauca hic exprimuntur vocabula. Bertholdus de Musinheim & duo Filii ejus Rodolphus & Berhtoldus, Egilolfus de Blanckenberg. Wernherus, & Frater ejus de Altinchoven. Hugo de Modelheim. Bivo de Heppelkoven.

## III.

*Honori II. Pont. Max. Diploma, quo Prædecessoris  
sui Urbani II. Privilegia Cœnobio S. Petri concessa confirmat.*Circa An.  
1126.

**H**ONORIUS Episcopus Servus Servorum DEI, Dilecto in CHRISTO Filio EP-  
PONI Abbati Monasterii, quod in Nigra Silva in Loco qui Cella Sancti Petri  
dicitur situm est, ejusque Successoribus regulariter substituendis in perpetuum. In-  
comprehensibilis & ineffabilis Divina Misericordia Nos hac Providentiæ Ratione in Apo-  
stolicæ Sedis Administratione constituit, ut Paternam de omnibus Ecclesiis gerere  
solicitudinem studeamus, siquidem hæc Romana Ecclesia, quæ à Domino sibi con-  
cessam omnium Ecclesiarum retinet Principatum, tanquam diligens Mater singulis  
debet Ecclesiis instanti Vigilantia providere, ad ipsam enim quasi ad Caput & Ma-  
trem ab omnibus concurrentum, ut ejus uberibus nutriantur & ab oppressionibus re-  
levantur; concedet ergo ut Ecclesias & alia Venerabilia Loca maximè, quæ ad spe-  
ciale Jus & ad singularem Proprietatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cui Auctore Do-  
mino servimus, spectant, specialioris prærogativæ sortiantur Honorem, & Aposto-  
licæ Auctoritatis communimine roborentur. Quia igitur Egregiæ Nobilitatis Vir  
BERCHTOLDUS Dux, in Comitatu Brisgauensi, in Constantiensi Episcopatu, in Silva  
quam dicunt Nigram, ad honorem Beati Petri Apostolorum Principis Monasterium  
ædificavit, ipsumque Allodium Romanæ Ecclesiæ Juri mancipavit, Nos ejus Devo-  
tionem Apostolica Auctoritate firmantes, & tuis Dilecte Fili Eppo Abbas, Postula-  
tionibus annuentes, ad Exemplar Domini Prædecessoris Nostri Felicis Memoriam UR-  
BANI II. Papæ, ipsum Locum sub Apostolicæ Sedis Tutela specialiter fovendum sus-  
cipimus, & præsentis iterum Privilegii pagina, Apostolica Auctoritate statuimus, ut  
quæcumque Prædia sive Possessiones præfatus Dux Berchtoldus cum sua Uxore Agne-  
te & Filiis tradiderit, & alii Viri ex suo Jure nostro Monasterio obtulerint, sive in  
futurum concessione Pontificum, Liberalitate Principum, seu Oblatione Fidelium  
justè & Canonicè poteritis adipisci, firma vobis & illibata permaneant: decernimus  
ergo, ut nulli Hominum liceat idem Monasterium temerè perturbare & ei subditas  
Possessiones auferre, minuere, aliquibus temerariis vexationibus fatigare, sed omnia  
integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione & Gubernatione concessa  
sunt usibus omnimodis profutura, porro . . . . .  
. . . vestris sumptibus & Laboribus excoluntur vel nutriuntur, quietas & illibatas  
vobis manere censemus, nec vos super hoc aut ab Episcopo ejusdem Diocesis aut ejus  
Ministris inquietari permittimus; sepulturam ipsius Cœnobii omnino liberam sancimus,  
ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, Devotioni & extremæ voluntati nisi  
fortè excommunicati sint, nullus obsistat; Ordinationes Monachorum, consecratio-  
nem Altarium sive Basilicarum ab Episcopo in cujus Diocesi estis, accipiatis, si qui-  
dem Gratiam atque Communionem Sedis Apostolicæ habuerit ac sine pravitate po-  
stulata voluerit exhibere, alioquin liceat vobis Catholicum quem volueritis adire  
Antistitem, & ab eo Sacramenta suscipere, qui Apostolicæ Sedis Auctoritate fultus  
indulgeat obeunte Te, nunc ejus Loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum  
nullus ibi, qualibet Surreptionis Astutia seu violentia præponatur, nisi quem Fratres  
communi Consensu vel Fratrum pars Consilii sanioris, secundum DEI Timorem re-  
gulariter providerint eligendum. Advocatus quem vestris Juribus decreveritis nul-  
lam in Monasterio vestro aliquid disponendi habeat potestatem . . . . .

## IV.

*Bertoldi IV. Zaringæ Ducis in Monasterium S. Petri  
constans Favor.*

An. 1152.

**H**UMANI temporis quoniam labitur cursus, generationisque exordium nascitur  
alterius, nostro Tempore patrata litteris nostris transmisimus: audite itaque  
Catholicæ Matris Ecclesiæ Filii, sanguine Summi Patris Redempti Unigeniti Notum  
vobis

vobis facimus, qualiter Dux BERTHOLDUS hujus Nominis Quartus, Ducis CUNRADI Filius, in Festo Sanctorum Marcellini & Petri, ad hoc Monasterium à Parentibus suis in honore Beati Petri Apostoli Institutum, venit devotus, eique omne Jus quod à Progenitoribus suis possederat, in manum Domini GOTZMANNI hujus Loci Abbatis, dextera sua contulit & firmavit munificus: primum autem hujus Donationis fuit exordium, nunquam aliquem inter se huic Cellæ præponere Advocatum, illudque constituit deinceps manere inviolatum: addidit etiam idem Dux aliud Cœnobitis istius Monasterii munus; scilicet ut quicumque ex Clientibus suis, vel etiam Familia, fanus sive infirmus, nec non in novissima hora constitutus ad hoc Monasterium Conversionis gratia vellet venire, aut de Allodiis suis, sive aliis quibuscumque Rebus, CHRISTO inibi servientibus quicquam conferre, absque omni contradictione faceret, nec suam ulterius super hac re Licentiam quæreret. Hæc non solum Patet ipsius & Patruus egerant, verum etiam Avus ejus, cum Consilio & auxilio Fratris sui Domini GEBHARDI Constantiensis Episcopi devotissime fecerat: præterea Domina CLEMENTIA Mater ejusdem Ducis primitus, monitu Domini HERIMANNI prædictæ Constantiensis Ecclesiæ Præfulis in sepultura Mariti sui Ducis CUNRADI cum consensu Filiorum suorum videlicet RODOLFI, ADELBERTI, HUGONIS hæc eadem nobis concesserat atque in perpetuum illibata fore firmaverat.


Facta sunt autem hæc Tempore Domini Papæ EUGENII sub Rege FRIDERICO Anno ab Incarnat. Domini MCLII. IV. Non. Junii Indiçt. XV. in Choro S. Petri, cunctis ejusdem Loci Monachis astantibus, cum Aliis pluribus Liberis atque Nobilibus hominibus, quorum Nomina hic in Testimonium subjecimus. Cunradus de Lowenstein. Berchtoldus de Bergen. Diethelmus de Croja. Cunradus de Swarzinberc. Liutoldus de Tegernvelt. Egelolfus de Hasela. Vernherus de Ufhufin. Adalbero de Palma; hi verò de Clientibus supradicti Ducis adfuere, qui hæc audiverunt & viderunt Odalricus de Alcmar, Wernherus de Roggenbach, Wernherus de Reinvelden Dapifer & Frater ejus Gerhardus; Waltherus de Tachwangen, Conno de Blanckennegk cum aliis quamplurimis hoc videntibus & audientibus hæc eadem apud Uberlingen IV. Julii præfato Duce Berchtoldo una cum Matre sua præfente firmata sunt. Plurimis ipsius Clientibus astantibus & videntibus atque laudantibus. His gestis plures Personæ Nobilium adfuere quorum nomina hic scripta sunt in Testimonium, Herimannus Marchio. Alwicus Comes. Conradus Filius Advocati de Suarcinberc & Frater ejus Wernherus, Rodolfus de Windisloch, Walterus de Howe, Bertholdus de Steincgge, Henricus de Tongin.

## V.

*Eberhardi de Betebur Donatio Prædii Villingen.*

IN Nomine Domini Nostri JESU CHRISTI Salvatoris, DEI nostri Aure fideli percipite, & Corde perspicaci, menteque sagaci intelligite, auscultate omnes CHRISTI Fideles tam futuri quam præsentis distinitionis sententiam salubriter promulgatam, Cœnobitis Sancti Petri æternaliter profuturam. Quidam Presbiter per omnia laudabilis & devotus Nomine EBERHARDUS de Betebur, hoc est, ejusdem Filius ex cujus Beneficio & amminiculo possedimus tale Prædium quale visi sumus habere in villa quæ Villingen dicitur, in structura scilicet Ecclesiæ & in aliis ædificiis, cum omnibus suis pertinentiis; Presbiter verò memoratus Divino Instinctu admonitus, ardenti desiderio anhelabat Summum Bonum in Cœlestibus pro CHRISTI Amore & Animæ suæ Redemptione, comparavit suis sumptibus quoddam Allodium, hoc est III. Mansos sitos apud villam vulgari Lingua Ascheine nuncupatam, ipsum Allodium potestativa manu tradidit & donavit Domino & Sanctæ MARIÆ & Sancto Petro hujus Cœnobii speciali Patrono, quatenus perpetuò cedat in usum Monachorum, hoc in Monasterio, Domino & Sancto Petro Famulantium; de hac Donatione fecit talem editionem, ut quicumque hujus Monasterii Camerarius exstiterit sub Cura & Providentia suæ Obedientiæ hujus Traditionis Allodium habere debebit, tali ratione & cautione, ut remota omni ambiguitate singulis Annis in Recordatione Fidelium Animarum, quæ in Sancta Ecclesia recolitur in proxima die omnium Sanctorum,

Fratribus in Loco commorantibus intus & foris Monachis & Barbatis devotè tribuat plenum & integrum servitium, ut ipsi Fratres per hoc conventi studiosius impleant ipsius Memoriae Officium. Secundum Pactum Privilegii, in sequenti Clausula nominatim & distinctè determinatur, quod in cibis & potibus unicuique offeratur; unusquisque Fratrum accipiat panem pulchrum & candidum, duasque positiones piscium, unam Salsuginatam, alteram piperatam, ad tertiam verò positionem habere debebunt Placentas hoc est Fladones, qualiscumque occurrerit dies, si autem Feria VI. non fuerit inordinata causa impediminis (quia in ipsa die abstinendum ab adipe) Artocreae aut Fladones in usus commedentium dentur honestè & abundanter & hæc pitantia singulis, in singulis Scutellis & ad Satietaem compositis; ad Prandium quoque singuli accipiant Scyphum Vinarium de bono vino plenum, serò autem & post Vesperas, quamvis minimè cœnetur ejusdem mensuræ pabulum inter duos partitum, ista ratio quæ consistit in prænotatis, distinguit de Fratribus Barbatis, Panis tribuatur Barbatis, ejusdem quantitatis & qualitatis sicut Monachis, una positio piscium, alteram de placentis, vascula eorum impleantur ad Summum, inter Refectionem Fratrum, XII. Pauperes collocentur in Loco opportuno, in honore XII. Apostolorum & tertius decimus in Persona CHRISTI addatur, & Camerario unicuique . . . . .



## XV.

NECROLOGIUM ABBATIÆ  
LUCIDÆ - VALLIS.

## JANUARIUS.

- VIII. Idus. *Elisabeth de Vrancken*, quæ legavit Conventui XII. Libras Hallensium.
- VI. Idus. Illustris Domina MARIA Marchionissa, Abbatissa hujus Loci Anno MDXIX. Tumulata ante Summum Altare.
- V. Idus. *Albertus Ruder*, dictus *Widenbusch*.
- Idus. *Mechtildis de Lichtenberg*.  
RUDOLFUS Marchio de Baden. XXXX. Libras annuatim, sepultus ante Altare S. Andreae.
- XVIII. Kal. Febr. Illustris Principessa MARGARETA, hujus Monasterii Prædigna Mater & Abbatissa, Filia Caroli Marchionis Badensis ex Catharina Archi-Ducissa Austriae. Obiit Anno MCCCCXCVI.  
*Adelheidis Schottiane*.
- XVII. Kal. Illustris HERIMANNUS Marchio de Baden, Fundator.  
*Hildegardis de Beckingen*, quæ legavit annuatim Conventui X. Solidos.
- XV. Kal. Illustris Dominus CHRISTOPHORUS GUSTAVUS Marchio Frater Domini Eduardi Fortunati Marchionis Badæ, Comitum Spanheimensium.
- XIII. Kal. *Elisabetha Roderinne*.
- X. Kal. Anno MCCCLXXXV. *Joannes Pfrumbœm Senior*.
- IX. Kal. Anno MCCCXLVI. Illustris *Conradus de Furstemberg* Decanus Ecclesiæ Argentinenfis, qui legavit Conventui C. Libras Argentinenfis Monetæ.
- VIII. Kal. Generosa Domina ANNA de Mersperg hujus Loci Abbatissa Anno MDLI.
- VII. Kal. *Joannes Confessor*.  
*Adelheidis Schallerin*.
- VI. Kal. Illustrissima Domina CECILIA Marchionissa, quondam Illustrissimi Principis Christophori Marchionis Badæ Conjux. Anno MDCXXVII.

- V. Kal. *Bertha de Oze.*  
 IV. Kal. Illustris JOANNES CAROLUS Marchio, Frater Eduardi Fortunati  
 Marchionis Badæ, Comitum Spanheimensis.  
*Adelheidis de Oze.*  
 II. Kal. *Elisabeth de Boffwilre.*

## FEBRUARIUS.

- IV. Nonas. Anno MCCCXXXI. Illustris Dominus RUDOLFUS Marchio de  
 Baden, qui legavit Conventui C. Marcas.  
*Barbara Vublerin* Abbatissa in VVunmenthal.  
 III. Non. *Joannes Comes de Asperc.*  
 VII. Idus. *Henricus dictus Bube.*  
 VI. Idus. Illustris *Irmingardis de Wirtemberg.*  
 III. Idus. *Elgent de Butenken.*  
 Idus. *Margareta de Spira.*  
 Illustris RUDOLFUS Marchio de Baden dictus HESSE sepultus ante  
 Altare S. Catharinæ Anno MCCCXXXIII.  
 XVI. Kal. Mart. *Hildegardis de Vinstingen* Senior Domina de Lichtemberg.  
 XV. Kal. *Cunradus* Miles dictus *Schöpfelin*, qui legavit L. Florenos pro  
 Remedio Animæ suæ.  
 XIV. Kal. *Agnes* dicta *Buvinne* Senior, Piæ Memorix.  
 XIII. Kal. *Clara* Domina de *Eberstein.*  
 XII. Kal. *Wernherus* dictus *Wizze*, ipse dedit III. Libras in Anniverfa-  
 rio ejus.  
 IX. Kal. *Mezza de Oza.*  
 VIII. Kal. *Cunradus* dictus *Gepler & Mechtildis* Uxor sua.  
*Elisabeth de Sunnezheim.*  
 VII. Kal. *Hermannus* dictus *Wisse* de Erteningen. Talentum in Refe-  
 ctorio ipso die.  
*Agnes de Eberstein* apud Castrum, quæ legavit annuatim unum  
 Quartale Siliginis.  
*Demudis de Owingen.*  
 VI. Kal. Piæ Memorix IRMINGARDIS Marchionissa Venerabilis Fundatrix  
 Devota Lucidæ-Vallis.  
 Anno MCCCGLXXV. Illustris Dominus CAROLUS Marchio Fe-  
 licis Memorix, qui hoc Monasterium in Reformatione stricta ma-  
 nu tenuit, & temporalia Subsidia piè ministravit.  
 III. Kal. Soror *Elisabeth de Kintwilre & Hugo* Frater ejus.  
 II. Kal. *Ludovicus Röder* dictus *Widenbosch.*  
 Domina *Walpurgis de Lichtenberg.*  
*Clara de Greberin* Sanctimonialis Anno MCCCXCVIII.

## MARTIUS.

- VIII. Nonas. Domina ELISABETH prima Abbatissa Lucidæ-Vallis.  
 Idus. *Burga de Stalhoven.*  
 Illustris Marchionissa Domina AGNES, Secunda Abbatissa in Lu-  
 cida Valle.  
 VII. Idus. *Burtharius de Schowenburg.*  
 VI. Idus. *Clara de Blumenberg, Roderine.*  
*Conradus Glaz* Armiger Anno MCCCCXIII.  
 V. Idus. *Rudolfus* Marchio de *Durmersheim* & Mater & Soror ejus  
*Irmengardis.*  
 IV. Idus. *Clara de Berstein*, dabat Conventui I. Amam vini & II. Octa-  
 lia Siliginis.  
 II. Idus. *Elke de Spira*, Monialis.  
 Idus. *Elisabeth* Uxor Hugonis Militis de Kintwilre.

- Domina AGNES de Truhendingen, Uxor quondam Marchionis de Baden.  
*Otto Comes de Strasberg.*
- XVI. Kal. Apr. Domina *Adelheidis* de *Helfenstein*.  
 XIV. Kal. Apr. Anno Domini MCCCXLVII. *Hartmannus* Armiger de *Bosswilre*, qui legavit nobis C. florenos.
- XIII. Kal. ELISABETHA de *Lichtenberg*, Soror Domini *Rudolfi* Marchionis Badæ sepulta in Capella apud Altare S. Catharinæ.  
*Adelheidis* dicta *Simile*.  
 Anno Domini MCCCLXXII. *RUDOLFUS* Marchio de Baden piæ Memorix, sepultus ante Altare S. Andreae.
- X. Kal. Domina *GREDA* Marchionissa de Baden, dicta de *Liningen*,  
 VIII. Kal. *Elisabeth & Henricus* de *Oberkirche*.  
 VII. Kal. *Agnes* dicta *Trigelin* de *Ploeshem* Monialis.  
*Mechtildis* de *Helfenberc*.
- VI. Kal. Dominus *Joannes* de *Lichtenberg*.  
*Guta* Marchionissa.  
*Adelheidis* de *Remechin*.
- V. Kal. Domina *METZA* de *Lichtenberg* Abbatissa.  
 III. Kal. *Marquardus* de *Holzgeringen*.  
*Wilhelmus* de *Eberstein*.  
 II. Kal. Domicellus *Crafft* de *Krosswilre*.  
*Mengoldus* de *Eberstein*, dedit X. Solid. Hallensium de *Prato Crum*, in villa *Oza*.

## A P R I L I S.

- Kalend. KUNIGUNDIS Marchionissa.  
 III. Non. *Irmentrudis* de *Butinheim*, dabitur illa die cuilibet Dominae dimidium Picarium Vini.
- Nonas. *Conradus* de *Kintwilre*.  
 VIII. Idus. *Mechtildis* de *Ingenheim*.  
 Domicella *Susa* de *Krosswilre* Ræderin.
- II. Idus. *Adelheidis* de *Berfe*. *Henricus* Pater ejus & *Hedewigis* Mater ejus dederunt IV. Talenta pro Anniversario suo.  
 Idus. *Fridericus* *Roder*.  
 Anno Domini MCCCLIII. Dominus *HERMANNUS* Marchio de Baden, qui legavit Conventui DCC. Libras Hallenses, sepultus in Introitu Ecclesiae.
- XVII. Kal. Maj. Domina *ADELHEIDIS* de *Lichtenberg* Abbatissa in *Claustro Lucidæ Vallis*, obiit ipsa Die *Palmarum* Anno MCCCCXIII.
- XVI. Kal. *Bertha* de *Hefn*, quæ legavit VI. Quartalia *Siliginis* ad *Mensam*.  
*Waltherus* de *Weringen* piæ Memorix, Sacerdos & Monachus *Novi-Castri*.
- XV. Kal. *Lucardis* de *Meisheim*.  
 XIV. Kal. Anno Domini MDXXVII. XIX. Aprilis Illustris Princeps *CHRISTOPHORUS* Marchio de Baden, qui Principatum *Badensem* Maxime auxit.
- XII. Kal. *Cunigundis* de *Lupfenstein*.  
 XI. Kal. Piæ Memorix *Conradus* Abbas *Novi-Castri*.  
 X. Kal. KUNIGUNDIS Marchionissa. *RUDOLFUS* Marchio.  
 IX. Kal. *Otto* de *Selbah* Miles.  
*Joannes* *Bechel* de *Malsch*. Umb das gemein Gebett für ein Totschlag.
- VIII. Kal. *Joannes* de *Nidelingen*, qui dedit partem *Decimæ* suæ in *Isingen*, Monasterio nostro.
- VII. Kal. Anno Domini MCCCCXXIX. *Anna* Comitissa de *Asberc*.  
 VI. Kal. *Kunegundis* de *Slegeldal*, X. Solidos in *Refectorio*.  
 IV. Kal. *Ruperti* Abbatis.

*Henricus de Sunezheim*, qui legavit IV. Maldra Siliginis ad Refectorium.

- II. Kal. *Demudis de Kintwilre* Monialis.  
*Cunigundis Widembin* Talentum Hall. in Refectorio.

## M A J U S.

- VI. Kalend. *Berta de Windeke & Rempolus.*  
Nonas. *Helka de VVolhusen.*  
Dominæ ANNETIS Marchionissæ de Winsberc, Uxor quondam Marchionis de Baden.
- V. Non. *Conradus Bube*, ipse dedit III. Talenta.  
IV. Non. *Henricus de Luterbah* Armiger, de quo habemus unum florenum. Obiit Anno MCCCCLI.  
*Elisabetha de Owingen.*
- II. Non. *Herburga dicta Wizzinne.*  
*Maria* Puella Marchionissæ.
- VIII. Nonas. *Anna de Ratzenhusen*, quæ contulit Libram Argentinensis monetæ.  
Idus. *Mehrtildis de Remehingen* Monialis.  
*Margareta* Comitissa de Sarwert Conventualis hujus Monasterii Anno MDXLII.
- VII. Idus. *Henricus de Selbach*, de quo habemus XXXIII. florenos.  
*Agnes de Sunezheim & Adelheidis de Augusta* XXX. florenos.
- VI. Idus. *Joannes dictus Phlumbæm*, qui legavit II. Libras Hall.  
IV. Idus. *Adelheidis de Kintwilre.*  
*Conradus* Pincerna de Baden.
- III. Idus. Dominus *Wolfgangus* Abbas in Stircelbrunn hic in Circuitu sepultus.  
Idus. *Luckardis Torlerinne.*
- XVII. Kal. Jun. Domina de OSSENSTEIN Uxor quondam Marchionis de Baden, sepulta in Capella ante Altare S. Catharinæ.  
*Maria Breinin* Abbatissa in Wunnenthal.
- XII. Kal. Domina AGNES de Monte-Lucis, quondam Abbatissa in Lucida-Valle.
- XI. Kal. *Rudolfus Floesse de Steinbah.*  
X. Kal. Anno Domini MCCCCLXVI. *Elisabetha de Spira.*  
*Berta de Hergelheim* annuatim Libram Hallensis Monetæ.
- IX. Kal. *Demudis* Monialis de Schowenburg.  
V. Kal. *Bertholdus Phlümer.*

## J U N I U S.

- IV. Nonas. *Henricus* Cantor de Lihtenberg.  
Hac die circa Quintam manè, placidè in Christo obdormivit Anno MDCXL. Illustrissima Marchionissa, CATHARINA URSULA Comitissa ab Hohenzollern, sepulta in Baden.
- III. Non. *Anna Strubwegin*, & Soror ejus *Engildrudis* Moniales hujus Claustris; dederunt DC. florenos.
- VII. Idus. Illustrissimus ac Serenissimus Princeps Noster PHILIPPUS Marchio in Baden Anno MDLXXXVIII. sepultus in Baden ante Altare in Choro.
- VI. Idus. *Clara zum Dorn.*  
III. Idus. *Adelheidis de Lichtenberg*, Comitissa de Salmis, Anno MCCCCLIII. quæ legavit LXXX. Libras Argentinensis Monetæ, de quibus tres Libræ dantur annuatim ad mensam Conventus.
- XVII. Kal. Jul. *Irmengardis de Spira.*  
XIII. Kal. Illustrissimus Princeps Noster EDUARDUS FORTUNATUS Marchio in Baden, cujus Anima Requiescat in Pace.
- XI. Kal. Anno Domini MCCCXXXII. Dominus FRIDERICUS Marchio, sepultus in Introitu Ecclesiæ nostræ.

- X. Kal. *Albertus Roder dictus Bube.*  
 IX. Kal. Illustris Dominus ALBERTUS CAROLUS, Filius Domini Eduardi Fortunati Anno MDCXXVI.  
 VIII. Kal. *Marcwardus de Berverstein* Miles, de quo habemus II. Maldra in Rafelt.  
 VII. Kal. Anno MCCCXLVIII. RUDOLFUS Marchio, ante Altare majus in Capella.  
*Bertholdus de Strasberg* Comes, ante Altare X. millium V.V. M.M.  
 V. Kal. *Adelheidis de Spira.*  
*Elisabetha de Selbach* Anno MCCCLXVI.  
 IV. Kal. *Irmelhusa de Bach.*  
 II. Kal. *Adelheidis Meiserin*, Monialis X. maldra Siliginis.  
*Adelheidis dicta Schererin de Tuwinnen* Monialis.

## JULIUS.

- Kalend. *Uta & Vir ejus Remboldus.*  
 VI. Non. *Hedelin de Pforzheim.*  
 CUNIGUNDIS Filia quondam Marchionis de Baden Uxor Comitissae de Wertheim.  
 II. Non. Pia memoriae *Adelheidis de Wertenberg* Uxor Domini de Lichtenberg.  
 VIII. Idus. *Conradus de Lichtenberg* X. marcas Argenti in Refectorium.  
 VII. Idus. *Joannes de Boswilre.*  
 Idus. Marchio HERMANNUS sepultus in Capella juxta Altare S. Joannis.  
 XVII. Kal. Aug. *Vilhelmus Zezurch*, qui legavit XX. florenos.  
 XVI. Kal. *Albertus* Miles de *Bach*, qui legavit VI. Quartalia Siliginis.  
 XV. Kal. Pia memoriae *Susanna* Comitissa, Lantgravii Filia de *Lichtenberg*.  
 XIII. Kal. *Vilhelmus* Comes de *Duwingen*.  
 XI. Kal. IRMENGARDIS de Zolre Filia antiqui Marchionis de Baden.  
 VIII. Kal. ELISABETH Wustin Ein alt Eptissin, Reformatrix de Regio Ponte, honestissimae Vitae Anno MDXLIV.  
 VII. Kal. *Eberhardus de Sickingen.*  
 VI. Kal. *Ermentrudis de Vroudenstein.*

## AUGUSTUS.

- II. Nonas. *Conradus de Kartunc*, ipse & *Benigna* Uxor ejus, dederunt Nobis Decimam in Sunsheim.  
 Nonas. *Adelheidis de Gartach.*  
*Belima de Fegersheim* Monialis Anno MCCCCIX.  
 Venerabilis Domina ANNA dicta STRAUBERIN, olim Abbatissa Lucidæ-Vallis.  
*Ursula de Riepers* Prebendaria, quæ Legavit CCC. florenos Anno MDIII.  
 VII. Idus. *Gertrudis de Schopheim.*  
 Reverenda Domina BARBARA VAISEIN Abbatissa.  
 V. Idus. *Rudolfus* quondam Abbas Novi-Castri.  
 III. Idus. *Elisabetha de Remchingen* Monialis.  
 Generosa Domina *Margareta* Comitissa de *Furtemberg* Baronissa in Morsperg Anno MDLXXI.  
 Reverenda Domina CUNEGUNDIS de ZOLRE Abbatissa.  
*Albertus Roder.*  
 XVIII. Kal. Sept. *Rudolfus* dictus *Bosman* Talentum in Refectorio.  
*Catharina* Uxor *Alberti* de *Kintwilre* Armigeri.  
 XVI. Kal. Pia memoriae Domina *Susanna* dicta de *Horrenberg*.  
 XV. Kal. Domina Abbatissa & Marchionissa ADELHEIDIS.  
 XIII. Kal. Domina *Agnes* de *Eberstein* Monialis Anno MCCCXCV.

- XIII. Kal. *Agnes de Flößen* Monialis.  
 XII. Kal. *Guta de Fleckenstein* Priorissa in Claustro Lucidæ-Vallis.  
 XI. Kal. *Matoldus* Miles de *Meinsheim*.  
 Reverenda Domina MARGARETA STULZERIN Abbatissa in Lucidæ-Valle Anno MDCXXV.  
 X. Kal. *Catharina de Fleckenstein* Monialis.  
*Gozo de Eberstein*.  
 VII. Kal. *Ursula de Diefenow* & *Anna de Nuwenstein* Moniales hujus Claustri.  
 VI. Kal. Anno MDCLVIII. Obijt Venerabilis ac Religiosissima Domina EVA REGINA SPRINGAUFIN, Abbatissa Lucidæ-Vallis, quæ statura parva, sed Doctrina, Sapientia & Omnibus Spiritualibus Magna, cujus Anima vivat in Æternum.  
*Rudolfus de Azenheim*.  
 V. Kal. Anno MCCCLXI. Marchio RUDOLFUS dictus WECKER Sepultus ante Altare S. Catharinæ.  
 IIII. Kal. *Elisabetha de Diefenow*.  
*Agnes* dicta *Harmannin* & Filius ejus *Fridemannus* Legaverunt omni Anno II. Quartalia Siliginis.  
 III. Kal. Venerabilis & Nobilis Domina ROSINA RODERIN Abbatissa hujus Loci Anno MDXLIII.  
 II. Kal. *Elisabetha Roderin* Monialis hujus Claustri.

## S E P T E M B E R.

- Kalend. *Ellina de Hube*.  
 IV. Nonas. Anno MCCCLIII. Illustris FRIDERICUS Marchio de Baden. *Rudolfus* Comes de *Lewenstein*, qui legavit annuatim X. Libras Hallenses.  
 VI. Idus. *Jutta* dicta de *Flößen*.  
 V. Idus. Soror *Elisabeth* de *Spira*.  
 IV. Idus. *Agnes* de *Kintwilre* Monialis Anno MCCCLXVII.  
 Anno Domini MCCCXCIII. *Anna Zornin* de *Vegersheim*.  
 XVIII. Kal. O&t. *Marquardus* Miles de *Frödenstein*.  
 XVII. Kal. *Bertoldus* de *Oberndorf* Monachus de *Alba*, hîc sepultus.  
 XVI. Kal. *Neselin* de *Wissenborg*.  
 XV. Kal. Illustris Princeps PHILIPPUS Marchio Badensis, hujus Cenobii Clemens Patronus Anno MDXXXIII.  
 XIII. Kal. *Bertoldus* de *Oza*, qui legavit omnia Bona sua ipse & Mater ejus *Bertha* & Uxores ejus *Metza* & *Alheidis*: dantur in Anniversario ejus de Bonis super Curia sua in *Oza* VI. Quartalia.  
*Rudolfus* Comes de *Tuwingen*.  
*Alheidis Kinnegelin* Monialis.  
 IX. Kal. Anno Domini MDXXXIII. Illustris RUDOLFUS Marchio Badensis, Ecclesiæ Majoris Argentinensis Custos & Canonicus.  
 VI. Kal. *Gisila* de *Hofevvilre*.  
 IV. Kal. *Anna Elendin* Monialis hujus Claustri Anno MCCCLXXXIII.

## O C T O B E R.

- VI. Nonas. Magister *Conradus* de *Genrespach*.  
 V. Nonas. *Irmengardis* de *Etteningen*.  
 Anno Domini MCCCLVIII. Illustris Domina *Renata* de *Bare* Comitissa, Uxor Domini *Wolfranni* de *Gemino-Ponte*.  
 Illustris Princeps PHILIBERTUS Marchio Badensis.  
 IV. Nonas. *Henricus Rysé* Sacerdos in *Ettlingen*, qui dedit nobis C. florenos.  
*Elisabeth* de *Selbah*.

- VI. Idus. *Nendungus* Abbas.
- IV. Idus. *Junta de Uffensheim.*  
*Catharina de Achern.*
- III. Idus. *Catharina de Kintwilre* Monialis Anno MCCCLXXXI. piæ  
Memoriæ.  
*Fridericus* Comes de *Otingen*, qui legavit Conventui XXXII.  
Solidos pro Anniversario.
- II. Idus. *Adelheidis de Meinsheim.*  
*Elisabetha Buningerin.*
- XVII. Kal. Nov. Anno MDXXXVII. Nobilis & Magnanimus *Guillelmus Roder*  
de *Hohenrodeck*. Frater Germanus Reverendæ Dominæ Rosulæ  
Abbatissæ, qui Animam suam omnium Bonorum suorum instituit  
Hæredem.
- XVI. Kal. *Andreas de Acher.*
- XV. Kal. *Luckardis de Tuwingen* dicta *Schererin.*
- XIV. Kal. *Anna Roderin.*
- XII. Kal. *Cunigundis de Stegeldal*. II. Maltra in Refectorio.
- VIII. Kal. Domina *Adelheidis de Tuwingen* Abbatissa *Lucidæ - Vallis* Anno  
Domini MCCCLXVII.  
Piæ Memoriæ Domina *Adelheidis de Liechtenberg* Monialis hu-  
jus Claustrii Anno MCCCLXXXIII.
- VI. Kal. Domina *Agneta Roderin* Monialis, Filia *Ludewici Roder*,  
Anno MCCCCXXVII.  
*Hugo* Miles de *Kintwilre*.
- V. Kal. Anno Domini MDLXXXI. Nobilis & Honestæ Matrona, Do-  
mina *Margareta Vaifn*, Excellentissimi quondam Viri *Joannis*  
*Balduini* Oppidi *Friburgensis* Præsidis dignissimi Vidua derelicta,  
Lampadis & Luminis in Dormitorio nostri Cenobii perpetuò ar-  
dentis Fundatrix.

## NOVEMBER.

- Kalend. *Agnes de Asberc.*
- IV. Non. *Catharina Phlumbommin*, quæ dedit dimidium Picarium & Pisces.  
Illustrissima Domina *MECHTILDA* Marchionissa de *Baden*, Palatina  
Reni Ducissa quondam Illustrissimi ac Christianissimi Principis *PHI-*  
*LIBERTI* Marchionis *Badæ* Coniux, in Christo dulcissimè obdormivit.
- III. Non. *Suigerus* Miles de *Ubestat*.
- II. Non. *Adelheidis* dicta *Plumerin.*  
*Joannes* Miles de *Rodecke*.
- Nonas. Piæ Memoriæ *Udelindis* Pincerna de *Baden*.  
*Adelindis* Sanctimonialis hujus Loci.
- V. Idus. Illustris *BERNARDUS* Senior Marchio de *Baden* obiit An. MDXXXVI.
- IV. Idus. *Nicolaus Zorn* Miles Anno MCCCLXXXIX.
- III. Idus. *Irmengardis de Asperg.*
- Idus. *Junta de Selbah* Uxor dicti *Balhoven*.
- XVIII. Kal. Dec. *Gerdrudis Kumberin.*
- XVII. Kal. *Gerungus* Sacerdos & Plebanus in *Baden*.
- XVI. Kal. Anno Domini MDCXX. Illustrissimus Dominus *PHILIPPUS* Mar-  
chio, Frater Domini *Eduardi Fortunati* Marchionis *Badæ*, Comi-  
tis *Sponhemensis*.
- XV. Kal. Soror *Elisabetha de Eberstein.*
- XIII. Kal. Illustris Marchio *RUDOLPHUS* sepultus in Capella juxta Altare S. *Joannis*.  
*Ludovicus de Lichtenberg.*
- X. Kal. *Gerdrudis Flossin.*  
*Fridericus* Abbas de *Novo - Castro*.
- IX. Kal. *Margareta de Wizlembin* Monialis.
- V. Kal. Devota *Eva Roderin* Monialis Anno MDXL.

- II. Kal. ROSULA RODERIN hujus Cœnobii digna Abbatissa obiit Anno MDX.  
Pia Memoria *Albertus de Kintweilre.*  
*Kunigundis de Selbach.*

## D E C E M B E R.

- Kalend. Reverenda Domina ROSINA HERTZOGIN Abbatissa hujus Cœno-  
bii Anno MDCXLII.  
III. Non. *Judela de Eppingen.*  
II. Non. *Gertrudis de Ubestat.*  
VIII. Idus. *Meza dicta Walpotin.*  
VII. Idus. *Bertoldus, Osmut, Elisabeth & Adelheit, V. Quartalia.*  
VI. Idus. *Rudolfus Comes in Tuwingen pro cujus Anima Uxor & Libe-  
rorum suorum dabit Abbatissa annuatim Conventui VIII. florenos.*  
V. Idus. *Mechtildis de Ereberg.*  
III. Idus. *Ursula Monialis de Berstetten, quæ legavit Bona sua Monaste-  
rio, & de Domo sua dabuntur Conventui annuatim V. Solidi De-  
nariorum Argentines.*  
XVIII. Kal. Jan. *Nicolaus Wizlamb I. Lib. Hallens.*  
*Heinricus Miles & Otto Frater ejus de Selbach.*  
XV. Kal. *Bertoldus Comes de Eberstein, qui dedit Conventui annuatim  
III. Libras Hallensium pro Anniversario suo.*  
XIV. Kal. *Bertoldus pia Memoria Monachus & Confessor noster de Argent.*  
XIII. Kal. *Burchardus Bube Abbas in Ottenheim.*  
*Irmilina pia Memoria.*  
XII. Kal. *Elisabetha Comitissa de Aßperg in Capella retro Altare S. Andrea.*  
VIII. Kal. *Conradus Roder.*  
*Margareta de Spira.*  
VII. Kal. *Waltherus de Badenstein.*  
*Lukardis de Spira.*  
III. Kal. *Gerlacus dictus Bleiche ipse dedit III. Maltra.*  
Reverenda Domina MARGARETA GOLLIN Abbatissa in Lucida-  
Valle.  
*Simon Clericus.*

## Sequuntur Fundationes Piæ.

## I.

Quia Fragilitatis est humanæ, nunquam in eodem statu permanere, & ob id Res memoriae dignæ per injuriam & oblivionem diuturnam solent obliterari, idcirco lubet hujus paginae scripto memoriae commendare, quod ERKENBERTUS, Civis Spirensis, & Uxor ejus MARGARETA, quæ nunc obierunt, pro Remedio Animæ suæ contulerunt huic Ecclesiæ, Curiam in Barchusen cum Jugeribus attingentibus; de Bonis prædictis in Anniversario prædictorum Erkenberti & Uxoris suæ, Refectio singulis Annis ministrabitur Conventui in Festo S. Joannis ante Portam Latinam.

## II.

Hic sanè Notandum est, & perpetuæ memoriæ commendandum, quod Dominus SYMON dictus de GREVENHUSEN, Capellanus piæ memoriæ Dominae IRMINGARDIS Marchionissæ de Baden Fundatricis Ecclesiæ nostræ, obtulit & donavit ad Altare Principale B. Virginis, & per consequens Abbatissæ & Conventui usui deputavit Curiam, quæ vulgò dicitur Vrondorf, in villa Winden, quam comparavit pro XXIV. marcis pro Redemptione votorum suorum, ut & perpetua memoria ejus fiat tanquam pro speciali Benefactore nostro, & Anniversarius ejus dies agatur perpetuo cum Vigiliis & Missarum sollempniis, sicut pro valde Caris nostris fieri consuevit.

Idem, Revoluto Anno iterum obtulit & donavit ad prædictum Altare B. Virginis Bona, quæ comparavit in villula, quæ dicitur ad Schur, pro XL. Libris Hallensibus, volens & constituens ut de prædictis Bonis singulis annis in Vigilia Palmarum Refectio ministraretur Conventui nostro Lucidæ-Vallis, in signum veræ Fraternalitatis, & ut Communionem Orationum & aliorum Bonorum omnium, quæ sunt in prædicto Conventu, plenè habeat.

## III.

**N**overint Universi præsentis & Posteris, quod Nos Abbatisa ADILHEIDIS & Conventus Lucidæ - Vallis promisimus hodie Bona Fide Dominæ ELISABETHÆ de Lichtenberg, Sorori Domini Marchionis, nostri Fundatoris, RUDOLFI, Anniversarium Mariti sui LUDOVICI in die Sanctæ Elisabeth, plenæ Refectionis Administratione & Orationum perfolutione, singulis annis celebrare.

## IV.

**I**N Anniversario Nobilissimi Marchionis antiqui HERMANNI, & piæ memoriæ Dominæ Marchionissæ Uxoris ejus IRMINGARDIS Fundatricis Claustris hujus & Filii ejus Illustrissimi Ducis Austriæ HERMANNI, institutum est quoddam Prædium situm in Sunnesheim.

## V.

**I**N Annuntiatione S. MARIE Virginis, celebrari promisimus Anniversarium Domini WERNHERI Præpositi Spirensis, & Dominæ MARGARETÆ ex Petitione & desiderio Domini SWIKERI de Brusella, qui dedit nobis XXX. Libras pro Redditiibus trium Librarum Hallensium, perpetuò celebrandum.

## VI.

**A**LBERTUS GOES Spirensis, dictus *von dem PHLUMBOEM* legavit in Remedium Animæ suæ Libram Hallensium singulis annis Conventui Lucidæ - Vallis, in cena Domini in Pitantia in Refectorio ministranda.

## VII.

**M**iles de RAVENSBERCH dictus GÖLER contulit nobis dimidiam Carratam Vini de Decima Gugelingen pro Remedio Animæ suæ, singulis annis.

## VIII.


**M**iles DIETHERUS dictus RÖDER legavit quadrantem Vini pro Remedio Animæ suæ & Uxoris, Conventui singulis annis. Idem, legavit Frater ejus BURCHARDUS, tali conditione ut in die Anniversariorum suorum dimidium Picarium vini, cuilibet Dominæ ministraretur.

## IX.

**N**obilis Domina BERTA de Windecke legavit pro Remedio Animæ suæ, & Viti sui REMBOLDI X. Quartalia Siliginis ut in die Anniversarii eorum SS. Philippi & Jacobi Pitantia ministraretur singulis annis, quæ datur de Curia Vinbuch.

## X.

**A**GNES Vidua dicta Bosmennin contulit huic Monasterio V. marcas Argenti, tali conditione, ut quam citius fiat communis Transitus ad Terram sanctam, dentur alicui probò & honesto Viro prædictæ marcæ, in Remedio Animæ suæ, & Viri sui *Henrici*.



XVI.  
DIPLOMATA ET EPISTOLÆ VARIÆ.

I.

*Ulrici Comitis de Lenzburg Charta pro nova Ordinatione Ecclesiæ Beronensis.* Ex Apographo.

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego ULRICUS DEI Gratia Comes, An. 1036.  
ad reprimendas Lites futuras, cum omne Patrimonium meum non in Filios, quoniam illis orbatum sum, sed in Nepotes meos sit transiturum, sæpe & diu mecum cogitavi de quadam Canonica mea, quæ est in loco qui dicitur Beronis - Monasterium à Parentibus meis primitus, postmodum à me Sancti Michaëlis Honori attributum, qualiter post obitum meum eadem Canonica liberaliter DEO servire valeat: Regalem nolui facere nisi coactus, quoniam sæpe accidit, si parva res in manus Magnorum venerit, ut vel omninò negligatur aut parum defendatur; rursus nolui eandem Canonicam Nepotibus meis in commune dimittere, ne quod soli DEO bene est coadunatum prava voluntate hominum malè divideretur: tandem inveni consilium ut eligerem unum de Nepotibus meis cui supradictum locum traderem sub quadam conditione, quam in sequentibus indicabo: tradidi enim dictum locum id est Beronis Monasterium cum omnibus ad illud pertinentibus prædiis & mancipiis Nepoti meo Arnulfo ea pactione ut ego habeam eundem locum in dies vitæ meæ, & Filius meus Henricus habeat præfatum locum quamdiu in hoc sæculo vivat & post ejus decessum præfatus Arnolfus firmiter teneat, & secundum constitutionem nostram perpetualiter possideat & post obitum illius, unus de legitimis Hæredibus ejus, qui sit major ætate, sine contradictione aliorum, teneat atque possideat: Notate tam præsentem quàm futuri, quod dico, unus non omnes, ut unus semper Hæredum prædicti Arnulfi, qui scilicet de stirpe mea generetur teneat atque possideat eo tenore, ut sit justus & pius Advocatus atque Defensor ejusdem Ecclesiæ & Canonicorum atque Familiæ, & Electionem à me datam Canonicis nequaquam auferre præsumat, quemcumque velint inter se Præpositum eligere, consentiat, & nullam Traditionem de Prædiis vel mancipiis hujus loci, sine utili & probabili Concambio faciat, & ipsum locum sublimare & reparare conetur si opus fuerit omnibus modis . . . . . sed ne aliqua occasione quasi ad hæc perficienda de Canonicorum Annona injustè subtrahatur, placuit mihi fecernere quid pertineat ad Dominum prædictæ Ecclesiæ, ad Dominum Advocatum, & quid ad Fratres Canonicos . . . . . si autem ipse Arnolfus vel aliquis Hæredum ejus quod absit locum prædictum in quantum valuerit non bene defendat, vel de Annona Canonicorum aliquid, suadente diabolo, subtraxerit injustè, & sibi usurpatus fuerit, & inde semel aut bis appellatus à Canonicis non emendaverit, ad confirmandum Pactum meum, de semper Viventis Imperio DEI, ejusdem Loci Canonicis Precipio, constituo, Libertatem & Licentiam do, ut se reclamant ad Episcopum Constantiensem, quicumque tunc temporis erit, ut quoniam suam & totius Provinciæ Ecclesiæ gubernat, supradictæ Canonicæ Advocatum constringat & Iniquitatem quam fecit, emendare præcipiat; quod si illum corrigere non potuerit, tunc idem Episcopus per Pactionem meam DEI voluntate atque Imperatoria Potestate prævaricantem Advocatum abjiciat, & ipse locum ejus subeat, & supradictam Canonicam teneat, atque constitutionem totam adimpleat tam ipse quàm Successores ejus: quod si idem Episcopus vel aliquis Advocatus, quem ille vice sua posuerit, suadente humana malitia præfatum Canonicam neglexerit & Canonicos injustè disturbaverit, & præscriptam constitutionem irritam fecerit, tunc ipse & Ecclesia sua prænominatum Locum & omnia quæ illius sunt, penitus amittat, & Imperator quicumque tunc temporis erit succedat, & teneat, & perpetuæ Libertatis Privilegio eundem Locum amplificet;

ipsi verò Imperatori non pono Auctorem vel Judicem nisi DEUM Regem Regum, à quo cogatur in die Judicii reddere Rationem quam bene & cautè prædictam Canonicam studuerit tueri.

Hæc Charta Traditionis Advocati facta est in Publico Mallo RORE, sub Comite ULRICO & Testibus . . . . . Anno Dominicæ Incarnationis MXXXVI. Indiæ. IV. V. Idus Februarii. Luna Octava. Feria II. Anno autem Domini CHUNRADI Regis, Regni XII. Imperii X.

## II.

Ex Auto-  
grapho.

*Charta Foundationis Cœnobii S. Stephani Herbipoli.*

An. 1057. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ADELBERO Sacrosanctæ Ecclesiæ Wir-  
ciburgensis Episcopus, Universalis Ecclesiæ Gratia vobis & Pax à DEO multipli-  
cetur Amen. Quoniam gratuita DEI Pietate, non nostris meritis, sed sola sua Dig-  
natione in Opus Ministerii sui nos elegit, & licet minus idoneos super Familiam suam  
Dispensatores constituit, omni sollicitudine curare nos convenit, ne pro infossa Do-  
mini Pecunia ab ipso judicemur, sed pro ipsa discretè & fideliter erogata Euge Do-  
minicum post finem Laboris audire mereamur: proinde Notum esse volumus Uni-  
versæ Ecclesiæ nostræ Fidelibus, qualiter Nos pia Precedentium Patrum & Pontifi-  
cum Facta sequi cupientes, DEUM in Sanctis suis honorare, Loca sancta instaurare,  
adjuvare, & Divinum servitium in ipsis ordinare Decrevimus: igitur quod mente con-  
cepimus Domino cooperante perficiendi oportunitatem invenimus, nam Locum &  
Cenobium in vicino Civitatis nostræ Suburbio positum & à Venerabili Prædecessore  
nostro Heinricho Antistite fundatum, Divinæ Religionis & Monasticæ Professioni cer-  
nentes aptissimum, qualiter ipsum sublimare & Divinum inibi servitium amplificare  
possemus Nobiscum cogitavimus, & super hoc Divinæ Clementiæ suffragium & Ca-  
rissimorum Fratrum nostrorum cepimus flagitare consilium, quorum provido & pru-  
denti admodum usi consilio, Fratres Canonicæ Professionis, qui tunc in præfato Mo-  
nasterio erant DEO Famulantes, in ipsam Civitatem transtulimus, & Canonicos cum  
Canonicis utpote ejusdem Professionis & Ordinis Homines, collocare non incongruum  
duximus: ut autem præfatum Locum & Cenobium in honore Beatæ DEI Genitricis  
MARIE & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli Sanctique Stephani Protho-  
marris dedicatum, condigno honore sublimaremus & Ecclesiam hæcenus celebrem,  
Divinis celebriorem Servitiis redderemus XXX. Fratres Monachicæ Professionis ibi-  
dem instituímus, statuentes, ut ulterius ibi Monachica Conversatio & Monastica Pro-  
fessio sub Abbatis Regimine semper in Divino permaneat Famulatu; ad Supplemen-  
tum verò ejusdem Monasterii eorundem Fratrum & postfuturorum Possessiones &  
Predia cum terminis & Parrochiis redditibus & exitibus aliisque pertinentiis, vel quæ  
ipse Episcopus HEINRICHUS primitus donaverat, vel ipse Locus ab aliis donata posse-  
derat, eidem ex integro assignavimus: communicato insuper cum Fratribus nostris  
Canonicis & Nostris Fidelibus Viris Religiosis Consilio & assensu, novem Mansos in  
villa Hettingesfelt, quos Hereditario Jure possedimus, Mancipiis utriusque sexus  
areis, Edificiis, terris cultis & incultis, agris, vineis, pratis, campis, silvis, pascuis,  
aquarum decursibus, piscationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, quasitis & in-  
quirendis & hortum ante prædictum atrium Cenobii situm, ex Nostra parte cum omni  
Justitia, qua Nos & Ecclesia nostra habuimus pro nostra & Prædecessorum nostrorum  
ac Successorum nostrorum Memoria dedimus atque delegavimus, tali videlicet Re-  
spectu, ut Divini Servitii quod ibidem postmodum ageretur, participes efficeremur:  
ut autem hæc firma in perpetuum permaneant, duas inde Cartulas fieri & Banni no-  
stri Auctoritate, Sigilli quoque nostri munimine signari ac roborari fecimus, & unam  
apud ejusdem Cenobii Fratres, alteram verò in nostra Ecclesia in Notitiam futuro-  
rum servari decrevimus, horum insuper Nomina affigentes, qui hæc ut acta sunt au-  
dierunt & viderunt.

WINTHER Cancellarius. BERNOLF Præpositus. ASELO Decanus. HAZECHO.  
MACELIN. ECELIN Præpositi. Volraht. Betcelin. Hiltiger, Ebbo, Siccolf, Landolf,  
Presbiteri. Hatto Archi-Diaconus. Aselo. Cuno. Giso. Bezeman. Suigger. Sige-  
rit

frit Diaconi. Harro Bilis. Bern. Diemo. Otolf. Retine Subdiaconi. EBERHARDUS Comes; Nostræque Advocatus Ecclesiæ. BURKARDUS Comes. Guntbreht. Hacho. Serrat. Boppo. Thiemo. Reffolt. Gumpho. Almar. Sentuvin. Otloch. Liberi Ministeriales Albgaft. Wado. Bucko. Nureith. Hergebraht. Rutgaft. Liemar. Vocko. Suiugkard. Volraht. Billunc. Waltrich. Ebbo. Babo. Arnolt. Rutzach. Gotefrit, & alii plures.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MLVII. Indiēt. XV. Non. Martii. Regnante Domino HEINRICO Quarto. Anno Ordinationis ADELBERONIS Episcopi XII.

III.

*Præceptum Henrici IV. Regis, quo Ruperto Cuidam Ex Authentico.*  
*Fideli suo, Prædium Morstat largitur.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HEINRICUS Divina favente Clementia An. 1058. Rex. Omnibus CHRISTI Nostrique Fidelibus tam futuris quam præsentibus notum esse volumus; qualiter Nos ob interventum ac petitionem Dilectissimæ Genitricis nostræ AGNETIS Imperatricis Augustæ, RUPERTO, & ob ejus Servitium tale Prædium, quale Nos habuimus in loco Morstat, in Pago Tubergewe in Comitatu Mergintaim, cum omnibus suis pertinentiis, hoc est utriusque Sexus Mancipiis, Areis, Ædificiis, Terris cultis & incultis, Agris, Pratis, Pascuis, Campis, Silvis, Venationibus, Aquis, Aquarumque decursibus, Molis, Molendinis, Piscationibus exitibus & redivis, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, seu cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire potest in proprium dedimus atque tradidimus: ea videlicet Ratione, ut prædictus Ruppert de præfato Prædio liberam dehinc Potestatem habeat, tenendi, dandi, vendendi, commutandi, precariandi, Posteris relinquendi, vel quicquid sibi placuerit inde faciendi, & ut hæc nostra Regalis Traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat Ævo, hanc Paginam inde conscribi, manque propria, ut Subtus videtur corroborantes, Sigilli nostri Impressione jussimus insigniri.

Data II. Idus Junii Anno Dominicæ Incarnationis MLVIII. Indiēt. XI. Anno autem Domini HEINRICI Quarti Regis. Ordinationis ejus IV. Regni verò II. Actum AUGUSTÆ in DEI Nomine feliciter Amen.

IV.

*Ejusdem Henrici IV. Regis Præceptum pro Confirmatione Rerum, quas Bodo Vir Illustris Thariffensi Ex Authentico.*  
*Cænobio Tradidit.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HEINRICUS Divina favente Clementia An. 1094. Tertius Romanorum Imperator Augustus. Noverit omnium Fidelium tam præfens Modernitas, quam successiva Posteritas, qualiter Dilectissimus noster BODO Noricus Natione, vivens Bavarica Lege, Divino instinctus Amore, pro Peccatorum suorum cogitare cæperit Remissione, nactusque Consilium bonum statuerit ex Bonis à DEO sibi concessis aliquid conferre ad Loca Sanctorum, quod bene conceptum ad meliorem perducere cupiens effectum pro Medto Animæ suæ & Conjugis suæ JUDITHÆ, ceterorumque, quibus debitor erat, Nostra favente Authoritate, per manum MARQUARDI Legatarii sui ad Altare Sanctorum Christi Martyrum Viti & Stephani in Castello Tharisse dicto, proprium Jus quod habuit legitimè in Villa Rounfeld nuncupata cum Capella ibidem sita duobus mansis dotata, in Pago Wernigewe Comitatu WERNIGERI, cum omnibus ad eandem Curtem pertinentibus contradidit; videlicet Curtilibus Ædificiis, Terris cultis & incultis, agris, pascuis, Vincis, Silvis, campis, pratis, aquis, aquarumque decursibus, viis & inviis, exitibus & redivis, acquisitis & acquirendis, cunctisque Utensilibus, quæ nominari vel haberi possunt ea videlicet conditione & constitutione, ut nulli Episcopo vel Abbati quidquam exinde alicui in Beneficium

ficium concedere liceat, sed pro Memoria ejus suorumque, specialiter Fratribus inibi DEO Sanctisque Vito & Stephano Famulantibus in Supplementum sustentationis eorum deserviat; corpus verò ejus, Domino & eisdem Sanctis annuentibus in eodem loco sepeliatur, & Anniversarius ejus & Conjugis ejus Judithæ, Ducumque OTTONIS & HUNONIS, celebri memoria agatur, quam constitutionem si quis Episcopus vel Abbas infringere tentaverit, quod absit, Odium DEI Sanctorumque suorum Martyrum Viti & Stephani atque omnium Sanctorum cum Anathemate incurrat, & si quis Fratrum Proclamationi super hac re infra unius anni spatium non satisfaciat, liceat Heredibus meis Manfos quinque in legitimum Jus eidem Monasterio donare, & suprascriptam donationem suo Juri legitimè vindicare: hæc est autem Summa Prædii attinens ad villam supranominatam, quæ dicitur Rounfeld; in ipsa villa XXII. Mansi, tot porcos reddentes & Dominicale Magnum & dimidius mansus; tres Silvæ solventes singulis annis unum corium Bovinum & alterum Hircinium, pelles caprinas tres, avenæ modios sex, sex Equorum ferramenta in ipsum Dominicale; ter in Anno à Spiesheim, à Glocksheim, & Rounfeld universa Aratra debentur, & unicuique aratro unus modius; universa etiam molendinorum loca usque ad locum qui dicitur Hohenweyden juxta inferiorem Rounfeld, in Carnestat XI. mansi & Dominicale, Vineæ una & universa molendinorum loca Oratorium unum in Sindefeld, septem mansi & Dominicale, stagnum quoque quod ibi est, dimidium in Schwebeheim XII. mansi & Dominicale in Sendefeld. VII. mansi in Hilpoldesdorf, unus Regius mansus & unum Pratum in Gloskheim, unus Regius mansus in Dechem, tres mansi in Delheim, tres mansi in Witoldeshufen; XXX. Jugera & Nemus quod Lengenloch dicitur in Tugendorff, V. mansi in Gretstad, Prædium quoddam in Kistheim, unus mansus in Tharissa: IX. mansi & Dominicale tertia pars in Eginolfshausen; qui Prædia habent XXV. sive qui Prædia vendiderunt & deposuerunt, aut ex aliena Familia Conjuges duxerunt triginta tres sunt in Swinefurt, IV. Vineæ in Sultzthal, III. Vineæ in Uraw, Curtile unum & Agri XII. & tertia pars totius Utilitatis in Vurdorf: duo Viri cum Prædiis & Vinetis suis in Brachova VII. mansi Curtilia III. utilitas piscuarum & piscationum in Richersdorff usque Hirzfurt in Datelhausen & Hertingen, in Davursleben in Dagarstat; & ut hæc Traditio & Constitutio rata & inconcussa permaneat coram Testibus subnotatis per manum supradicti Marquardi Legatarii delegatione confirmavit. Testes hi sunt RUPERTUS Episcopus Babenbergensis, ALTERICUS Abbas ejusdem Monasterii Tharisiensis, EMEHARDUS Episcopus Wirceburgensis. Otto Advocatus, Vuolframus Comes. Wigant. Beruvich. Boppo. Ernst. Herman. Eppo. Burchart. Brun. Rudolf. Udescalch. Cujus Donationis Autoritas & omnium posthac ut stabilis & inconcussa permaneat, Rogatu Dilectissimi nostri Bodonis hanc Cartam inde conscriptam, sicut inferius apparet, Sigilli nostri Impressione jussimus insigniri.

Signum Domini HEINRICI Tertii Romanorum Imperatoris Invictissimi.

HUNIBERTUS Cancellarius Vice RUTHARDI Archi-Cancellarii Recognovi.

Data Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIV. Indictione II. Anno autem Domini HEINRICI Imperatoris, Regni ejusdem XXXVII. Imperii verò XII. IV. Non. Septembris. Actum WIRCEBURGI feliciter Amen.

## V.

Ex Auto-  
grapho.

*Charta Emehardi Herbipolensis Episcopi, qua Cœnobio S. Stephani quedam Prædia confert, eique Xenodochii à se erecti Curam committit.*

An. 1097. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. EMEHARDUS superna DEI Clementia favente, Herbipolitanæ Sedis Minister humilis: si CHRISTUS DEUS æternus Oleo Nos Letitiæ, Oleo inquam singularis Gratiæ præ Filiis Hominum sibi & Ecclesiæ universali Matri & Sponsæ in Ministerium Pastoralis Curæ præelectos Infultosque unxit & sanctificavit, justum quippe est nobisque omninò salutare, quod propter ipsum Dominum & Salvatorem nostrum decorem domus suæ in quibuscumque Sacrosanctis Ordinibus quorumvis Pauperum CHRISTI Hominumque Religiosorum studiosissimè ample.

amplectentes amplificemus & promoveamus, nam summa felicitas Bonorum Operum est, si Summo DEO Auctori libenter & diligenter intenti sumus servire, quia sic ad habitationem Gloriosa Vitæ poterimus pervenire: cunctis igitur CHRISTI & Ecclesiæ Filiis in præfenti Privilegio Testamentalis Tuba Veritatis veraciter intonat, quia nimirum cupimus & optamus, ut Fideles quique in Fide CHRISTI fideliter audiant & attendant, quoniam sicut Altissimo placuit DEO, Spiritu Auræ Lenis leniter attractus, suaviter edoctus, Ecclesiam in Suburbio Civitatis nostræ in honore Principis Apostolorum Petri & Pauli Beatique Stephani Protho-Martyris Triumphalis Signiferi honorificè constructam, Divinis Servitiis mancipatam, aliquali ope, nostræ Serenitati placuit suffultam relevare, nostrosque Confratres, JESU CHRISTI Pauperes, inopes, egentes, fame, siti & nuditate afflictos inibi degentes curavimus consolari & adjuvare: Parrochiam namque Hocheim cum omnibus suis pertinentiis, hoc est, Agris cultis & incultis, campis, silvis, in collibus & in vallibus pascuis, aquis piscosis seu in Rivis, seu in Flumine Mogo, seu in vadis ad molendina, commodis & aptis, cum universis decimis Pomorum, olerum, frugum, fructuum, Animalium præter Montem Rabinesberge, ad honorandas prædictorum Sanctorum Reliquias, cum præclaro Testimonio Sacri Cleri Populique Christiani Civitatis, cumque plena conventia Reverendi Capituli Sancti & Magnifici Martyris Kyliani coram Testibus idoneis Liberis & Ministerialibus unicè annuentibus propter æternæ vitæ Regnum, nobis nostrisque Antecessoribus & Successoribus Episcopis possidendum delegantes, per manum Principalis Advocati donavimus & Jure perpetuo illic servitura irrevocabiliter contradimus; verumtamen hac lege talique forma hæc salutatis donatio habita est atque celebrata, maximè hoc corde & animo intendentes & hoc celebri sermone promulgato stabilientes, scilicet quod Parrochia prædicta, ut paulo ante prætaxatum est, Confratribus nostris in præfata Ecclesia consistentibus in subsidium & stipendium temporalis vitæ perpetually subseruiat, quorum numerus hac beatissima ope suffultus in Ordine Monastico crescat, & Conversatione Religiosa florescat, ut tamquam Beati in Domo Domini cum Symphonia & Choro tota die ac nocte ymnizantes à Domino DEO Nobis Nostrisque Antecessoribus & Successoribus devotissimè implorantes perpetuum conferant subsidium: præterea quoque hoc summo perè inviolabiliter tenendum est, quod Abbas qui præsidet & præest memoratæ Ecclesiæ nullatenus quidquam in Parrochia Hocheim de omnibus præscriptis attinentiis ulli Mortalium infeudare aut invadiare seu inbeneficiari unquam præsumat, neque ipsam Parrochiam alicui locare aut dimittere audeat, nisi ei, qui procul dubio in propria persona ibidem habitare velit, & valeat, populumque Parrochianum Catholicè, in his quæ sunt ad DEUM & ad salutem Animarum doctrinaliter instruat, gubernet, & regat, atque Fratribus Fide ac devotione devotissimè subiaceat & subseruiat, & quoniam Nobis nostrisque Successoribus æternæ vitæ Præmium, hac DEO devota & utique gratuita Donatione preparari speramus, sub Potestate & inviolabili Auctoritate Altissimi DEI hoc præcipue ordinamus & disponimus, quod Abbas nequaquam quemvis Advocatum super bona aut super populum in eadem Parrochia vel accipiat, aut esse sustineat, qui, ut solent, jugiter eadem Bona velut ventus urens exedat, devoret & absumat, Populumque Angaria vel pro Angaria millenisque precariis insatiabiliter atterat & obprimat, ipse vero omne Judicium & Justitiam liberè habeat & possideat atque potenter excolat & exerceat, & si fortè gravis violentaque Controverfia emerferit, continuo nos indubitanter adiens & promptissimo suffragio nostro adjutus, edomet reprimat & corrigat: statuentes igitur firma stabilitate indissolubiliter solidamus quatenus ipsi Fratres in præfata Ecclesia constituti, in Vigilia Sancti Michahelis Archangeli, ob honorem Summi DEI Regisque Seculorum pro Salute & Requie omnium Animarum plena Fide & Devotione Vigiliarum Missarumque sollempnia omnes uniformiter in commune celebrare studeant, in quibus & nostram nostrorumque Antecessorum salutarem Recordationem annualiter agant, eisque ob Laboris sanctique Servitii relevationem, Abbas suiique Provisores eodem die in Refectorio præter solitam prebendam, plenum Servitium ex eisdem Bonis Parrochiæ devoti persolvant, sicque pro utroque laudabili Ministerio post vitæ suæ terminum perhennem consolationem nobiscum utique indubitanter percipiant; siquidem his Negotiis probabiliter celebratis aliud sollempne factum in præfenti Privilegio adjungere curavimus, scilicet, quod sancta intentione beataque Devotione inductus Xenodochium hoc est Hospitalem Domum Pauperum infra muros Civitatis prope Capellam

lam Beatæ Margarete Virginis exstruximus & quibusque Bonis hoc est in Prædiis & in Vinetis locupletare atque amplificare studuimus, in quo minimè profecimus, quia pro dolor! à Provisoribus inibi constitutis Pauperes ac Debiles illuc adventantes desolati, voce injuriosa contristati, tamquam demonicæ Phalanges teretibus phalangis, duratisque fustibus cedebantur cesique miserabiliter expulsi abinde ejiciebantur, qui dum quereloso strepitu nostras adcentes aedes, nostraque gregatim terentes limina singultuos vocibus & nostras & omnium creberrimè atque egerrimè replessent aures, meritò nos omnes pusilli & magni commoti propter evidentem Necessitatem, ipsum Xenodochium Summo DEO ordinante infra muros præfati Cenobii exstruximus, hoc nempe facto considerantes, ne Fratres nostri inibi commorantes ampliori Dolore aut Labore afficerentur Parrochiam Cellingijn cum omni Justitia ac Proprietate cum dote & cum decimis per omnes terminos suos, cuncto sacro Clero, Populoque Christiano Civitatis applaudente ac favore pleno affectante ad sacras Reliquias Principum Apostolorum, quæ in præfata Ecclesia dignè venerantur, irrevocabiliter delegantes, Jure perpetuo illic servitura donavimus: hæc autem Lex & hæc Benignissima series in hac donatione Kanonicè atque Katholicè habita est & celebrata, videlicet quod Abbas ut Fidelis dispensator Domus DEI, idem Xenodochium hoc est domum Pauperum ex Bonis Parrochiæ Cellingijn, edificiis honestis & congruis tamquam habitationem DEI disponeret atque ordinaret, unumque è Fratribus suis ordine Presbiterum, vita & conversatione beatum, senem ac placidum, in ministerium & Officium Xenodochii destinaret, qui officiosè Vespere & mane & meridie, quemadmodum CHRISTUS Dominus voce propria velut imperiosa Tuba docet, monet & imperat, agileret exeat, Pauperes quosque & debiles, scabidos, famidos, turgidos & thabidos querat & colligat, collectosque in humeris atque in Lecticis in Xenodochium gestare non negligat; ibique consolandos, recreandos, refovendosque fore collocet, ac defunctos sepelire non cesset, quoniam his Beneficentiis & Hostiis placari potest DEUS meritò & Jure Divino super Divitias Cresi, superque deliciosam Aulam Babylonici Regis, velut altum Cenaculum cum Principe Apostolorum concendens visionem Divinam visurus, Hospitalem Domum Pauperum de prædicta Parrochia edificare, edificatamque amplificare constituimus in Fide Sanctorum sperantes Nos, Nostros tam Successores quàm Antecessores per hoc posse Domino Salvatore Nostro JESU CHRISTO suæque Genitrici, perpetuæ Virgini MARIE devotissimum præstare Obsequium, nobisque in celesti Curia æternæ vitæ participes adaptare Regnum. Has igitur sacras Donationes in præfati Testamento conscriptas & pragmatica Sanctione Kanonizatas & Kanonicè privilegiatas, Reverenda Apostolicæ Sedis & nostri Officii Auctoritate confirmamus, easque Sacro Sigilli nostri Karaktere velut æterna Clausura Posteris corroboramus, ea videlicet Lege, ut si quis tam salutaria Facta violare aut immutare præsumat, æternos ignium calores & infernales Nivium, Anathema Maranatha, in æternum subeat Algores. Testes Abbates Ezzo. ABRICH. ADELGER. Ruprecht Præpositus. Clerici OTTO Præpositus. UDALRICUS Decanus. Wecil. Gebehard. Cunradus Præpositus. Boppo Cantor. Cunrat. Adelbreth. Gunderam. Burkart. Reginolt. Heinrich. Fridelalm. Lutuvin. Liberi HEINRICUS Comes. GOZUVIN Comes. GOTEBOLT Præfectus & Frater ejus CRAPHT. Ruprecht. Ministeriales Rycholf. Engilbreht. Yrinc. Eber. Rupreht. Dietrich. Billunc. Eberhart. Bern. Arn. Herman. Euspreht. Aliique plures.

Acta Anno Dominicæ Incarnationis M. Nonagesimo VII. HEINRICO Quarto Regnante. Indictione VII.

## VI.

Ex Cod.  
M. S. Er-  
ford.

*Epistola Monachorum Cluniacensium ad Alphonsum VI.  
Regem Leonis & Castelle.*

**P**le Dignationis vestre Gratiam, qua Nos Regie Salutationis Alloquio prevenistis, obviis Brachiis prone Humilitatis amplectimur, Gratias agentes DEO, qui sic Vos fecit gratia Terrene Dignitatis Excelsum, ut magis Amore Celestium, Humilitatis vos fecit apice gloriosum, sic enim humiliter sic benignè Vestra se Nobis Gratia

Gratia in litteris, quas misistis, insinuat, ut Militem potius videatur sonare quam Principem, nisi quod ille est verè Eminentissimus Principatus, qui Fide CHRISTI cernitur & Humilitate subnixus; jam verò quas Vobis Gratias reddere poterimus, qui Paupertatem Fratrum nostrorum pauperem esse non sinistis, quam continue Beneficentie donis, & protensis Locorum Finibus ampliatis. Intende quesumus Domine JESU, & hæc sancta Opera Regie hujus Pietatis accepta, ut qui Pauperibus tuis liberam reddit hujus Seculi Solitudinem, perhennem cum eis habeat in Domo Patris tui, tuo munere mansionem: Nos quoque pro Modulo nostro piissime Princeps Benivolentie Vestre Divitias venerantes, Oblatione Monasterii de Castinera quod pie Religionis Amore in Ordinis nostri Titulum transcribere cogitastis, gratanter accepimus, promptam gerentes in Domino Voluntatem, ut cum Abbas Loci venerit subventionem à Vobis & Opem recipiat congruentem: quod autem ad Orationum pertinet Suffragia quæ petistis, nunquid potestis Bonorum nostrorum non esse Participes? Quibus in tantum sumus pro tanta Benivolentia debitores.

VII.

*Altera eorundem Epistola ad Tharasiam Alphonsi  
Regis Filiam.*

Ex Cod.  
M.S. Er-  
ford.

PERVENIT ad Nos quam misistis Pagina Litterarum, quæ eximie Devotionis erat plena dulcedine & Regie rutilabat Fidei Claritate, liquido namque illarum tenore innotuit, quod etsi presto sit vobis de Honore Principali sublimitas mentis, multo magis Humilitas nos honorat que in Serenissimo Corde vestro mundane Potentie Factum reprimit dum illud in Archam Beatitudinis celestis attollit; hinc est quod preter notam ceterarum nostris temporibus Feminarum in Pauperibus CHRISTI, Christianam non erubescitis Paupertatem, dum Suffragia devotissime queritis . . . . . & unde tantus tenor Humilitatis in Virgine? nisi de Amore & unitate illius, qui se ipsum exinanivit, Nasci dignatus ex Virgine: Nunc ergo Domine JESU, Seminor Pietatis Humilisque Consili, accipe seminum Fructus, quos in THARASIA seminasti; Vos autem Excellentissima Domina, quam Supremus Dominus tanta Benedictione prevenit, ut prius didiceritis Celos amare quam Terras, agite quod agitis, Diligite quod Amatis, ut post presentis Glorie floridum Principatum corruptibilem Mundi hujus Coronam, incorrupto Diademate commutetis, Pauperes verò Fratres, immò ex magna Familiaritate jam Divites, Magnificentie Vestre, & cum non oporteat, commendamus, quatinus & Vos circa illos Paternæ Sollicitudinis comprobetis Affectum, & Nobis . . . . . geminetur.

VIII.

*Henrici IV. Regis Præceptum quo Tharissensi Cœno-  
bio, Telonii, Mercatus & Moneta cudenda Jura concedit.*

Ex Au-  
thentico.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HEINRICUS Divina favente Clementiâ An. 1097.  
Tertius Romanorum Imperator Augustus. Cunctis DEI Nostrisque Fidelibus Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, qualiter Nos interveniente Fidei Nostro Babenbergensis Sedis Episcopo RUPERTO, & collaudante EIMEHARDO Wirceburgensi Episcopo, ad Monasterium S. Viti, situm in Loco Tharissa, quem Pater Noster Felicis Memoriam HEINRICUS Imperator unice dilexit, pro Remedio Animæ Nostræ Parentumque nostrorum, ac totius Posteritatis salute, Telonium in Mogo, Mercatum, sed & Monetæ usum ex Imperiali Autoritate tradidimus, et videlicet Ratione, ut deinceps eadem quæ apud Babenberg habita fuerit, in prædicto Loco Moneta sine omni contradictione vel Angaria libere cudatur, & omni utilitate quæ ullo modo ex his tribus provenire poterit, Abbas ejusdem Monasterii potestativè utatur: ut hujus ergo Donationis Autoritas in perpetuum stabilis & in-

convulsa permaneat, Testamentum hoc conscribi & sicut inferius apparet Sigilli Nostri Impressione iussimus Insigniri.

Signum Domini HEINRICI Tertii Romanorum Imperatoris Invictissimi.

HUNIBERTUS Cancellarius Vice RUTHARDI Archi-Cancellarii Recognovi.

Data Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVII. Indictione V. XII. Kal. Septemb. Anno autem Domini HENRICI Imperatoris, Regni quidem XLI. Imperii verò XIV. Actum WIRCEBURGI in CHRISTI Nomine feliciter Amen.

## IX.

Ex Cod.  
M.S. Er-  
ford.

An. 1104. *Charta Foundationis Cellæ S. Martini ad Werram.*

NOTUM sit Omnibus CHRISTI Fidelibus tam futuris quàm præsentibus, quod Ego RUTHARDUS Sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ DEI Gratia Archi-Episcopus, supernæ Remunerationis intuitu, cum consilio Fidelium meorum construxi Altare in spem superedificandæ Ecclesiæ & dedicavi illud in Honore Sancti Martini juxta Folchanaha, in loco usque ad id temporis inculto, & dotavi illud quatuor Mansis in Stembeche rectè ex opposito in altera parte Ripæ fitis cum parte Silvæ eidem Loco contiguæ, est autem ejusdem Silvæ terminus ad hoc denominatus, ab eo Loco qui vulgari Lingua *Wagental* nuncupatur: dedimus item sub eadem dote & ex altera parte Ripæ molendinum, & Silvæ quicquid interjacet inter molendinum & terminum Frankenrot cum aquæ Piscatura. In Hohingon tres mansos, in Hasenrote V. mansos, in Snelmaneshuson III. mansos: Anno verò secundo post Dedicationem Altaris, Beneficium cujusdam nostri Militis Nomine Hartmanni exheredatum & à Nobis Retentum in usum Fratrum ibidem DEO Famulantium contradidi: est autem idem Beneficium, villa quæ Biscophorot nuncupatur: postea verò non multum, visum est quibusdam nostris Fidelibus, eo quod Nos ipsa quæ tunc erat temporis, Inquietudo à Proposito nostro disturbaret & Rerum Facultas ad præsens per se stabilendi minus suppeteret, visum est, inquam, illis ut Locum eundem alicujus Providentiæ commendarem quatinus & ab ipsius Sollicitudine Regulari Disciplina gubernaretur, & quod Nos minus contulimus in rebus necessariis suppleretur; tali utique Nos usi consilio Locum eundem cum omnibus appendiciis ad Abbatiam quæ est Erpesfurt in monte in honore Beatorum Apostolorum Petri & Pauli donavimus & Lege Monastica deinceps disponendum subjugavimus; illud etiam statuimus, quod hæc Cella ac omnia ad eam pertinentia nullum omnino Advocatum habere debet, nisi illum quem Abbas & Fratres ejus Erpesfortensis Cenobii in Monte positi, ad quod illa cum omnibus appendiciis suis pertinet sibi elegerint: placuit itaque Abbati BURCHARDO qui tunc temporis eidem Abbatia paterna dilectione præfuit, ut hæc duæ villæ Frankenrot & Aschera, quæ prius ad eum pertinebant ad Locum noviter suæ collatum providentiæ sine aliqua diminutione perpetualiter deservirent: concedimus autem Fratribus in eadem Cella DEO militantibus Verbum DEI Populo annunciare, baptizare, Infirmos visitare, Mortuos sepelire, & si quis ad DEUM converti voluerit, liberè cum omnibus quæ DEO & usui ejusdem Loci dare voluerit, sine alicujus contradictione recipere, quod Nos ratum & inconvulsam permanere volentes Cartam hanc Sigilli nostri Impressione consignavimus & interminabiliter sancitum sub Anathemate mediante Patre & Filio & Spiritu Sancto confirmamus. Hujus rei Testes sunt. EMBRICO Præpositus, ORTO Præpositus. Henricus Moguntinæ Ecclesiæ Archi-Diaconus, Wigo.

Acta sunt autem hæc Anno Incarnationis Dominicæ MCIV. Indiæ. XIII.

## X.

Ex Apo-  
grapho.

An. 1104. *Charta Foundationis & Consecrationis Ecclesiæ in Dittenborn.*

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus Sanctæ Ecclesiæ Fidelibus quod Vir quidam REINFRIDUS, & ejus Uxor WIGELA Jure Seculi Liberi fuerunt,

fuerunt, sed in Fide & dilectione DEI multò liberiores, nam memores DEI; & Ejus cupientes Gratiæ participes fieri, Loco proprii Prædii sui, quod dicitur Dittenborn condiderunt Ecclesiam ad Honorem DEI ejusque Matris perpetuæ Virginis, non magnam quidem sed Opere Lapideo satis decenter compositam nam quanto verius crediderunt hoc genere Benefacti Gratiam DEI se posse amplius promereri, tanto ambitiosius pro Redemptione Animarum suarum Parentumque suorum construere atque ornare studuerunt: quia verò Domus Nomini Domini facta, particeps esse debet Aula: Cœlestis, in Laude videlicet Regis Celorum & in Ceremoniis Virtutis DEI, propter hoc eandem Ecclesiam copiosius suis Facultatibus extulerunt, ut certis Temporibus & statutis diebus nullus ibi esset Divinæ Servitutis defectus, hujus rei Gratia, ut diximus, tradiderunt eidem Ecclesiæ circumjacentem sibi Terram, ea tamen conditione, ut quamdiu viverent Terra ipsa & Locus, imò & Ecclesia in ipsorum esset Potestate, & ut nullus ibi alius esset præter eos Advocatus: adhæc contulerunt eidem Ecclesiæ X. mansos, cum omnibus eorum Ustensilibus & X. Mancipia, sex eorum Censualia, & quatuor servili Opere mancipata, præterea recognoverunt ibidem DEO omnem Decimationem Terrarum Dominicalium suarum, quæ quoniam in mea erant Potestate, Ego ROTHARDUS Moguntinæ Sedis Archi-Episcopus, qui eandem Ecclesiam dedicavi, pro Gratia DEI ejusque Matris perpetuæ scilicet Virginis MARLÆ, nec non Rogatu eorum, qui eam Recognoverunt, DEO tradidi eandem Decimationem Ecclesiæ illi ad usum Sacerdotis ibidem DEO servientis, sicut & cetera supradicta tradita sunt ad usum illius, hoc est circumjacens Terra & X. mansos & totidem Mancipia; consecravimus etiam Ecclesiæ Cemiterium & Auctoritate nostra concessimus eos ibidem sepeliri, & omnes ad se pertinentes similiter Baptisari, ibi & sepeliri: ut autem hæc nostra Traditio & prædictorum Fidelium, firma & invulsa permaneat, Pacem eidem Ecclesiæ DEI bannivimus Banno DEI & Nostro, nec non & omnibus Bonis ad eam pertinentibus; eandem quoque Traditionem scripto hoc Memoriam commendavimus, & Sigilli nostri Impressione signavimus, ut si quis forte aliquid eorum quæ prædiximus irritum facere præsumpserit, hujus Privilegii nostri Auctoritate Divinæ Majestatis reus & Banni nostri Anathemate perpetuo nisi resipiscat damnatus facile vincatur.

Facta sunt autem hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCIV. Indictione XII. Regnante HEINRICO Imp. III.

XI.

*Brunonis Abbatis Hirsaugiensis Constitutio circa Homines Censuales.*

Ex M. S. Eccles. E-questr. Comburg. Circa An. 1120.

NOTUM sit cunctis JESU Crismate perunctis, quod Piæ Memoriam Dominus Abbas Hirsaugiensis BRUNO, Misericordia motus super Homines Censuales Ecclesiæ, habitantes in villa quæ vocatur Halla & in contiguis ejus Locis, talem Gratiam eis concesserit, ut unusquisque Virorum qui omni Anno debuerat solvere XX. Denarios, ponat V. denariatas Cera super Altare S. Petri, & unaquæque Fœminarum, quæ debebat dare XII. Denarios ponat III. denariatas & sic Liberi sint ab omni Jure, & hoc constituit ut nulli Ecclesiæ, nullique Hominum tradantur in Concambium absque illorum Rogatu: post mortem autem singulorum ab Homine accipiantur optimum Pecus vel Gladius, & à Muliere optimum Indumentum quicumque hæc Instituta dissipaverit, cum Dathan & Abiron mergatur in profundum Abyssii.

XII.

*Diploma Henrici Archi-Episcopi Moguntini, quo Bona & Possessiones Monasterii S. Petri Erfordie, sub Protectione sua Recipit.*

Ex Cod. M. S. Erford.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus CHRISTI Fidelibus tam modernis, quam postfuturis, quod Ego HENRICUS DEI Gratia Moguntinæ

An. 1143.

rinæ Sedis Archi-Episcopus Prædecessorum meorum Religiosis Institutis devota Mente  
 Consentio & quidquid ab eis in honorem DEI, & laudem sancitum est, sanctum te-  
 neo, & quidquid ab eis Canonice reprobaturum est, irritum teneo & quidquid ab Eis  
 Ecclesiastica Autoritate in melius commutatum est, utilitatis aut necessitatis Causa,  
 Ratum esse Censeo: si quid verò ex his, quæ decreverint per Negligentiam, vel Anti-  
 quitatem depravatum est, aut oblivioni traditum est, libenter & devotè pro Consilio  
 Catholicorum Virorum, & pro posse meo restauro; hujus itaque Benevolentia Con-  
 stantia firmatus, Abbatiam S. Petri in Erfort in Patrocinium meæ defensionis assumo,  
 & quidquid Honoris & Utilitatis ab Antecessoribus meis ei collatum est, Ego non im-  
 minuo, imò si adhuc quid deest, libenter supplebo: enim verò cum tempore Archi-  
 Episcopi SIGFRIDI, Canonici absque Monachus Erphesfurt DEO servirent, & contem-  
 nentes Sæculum se extra Erphesfurt ad Monachorum transferrent Consortium, ex Con-  
 silio Canonorum, Monachorum, Laicorum, Zelum DEI habentium, Canonicos,  
 qui tunc Montem S. Petri inhabitabant, cum Charitate, & Pastoralis Dispensatione  
 Removit, & celebrata Synodo omnibus Catholicis, qui ibi aderant unanimiter in  
 ipsum consentientibus, Monachos ibi substituit, ut in tam celebri loco pœnitentes in-  
 venirent quo confugerent, & Sæcularium hominum ineptias, Monachorum Oratio-  
 nes, & Exempla temperarent, quod postquam Banno, & Privilegii sui Attestatione  
 confirmavit, prædictam Abbatiam, tam ipse, quam Successores illius Prædiis & Man-  
 cipiis, cæterarumque necessariarum Rerum Largitionibus, magnificè locupletavit, &  
 ab omni sæculari Exactione, & ab omni personarum sæcularium prægravatione, eam  
 liberam esse constituit, sicque factum est, ut Locus ille cooperante Gratia DEI in  
 Omnibus feliciter procederet, & per Oblationes Fidelium, usque ad hæc tempora  
 pulchrè & honestè subsisteret: unde & Antecessores mei eundem Locum in defensione  
 sua habuerunt, & cum diligentes instituta illius Privilegiis firmaverunt, Ego quoque  
 Majorum meorum Beneficentiæ consentiens, Litterarum & Sigilli mei Confirmatione  
 & sub Vinculo Anathematis decerno, ut quidquid ipse Locus habet in Prædiis, in  
 Mancipiis, Pascuis, Sylvis, cultis & incultis, in Arcis, ædificatis & ædificandis, in  
 Pratis, & Agris, in Molendinis, in Hortis, Aquis, Piscationibus, Aquarumque de-  
 cursibus, denique in omnibus Rebus Utensilibus & Possessionibus seu modò habitis &  
 hic subscriptis in Erfort, in Alich, Bindersleben, Tutelstete, Weytere, Mulhusen,  
 Stuchsurt, Honige, Tifental, Crotendorf, Nabawinede, Bachstete, Franckenro-  
 de, Enzenrode, Eisselyben, Asschere, Abterode, Huren, Baldestete, Walren, Swe-  
 stete, Urstete, Gotenstete, Rode, Frinstete, Geurislyben, Ingerislyben, Eislyben,  
 Buseleyben, Kirspeleyben, Vipeche, Tutileyben, Aroltishausen, Tunzrenhusen,  
 Fladehindorf, Hainme, Rugerisleyben, Suzere, Summerringen, Tabcha, Talheym,  
 Topfstete, Blanckenberg, Urleyben, Hagen, Hochdorff, Golsa, Kirchenheiligen,  
 Gisbotisleyben, Hachstete, Linderbach, Mittelhausen, Tundorf, Eichelborn, Baln-  
 husen, Bolestete, Dachebeche, Turowa, Bischoverode, Berringen, Muntheszelle:  
 seu adhuc justè adipiscendis, a Nullo lædatur, a Nullo Calumniam malitiosè patiatur,  
 sit Liber ab omni Sæculari Exactione, ab injusta Advocatorum, seu Aliarum Laicarum  
 personarum prægravatione, in Eligendo Abbate Liberam in DEO habeat Potestatem,  
 vel in proprio, vel alieno Claustro ejusdem conversationis: quod si omnium Præde-  
 cessorum meorum Privilegia, vel per Negligentiam perditæ, vel quod absit incendio  
 fuerint concremata, hujus Privilegii nostri Autoritate, sint cuncta pleniter reparata:  
 si quis contra Autoritatem, Rapinis, Incendiis, vastationibus, seu aliis infestationi-  
 bus inquietaverit locum illum, cum Diabolo & Angelis ejus, aeterno nunquam sal-  
 vandus, deputetur Incendio. Hujus ita nostræ Confirmationis Testes sunt: BUR-  
 CHARDUS Argentinenſis Episcopus, ANSELMUS Havelbergenſis Episcopus, Hartman-  
 nus Majoris Ecclesiæ Decanus & S. Stephani Præpositus, Henricus Majoris Ecclesiæ  
 Custos, & Erfordienſis Præpositus, Gerlacus S. Victoris Præpositus, Arnoldus Præ-  
 positus & Camerarius, Goreboldus Frislarienſis Præpositus, Magister Wilhelmus,  
 Gozbertus Curator & Præpositus, Adelhardus S. Severi Præpositus, Capellani, Go-  
 defridus, Conradus, Giselbertus. Abbates, Wernherus de S. Albano, Volmarus  
 Hirsaugiensis. Cuno S. Diseboti, Henricus electus S. Jacobi. Regulares Præpositi,  
 Erenfridus, Wdewinchele, Antonius de Elefestat, Gunterus de Lupoldesberg. Emi-  
 cho de Linungen, Conradus de Chireberech, Tammo de Hagenowe Wiger, & Fra-  
 ter ejus Godefridus de Huſte, Retherus de Werede, Dudo de Rusteberg Urbis Præ-  
 fectus:

fectus; Ministeriales, Embtico, Ringevig; Dudo, & Megengotus Frater ejus, Ruthardus Vice-Dominus. Dudo Scultetus, Conradus de Gesmare.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo, Centesimo quadragesimo tertio, indictione sexta Regnante Rege CONRADO hujus Nominis tertio. Data Moguntia XIII. Kal. Aprilis, per manum SIGELOI Notarii.

XIII.

*Ejusdem Henrici Archi-Episcopi Charta pro eodem Monasterio.*

Ex Cod. M.S. Erford.

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS DEI favente Clementia An. 1144.  
 Sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ Archi-Episcopus. Notum fieri volumus cunctis CHRISTI Fidelibus, quibus Traditionibus Prædia in Hochstett jacentia, Principibus Apostolorum Petro & Paulo in Erpesfurt sunt delegata. DIEMO quidam Ministerialis Domini CONRADI Marchionis, Gratia Spiritus Sancti inspiratus, deliberavit mutare Terrena cum Cælestibus, adiensque prædictum Marchionem, Rogavit ut illius permittu se suaque Bona liceret tradere Erphesfurtensi Cœnobio in Honore supradictorum Principum Apostolorum ædificato. Cujus precibus Nobilis Marchio devotissimè assensum præbuit, atque Omnia Prædia, & Homines, quæ prædictus Diemo in Hochstett possidet, Liberis Manibus duorum Comitum, videlicet SYZONIS Comitum, & LAMBERTI tradidit: ut ipsi nihilominus super Altare prædictorum Apostolorum ipsa Prædia contradiderent: est autem idem Prædium VIII. Mansi cum hominibus & una vinea in Hochstett, & tres Mansi in Unleyben. Qua traditione legitimè peracta, & Prædecessoris nostri ADALBERTI Archi-Episcopi Senioris Banno confirmata, sæpeditus Diemo Monasticæ vitæ Regulam subiit in supradicto Cœnobio, in quo dormit Felicitè in Domino. In prædicta villa habent iidem Fratres aliud Prædium quod Dominus HERMANNUS de Wocenesbere Jerosolimam pergere desiderans, DEO & Sanctis Apostolis delegavit, multis Nobilibus, & Liberis & Religiosis Viris cum Advocato assistentibus; tradidit autem XV. Mansos, cum omni utilitate, domi, & foris, viis, & inviis, agris cultis, & incultis, pascuis, pratis, aquis piscinis, aquarum decursibus, silvis, molendinis, deditque unam Vineam cum pomerio, & homines suos, quosdam ad Ministerium, quosdam ad Censum. Tradidit præterea Reinhardum quendam de Berchacha cum dimidio manso, & Curtilibus, tali Conditione, ut perpetim duæ Quadrigæ de hoc Prædio ligna in usus Fratrum exportarent. De Prædio & Prædii Jure parum dissidens Landgravii Mater cum Filiis, aliquantis Annis legitima illius Prædii Fratibus impediverat; verum à Nobis & aliis Viris Religiosis commonita, idem Prædium dividi permisit, & dimidiam partem Curtilium in Barchacha & Agrorum cultorum, & inculorum, & Evectionem unius Quadrigæ de sylva liberè & publicè cum Filiis Sanctis Apostolorum Principibus remisit, & dimidia, quam sibi retinuit, dimidium Mansum in Hochstett tradidit, & hæc omnia Banno & Scriptis firmari Rogavit. Harum Rerum Veritatem Respectu Pacis, & stabilitatis Litteris demandavimus, & Sigilli nostri impressione corroboravimus, & in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Banno Antecessorum nostrorum, Bannum addidimus. Hujus rei Testes sunt . . .

Acta sunt hæc apud ERPHESFURT Anno Dominicæ Incarnationis MCXLIV. Indictione VII. Regnante CONRADO Rege; Sedi Ecclesiæ Præsidente HENRICO DEI Gratia Venerabili Archi-Episcopo. ERNESTUS Comes Advocatus fuerat, & Rutelius Scultetus feliciter Amen.

XIV.

*Ejusdem Charta Tertia.*

Ex eodem Cod. M.S.

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego HENRICUS DEI Gratia Moguntinus Archi-Episcopus. Notum esse volumus Universis CHRISTI Fidelibus, quod quidam Ministerialis Domini BERNHARDI Comitum, GUNTHERUS Nomine de Diten- An. 1147.  
 dorff,

dorff, & Filii ejus, ALEXANDER videlicet, & HENRICUS, & GUNTHERUS, duos Manfos, & dimidium in Hochstett Abbati WERNHERO hujus Nominis II. suisque Fratribus in Erphesfurt pro octo Marcis, & quinque Talentis vendidit, & propria Manu Filiorumque & Aliorum, quorum ad hoc negotium assensu indiguit, præcipueque præfati Principis Bernhardi super Altare Apostolorum Petri & Pauli, data sibi prædictâ pecuniâ ab Abbate Wernhero in Erphesfurt tradidit: hanc Ego HENRICUS DEI Gratia Mogunt. Archi-Episcopus Emptionem, & Traditionem Ratam, & firmam esse volens, Sigilli mei Impressione Roboravi & Banni mei vinculo colligavi: ut si quis hanc Traditionem infringere conetur, in Die Judicii cum Angelo Sathanæ damnetur. Hujus rei Testes sunt Wernherus Abbas Erphesfurtensis, Hiltene Abbas Aldesleybensis, Bernhardus Comes, & Advocatus ejusdem Cœnobii, Gunzelinus, & Frater ejus Goltmarus de Dachebeche, Hugo, Guntherus, Henricus Sub-Advocatus, Gisilherus, & alii quam plures.

Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCXLVII. Indictione X. Regnante CONRADO Rege hujus Nominis Tertio, eodem Rege in expeditione Jerosolimitana posita.

## XV.

*Ejusdem Charta quarta in Gratiam prædicti Cœnobii.*

Ex eodem  
Cod. M.S.

An. 1149. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS DEI Gratia Moguntinæ Sedis Archi-Episcopus, cum Sanctorum Patrum Decreta, sicut & Canonum Instituta, ut quæcunque Nobis Divinâ favente Clementiâ commissa sunt, Paterno Intuitu regere, & si fortè dispersa sunt, recolligere, & discretè augmentare debeamus, insinuant; conveniens & irrefragabile esse videtur, ut quibuscunque Diocesis nostræ Locis corporaliter præesse non possumus, Religiosi Fratris nostri alicujus præsentia, si fortè in vicino est, providâ Dispensatione, ut tunc vice nostrâ fungatur, studeamus adimplere: quocirca Notum facimus Universis, tam futuri, quàm instantis ævi, CHRISTI Fidelibus, quod tam pro necessitate Ovium nostrarum, DEI permissione Provisioni nostræ commissarum, quàm pro Petitione Ministerialium nostrorum, & cæterorum inibi manentium, venerabili Gelphrado Abbati, & Successoribus suis de Monte S. Petri in Erpesturt, hoc Authoritate nostrâ & Licentiâ concessimus, ut pueros baptizent, Infirmos, si fortè petierint, visitent, mortuos sepeliant, & sicut lucusque fecerunt, deinceps faciant, & cum Cruce & Reliquiis Ecclesiam suam Dominicis diebus solito more circumceant, ut quod labor noster per absentiam minimè potest explere, devotio eorundem Fratrum studeat consummare, ut autem hujus Traditionis series rata, & in perpetuum inconvulsa permaneat & Testes subscribi & paginam hanc Sigilli nostri Impressionem insigniri præcepimus &c.

Acta sunt hæc Anno MCXLIX.

## XVI.

Ex Auto-  
grapho. *Charta Exemptionis à Jure Advocati, concessa ex  
Authoritate Gebehardi Episcopi Herbipolensis.*

An. 1153. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Nos VOLGERUS, CUNO & ADELOLDUS cum Reliquis ex Tribu & Cognatione nostra, ad Ecclesiam Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Sanctique Stephani Protho-Martyris in Wirzburg pertinentibus cautum nobis esse credimus notum facere tam futuri quàm præsentis ævi Fidelibus, quod pro vitando gravamine ab Advocato, pro Nobis nostrisque Filiis disposuimus: in villa etenim quæ Boppenlure dicitur mansionem habentes, Domini BOPPONIS Advocati in Wolfericheshusum ad cujus Jus attinere videbamus, dura sæpius Potentia nimis gravabamur; unde consilium facientes tandem hoc apud ipsum obtinuimus, ut datis ex Rebus nostris VI. Talentis ab omni Jure & Justitia quam ei vel Successori-

cessoribus ipsius debebamus, deinceps & in perpetuum omnimodis Liberi essemus; hoc autem facto, ipse nobiscum Wirceburg venit, ibique Venerabili Episcopo G. Jus Beneficii quod in Nos hactenus pro Advocatia habuit, manu propria resignavit, præfente Domino R. \* Abbate Sancti Stephani, atque Urbis Præfeto Boppone, ceterisque

\* Raphol-  
do.

tam Liberis quàm Ministerialibus plurimis: præterea Testamentum hoc scribi per Grati-  
am suam Dominus Episcopus fecit, ac pro tutamine nostro, Sigilli sui Impressione in-  
signavit. Testes hujus rei sunt BOPPO Comes. BERTHOLDUS Comes. GERHARDUS  
Comes de Kercheim. WOLFRAMMUS Comes de Wertheim. Gyfo. Manegolt. Mar-  
cuvart de Grumbach. Billungus Vice-Dominus. Yring de Zabelstein. Heroldus Ca-  
merarius. Goreboldus & Frater ejus Gotefridus. Billungus Junior. & Richolf & Sige-  
loch Canonici.

Acta sunt hæc Anno Domini MCLIII. Indiæ. I. Imperante CUNRADO, Episco-  
po Wirceburgense GEBEHARDO.

XVII.

*Præceptum Henrici VI. Regis super Investitura  
Præpositi Beronensis.*

Ex Apo-  
grapho.

**H**ENRICUS DEI Gratiâ Romanorum Rex & semper Augustus Fidelibus suis Uni-  
versis Canonicis Beronensibus Gratiâ suam & omne Bonum: accedentem ad  
Nos Dilectum Consanguineum nostrum ULRICUM Comitem de KIBURG Basileensis Ec-  
clesiæ Canonicum benignè suscepimus, & ipsum Electum à Vobis de Præpositura Be-  
ronensi investivimus, constituentes eum Imperialis Aulae Capellanum, veluti tene-  
mur facere Præpositos dicti Loci, cupientes ei Dignitates suas Loco & tempore ampliare.

An. 1192.

Datum HAGENOWE VIII. Kal. Junii Indictione IV. Anno Dominicæ Incarna-  
tionis MCXCII.

XVIII.

*Gardulfi Episcopi Halberstadensis Notitia pro Dona-  
tione Dedonis Viri Nobilis.*

Ex Cod.  
M. S. Er-  
ford.

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. GARDULPHUS DEI Gratia Halbersta-  
densis Episcopus: Pontificalem decet Sollicitudinem Ecclesiarum Utilitatibus invi-  
gilare, & contra varios futurorum incurfus omni Diligentia præmunire, Notum igitur  
esse volumus tam præsentis quam futuri temporis Fidelibus, quod Nobilis quidam scili-  
cet DEDO de CREZUC, Benedictionis Memoriam sibi comparare cupiens, pro Remo-  
dio Animæ suæ Fratrisque sui, Prædecessoris nostri T. \* Episcopi Mansum unum in  
Seburg situm Ecclesiæ B. MARIE cum omni Integritate contulit. Hujus rei Testes  
sunt C. Major Præpositus V. Decanus & alii quam plures.

An. 1200.

\* Theo-  
doricus.

Factum est Anno MCC. Indictione IV. Anno Pontificatus nostri primo. Ut  
autem hæc Donatio rata & inconvulsa permaneat, in virtute Spiritus Sancti Banno  
nostro confirmavimus & hanc Paginam Testimoniale[m] Sigilli nostri Impressione  
signavimus.

XIX.

*Bulla Innocentii III. Papæ, qua Capitulo Hildeshei-  
mensi præcipit, ut relicto Conrado Ex-Episcopo, Heriberto in ejus  
Locum suscepto firmiter adhereat.*

Ex Cod.  
M. S.  
Mogunt.

**I**NNOCENTIUS Servus Servorum DEI Dilectis Filiis. H. \* Electo & Capitulo Hil-  
desheimensi Salutem & Apostolicam Benedictionem illud Dominus in Beato Petro,  
cui licet insufficientes in Apostolatus successimus Dignitate, singularis Prærogativæ Pri-  
vilegium

An. 1201.  
\* Heri-  
berto.

vilegium Ecclesie Romanæ concessit, ut Univerſorum Fidelium Caput & Mater exiſtat, ita ut alienum ſit à Corpore illo de quo ait Apoſtolus: omnes unum Corpus ſumus in Chriſto, Membrum quod in ejuſ non perſtitit unitate, nec ad illud Ovile pertineat de quo in Evangelio legitur: fiet unum Ovile & unus Paſtor, qui Matrem eam non habuerit & Magiſtram, Nos quoque, qui ad eiuſ Regimen DEO diſponente ſumus vocati, eſſi vita ſumus impares & meritis inæquales, primis Prædeceſſoribus noſtris, qui pro Eccleſia ſuas Animas poſuerunt ex eodem tamen Privilegio, pari cum eodem fungimur poteſtate cum legimus dictum à Domino: quodcumque ligaveris ſuper Terram erit ligatum in Cælo, & quodcumque ſolveris ſuper Terram erit ſolutum & in Cælo: licet autem Apoſtolica Sedes Imperfectionem Humanam & injunctam ſibi Oneris gravitatem attendens, multos in fortem creditæ ſibi Sollicitudinis evocaverit, ſibi tamen retinuit plenitudinem Poteſtatis, multa ſuæ ſolius Poteſtati reſervans, quæ præter ſpeciale Auctoritatem ipſius, nec de Jure debent nec poſſunt impune ab aliquibus diſpenſari, utpote Ceſſiones & Translationes Epiſcoporum, & alia quædam quæ cum nota ſint Vobis non opus eſt litteris explicare: hæc autem Venerabilis Frater noſter Conradus quondam Hildesheimenſis Epiſcopus Imperialis Aulae Cancellarius non attendens, Licentia non ſolum non obtenta, ſed nec etiam poſtulata; Eccleſia Hildesheimenſi relicta, Herbipolenſem occupavit, & ſic in litteris quas Nobis deſtinavit . . . Herbipolenſem ſe præſumpſit appellare, unde Nos præſumptionem ipſius debita volentes Animadverſione punire, Venerabili Fratri noſtro Magdeburgenſi Archi-Epiſcopo & aliis quibusdam in Teutonia conſtitutis dedimus in mandatis, ut cum Factum ipſum non poſſet in partibus illis non eſſe non notorium, nec dictus Epiſcopus infra XX. dies, poſt ſuſceptionem Litterarum, quas ſuper hoc ipſi direximus, ab Herbipolenſis Eccleſie adminiſtratione ceſſaret, eum Excommunicationem publice nuntiarent, & Excommunicationem ejuſ facerent pulſatis Campanis & Candelis accenſis, Feſtivis Diebus & Dominicis innovari, id quod Magdeburgenſis ſtuduſt adimplere, licet autem in manifeſtis non eſſet Ordo Indiciarius requirendus & ipſe confeſſus de . . . videretur cum Litteris ad Nos directis ſe præſumpſerit Herbipolenſem Epiſcopum appellare, ad vincendam Omnem Malitiam, eidem denuò non præmiſſa ſalutatione, mandavimus ut omni occasione ceſſante, ſi apud Nos vellet Gratiam invenire, mandatum Apoſtolicum adimpleret: cum ipſe nihilominus in ſua contumacia perduraret, & poſteaquam alius in Hildesheimenſi Eccleſia de mandato noſtro electus & confirmatus fuerat, ſe præſumeret Hildesheimenſem Epiſcopum appellare, ne Apoſtolica Sedes diſſimulare videretur, ipſum excommunicatum inter Miſſarum ſollempnia nuntiavimus & mandavimus ab Omnibus evitari: ceterum, ipſe tandem Temeritatem propriam Recognoscens, primo coram jam dicto Archi-Epiſcopo & multis Principibus Alamanniæ, ſecundò coram Venerabili Fratre noſtro C. \* Moguntino Archi-Epiſcopo, Epiſcopo Sabinenſi, & multis Principibus Juramento firmavit quod Mandatis Apoſtolicis obediret, & exinde nec Viarum vitans discrimina, nec incommoda, temporis impatiens, ad Apoſtolicam Sedem acceſſit, & ſponte ſuum confeſſus exceſſum, in multa Contritione cordis & magna Humilitate corporis, Abſolutionis Beneficium poſtulavit: Nos autem, ejuſ ſequentes Exemplum, qui non vult mortem Peccatoris, ſed ut magis convertatur & vivat, per Fratres noſtros ab eo accepimus Juratoriam Cautionem, ſic videlicet, quod ipſe Pacto quolibet & tenore juravit quod univerſa Mandata noſtra bona Fide reciperet, & ſervaret quæcumque diceremus ipſi, ſuper his, pro quibus fuerat Excommunicatus per Nos aut per Nuntium noſtrum ſeu per Litteras injungendo: poſtmodum autem fecimus ei Abſolutionis Beneficium exhiberi: ipſe verò cum in Noſtra Præſentia poſtmodum conſtitutus eſſi ſuum recognoſceret & confiteretur Exceſſum, & non Judicium ſed miſericordiam poſtulareret, aliqua in ſui excuſationem induxit; ſic tamen, ut nec Formam Humilitatis excederet, neque uſque ad eò rationibus inniteretur inductis, quin ſemper damnaret quod fecerat, & ſe ipſum excuſans ſpontaneè accuſaret; videbatur autem tribus ſpecialius deliquiſſe. Primò videlicet in eo quod præter ſpeciale Auctoritatem noſtram ab Eccleſia Hildesheimenſi ad Herbipolenſem de Facto, quod Jure non potuit, tranſire præſumpſit, ac poſtquam alius in Hildesheimenſi Eccleſia Electus & Confirmatus de Mandato noſtro fuerat, ſe ipſum Hildesheimenſem Epiſcopum nominavit. Secundò in eo videlicet, quod poſtquam dictus Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis in eum de Mandato noſtro

Senten-

\* Contra-  
do I.

Sententiam Excommunicationis promulgavit, Divina præsumpsit Officia in sollempni Curia celebrare; & postquam se novit Excommunicatum à Nobis, sibi fecit sæpius celebrari & Communioni frequenter se ingessit. Tertiò, quod si ab Herbipolensis Ecclesiæ se simulavit Amministratione cessare, nunquam tamen plenè recessit ab ea, utpote, cum interrogatus à Nobis confessus fuerit se adhuc Temporalia detinere: verum idem Episcopus super primo Capitulo se voluit taliter excusare, quod ad Herbipolensem Ecclesiam ex speciali Apostolica Auctoritate transivisset, cum Bonæ Memorix CELESTINUS Papa Prædecessor noster, ei duxerit Indulgentium Licentiam ad aliam Ecclesiam transeundi, sed verba ipsius Indulgentiæ ac vim eorum diligentius attendentes, ex ea Causam non habuit transeundi, priusquam per eum Postulatio examinata fuisset cujus fuerat facienda, ne quid fortè per Impressionem fieret, ne quid ageretur per symoniacam Pravitatem, ne quid attentare contra canonicas Sanctiones posset, quod ex tenore Indulgentiæ satis patet, in qua subjungitur circa finem; *dummodo canonicis non obviet Statutis*: præterea etsi videretur ei indultum ut invitatus majorem assumeret Dignitatem, concessum tamen ipsi non fuit, ut ad paris Dignitatis Ecclesiam se transferret, cum Indulgentiæ majoris existat Episcopo ut ad parem Ecclesiam transeat . . . . . magis . . . . . nunquam invenimus dispensatum, constat autem Hildeshemensem & Herbipolensem Ecclesias quantum ad Dignitatem pertinet esse pares, cum utraque suffraganea sit Ecclesiæ Moguntinæ, nam licet Herbipolensis sit in Temporalibus habundantior, Hildeshemensis tamen in Spiritualibus Nobilior perhibetur: adjecit idem Episcopus in suam Excusationem allegans, quod cum dictus Magdeburgensis non esset Ordinarius Judex, nec crediderat nec credebat quod . . . . . præmissa . . . . . delegata posset procedere contra ipsum, aut Sententiam aliquam promulgare, unde cum nec ante Factum commonitorias, nec post Factum aliquas recepisset, peccare non credidit si Divina quacumque sollempnitate celebravit; quod autem postquam se cognovit excommunicatum à Nobis Divina sibi fecerit Officia celebrari & communioni Fidelium se ingesserat frequenter, id non in contemptum Apostolicæ Sedis vel tanti etiam Sacramenti sed spe veniæ asserit se fecisse, ne videlicet induresceret amplius, vel durius ejus animus fieret si nunquam Divinis Officiis interesset, licet in diebus sollempnibus se nunquam celebrationi Divinorum ingesserit, sed cum paucis in angulo aliqujus Ecclesiæ occultè non Festivis Diebus Divina sibi fecerit interdum Officia celebrari: licet enim in primo Capitulo non videatur omnino culpabilis existisse, quia tamen in dubiis est via tutior eligenda, etiamsi de lata in eum Sententia dubitaret, debuerat potius abstinere quam Sacramenta Ecclesiastica pertractare: illud autem quod sub spe Veniæ Divina sibi fecit, postquam se excommunicatum à Nobis scivit, celebrari & communioni Fidelium se ingesserit, potius contra eum facere credimus quam pro eo, cum sub Fiducia pœnitentiæ non debuerit deliquisse, & excommunicato non vitare, multò magis quam non vitari periculosum existat; non vitare siquidem cum sit excommunicatus sine Delicto non potest, sed cum ex aliis pendeat, sine suo peccato poterit non vitari: Munitiones autem & Oppida Herbipolensis Ecclesiæ in Utilitatem ipsius se asseruit tenuisse ne si ad alienas manus forsitan devenissent, non esset quia ea postmodum liberaret; sed cum Spiritualia sint temporalibus digniora, & Obedientia melior quam Victimæ & auscultare melius quam adipem arietum offerre, non debuerat idem Episcopus pro temporali commodo Herbipolensis Ecclesiæ, Inobedientiæ Notam incurrere & Apostolicis Jussionibus contraire: attendentes igitur quod non vult Dominus mortem peccatoris, ne videremur Apostolicæ Sedis benignitatis immemores cum eodem Episcopo misericordiam in quibusdam duximus faciendam; sed quoniam idem Dominus misericors . . . . .

. . . . . si una sine altera teneatur, cum & quædam sint culpæ, in quibus secundum Canonicas Sanctiones culpa est relaxare vindictam, Temperavimus ergo, & per disciplinam Misericordiam, & per misericordiam disciplinam, ut sic commissos ab eodem Episcopo puniremus excessus, ne ipsum cogere de Venia desperare; ipsum igitur sub Nostra & Fratrum nostrorum præsentia in publico Consistorio constitutum, sequentes Canonicas Sanctiones, quibus est cautum: ut qui ad majorem Plebem se transtulerint, & à Cathedra pelli debeant aliena, &

carere propria, ut nec illis præfideant quos per superbiam spernunt, nec illis quos per avaritiam concupiunt, tam Herbipolensi quam Hildesheimensi Episcopatu per Sententiam curavimus spoliare, in eo cum ipso misericordiam facientes, quam Canon his qui post Excommunicationem Divina præsumpserunt Officia, vel qui Celebrationi se ingesserint Divinorum infringit, ei non duximus infligendam: mandavimus ergo ei sub debito præstiti Juramenti, ut bona Fide servata Hildesheimensem Ecclesiam & Te, nec per se nec per alium gravaret aut molestaret, vel gravari faceret aut molestari, & Herbipolensem Episcopatum cum omnibus ad eum spectantibus, Liberum & Absolutum dimitteret, & ad Episcopatum vel Archi-Episcopatum sine Apostolicæ Sedis Licentia non transiret; ne verò per incautam Resignationem maximè temporalium, Herbipolensis Ecclesia Jacturam incurreret graviolem, volumus & mandamus ut eadem Temporalia in manus memorati Moguntini Archi-Episcopi ad Opus ipsius Ecclesiæ custodienda resignet, donec ei juxta nostræ Voluntatis Arbitrium provisum fuerit in Pastore, cui proventus Episcopales tam de Spiritualibus quam de temporalibus volumus resignari. Discretionem igitur Vestram Filii Capituli monemus attentius & districtè Vobis præcipiendo mandamus, quod ad Memoriam reducentes quod Obedientia etiam victimis præponatur Vos, & omnes Ecclesiarum Prælati & Clerici Hildesheimensis Diœcesis Electo vestro tanquam proprio, Juramentis illicitis non obstantibus, & pro eo quod nondum est Munus Consecrationis adeptus cum jam sit Confirmationis Gratiam consecutus, omni Contradictione & Appellatione cessante & devotam Obedientiam & debitam Reverentiam impendatis & via Regia incedentes non declinetis amplius ad Dextram sive sinistram . . . . . Apostolicæ Sedis incurris Offensam, cum injuriam Electo vestro illatam non alienam, sed tanquam propriam reputemus, & in Contemptum nostrum & Sedis Apostolicæ redundare.

Datum LATERANIS V. Idus Aprilis Pontif. nostri Anno III.

## XX.

Ex Cod.  
M.S. Er-  
ford.

*Exemplar Litterarum Testimonialium in favorem  
Cruce - Signatorum.*

An. 1209. **U**Niversis CHRISTI Fidelibus ad quos presentes Littere pervenerint Decanus & Consules Opidi Bekemensis, sinceram in Domino Karitatem; licet omnibus CHRISTI Fidelibus, intuitu Karitatis & Compassionis ad Munificentie Largitatem Quilibet teneatur, illorum tamen promotionibus est propensius intendendum, quorum Devotio hoc inducit, ut se presumant opponere Adversariis Fidei Cristiane, & pro Fide suum proprium Sanguinem fundere non verentur: cum igitur N.N. presentium Exhibitores nostri Parochiani & Coopidani, bone utique fame, nec aliqua respersi infamia, ex Instinctu Spiritus Sancti, prout in Cordibus suis destinatur; Animabus suis consulendo, decreverunt ut in Remissione suorum peccatorum, compuncti, contriti, & confessi, in hoc Passagio iter Peregrinationis arriperent, videlicet circa festum N. ituri versus Partes ultra Marinas, in subsidium Terræ Sanctæ, Sarracenorum perfidiis Resistendo, & ut ibidem unà cum aliis Fidem Catholicam propugnarent: verum tamen ut in hoc multis CHRISTI Fidelibus bonum prebeant Exemplum, non ad id ipsis propriè suppetant Facultates & Expense, suadet Ratio, & docet consuetudo, ut eisdem Parrochianis nostris, & Co-Opidanis, presentium Exhibitoribus, Munificentie vestræ Dextram aperiatis, & nihilominus Universitatem vestram Rogamus, monemus, & in Domino exhortamur, quatinus nostris predictis Parrochianis seu Coopidanis manum porrigentes adjutricem, de Bonis Vobis à DEO collatis, pias Elemosinas, & Karitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram ipsorum inopie consulatur, & bonum propositum laudabiliter inceptum, vestris subsidiis mediantibus ad finem perducere valeant peroptatum, Vos propter hoc & alia bona Opera, que, Domino Inspirante feceritis, possitis ad eterne Felicitatis gaudia pervenire, ne quid mala suspicio aliquem vestrum retrahat, ut eis non impendat Opera Pietatis, scire vos cupimus quod sepediti Parrochiani nostri, & Co-Opidani, in nostris voverunt manibus, sub Sacramento Fidei, quod in Baptismo recepe-

ceperunt, & Juramento corporaliter præstito, quatinus prædictum iter arrepturi, & quantum in ipsis etiam completuri, sicut diximus; quod si dictum Votum, quod absit, non complerent, ad Nos nunquam essent reversuri: ut ergo præmissis plenariam adhibeatis Fidem, Nos Prædicti, Decanus & Consules Opidi Bekemensis, præsentem Litteram, Sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam.

Datum & actum BECHEM, sub Anno Domini MCC. nono III. Idus Junii Indictione VII. Pontificatus Domini CLEMENTIS PP. Quinti, Anno quarto.

XXI.

*Testamentum Ludolfi Canonici ad Terram Sanctam Proficiscentis.*

Ex Cod.  
M. S.  
Mogunt.

**A**Nno Domini MCCXI. Kal. Maj. Ego LUDOLFUS Canonicus Sanctæ Crucis in Hildesheim, arripere volens iter Jerosolimitanæ Peregrinationis, considerans quod varia Terrarum ac Marium pericula solent Peregrinantibus obviare, ut igitur adventum Supremi Judicis migraturus à corpore, securius præstolari audeam, assigno Ecclesiæ meæ ad Consolationem Fratrum meorum in Anniversario meo, si in via defecero, Mansum. . . . Ecclesiæ Sancti Petri habeat Libros meos, Curiam meam habebit Frater meus A. de reliqua suppellectili mea ordinabunt Salamanni, sicut Fidei eorum commisi; ut igitur hanc Ordinationem nullus irritare valeat, obtinui ut huic Cartulæ Domini mei H. Ducis Sigillum annotetur.

An. 1211.

XXII.

*Conventio inter Capitulum Majoris Ecclesiæ Herbipolensis & Cænobium S. Stephani.*

Ex Auto-  
grapho.

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. CAPITULUM Majoris Ecclesiæ Wirziburgensis. Cum Fraternalis Caritatis sit Officium, ita propriis intendere Commodis, ut Proximorum Utilitas non negligatur, justum est, ut Nos in his, quæ cum Ecclesiis Consonantibus nostris nobis profutura contrahimus, non studio circumvenienda, sed amore subveniendi circa eas ferveamus: Notum itaque esse desideramus omnibus tam præsentis quam futuræ CHRISTI Ecclesiæ Fidelibus, quod cum tempore Cismatis, quod fuit inter Sacerdotium & Imperium sub Papâ Domino INNOCENTIO III. & OTTONE Imperatore multis Tribulationibus & malis tota DEI turbaretur Ecclesia, propter Cautelam Civitatis nostræ, ne aliquis nocivus nobis Angulus hostibus ad oblidendum nos in circuitu remaneret, Curia nostra ante Civitatem, in qua erant Torcularia nostra, & reliqua Vindemiæ Ustensilia demolita fuisset, & locum his Commoditatibus aptum infra Fossatum & Muros Civitatis non inveniremus, à Dilecto nostro HEINRICO Venerabili Abbate S. Stephani & ejus Capitulo multa Instantia Rogavimus concedi nobis Ortum Ecclesiæ suæ ante Portam Monasterii ejus situm, ad ædificandum Curiam Auctumnalibus nostris commoditatibus oportunitatem, quæ petitio licet eidem Abbati & omnibus suis Confratribus molesta esset, & omnino contraria, tandem pro nostra Dilectione & sperando semper à nobis majori Favore Petitioni nostræ satisfecerunt, concedendo nobis Aream hanc, quæ est à Domo Beringeri Carpentarii ipsius Ecclesiæ usque ad Domum Matris ipsius B. tali conditione, ut inter Nos & stratam, quæ est inter Curiam eorum & hortum denominatum, Murus firmus à nobis erigeretur, relicto eis Puteo extra ipsum murum & de omni ipsius Putei apparatu nihil diminuendo, & ut neque Portas nec aliqua hostiola versus Curiam & Cimiterium eorum poneremus, Introitus verò nostros & exitus versus veterem murum Civitatis sine molestatione ipsorum semper haberemus, & annuatim in Festo Apostolorum Philippi & Jacobi duo Talenta eis inde persolveremus: hic Contractus inter Nos & Ecclesiam S. Stephani in Capitulo nostro celebratus est: ubi à manu supradicti Abbatis Heinrici nomine Ecclesiæ suæ, Dominus PERSIUS Decanus noster nomine nostro prædictam Aream sub forma prælibata Ecclesiæ nostræ in perpetuum possiden-

An. 1213.

fidendam suscepit, & constitutum est, ut non ab alio quàm à Decano, quicumque fuerit ille & Capitulo Censui denominatus ritè & sine omni protractione in Festo denominato Ecclesiæ dictæ omni Anno persolvatur; & quicumque Inhabitor ejusdem Curia à nobis constituatur, nec ipse nec etiam aliquis de Familia nostra per se ipsos, nec etiam per Operarios nostros mercede conductos tempore Auctumnali sive aliquo alio tempore, Ecclesiæ S. Stephani vel Hominibus suis unquam graves existant & infesti, super formâ totius Contractûs coram Domino nostro OTTONE Venerabili Episcopo Nos & Abbas cum suo Capitulo comparuimus, & hanc constitutionem de consensu & benignitate sua promoveri postulantes, utrique Ecclesiæ in perpetuum eam suæ Auctoritatis Sigillo corroborari obtinuimus. Testes hujus rei Nos sumus Fratres majoris Capituli. OTTO Præpositus, PERSIUS Decanus. Dittericus Flosculus. Berno. Henricus Cellerarius. Yringus Cantor. GOTEFRIDUS Præpositus. Gerungus. DITTERICUS Præpositus de Hognie. Bertholdus de Hotingin. Fridericus. Henricus. Cunradus. Albertus. Cuno. Boppo. Cunradus. Fridericus. Arnoldus. Adolfus Portenarius. Boppo. Cunradus. Albertus. Arnoldus. Henricus. Canonici de Hognie, GERNOLDUS Decanus. Albertus. Heggehardus Custos. Canonici de Novo Monasterio. WILLEHELMUS Decanus. Gotefridus Custos. Gerurgus. Wernherus & Frater ejus Siffridus. Laici Hidungus & Henricus Sculteti. Billungus Camerarius. Henricus Dapifer. Bertholdus & Arnoldus Fratres. de villa S. Burchardi. Marquardus. Orphanus. Marquardus. Auctumnus. Rudigerus & Marquardus Fratres de Sande. Arn de Hochiem. Cunradus Fuegirher, & alii quàm plures.

Acta Anno Dominicæ Incarnationis MCCXIII. Indictione I. Mense Julio FRIDERICO Romanorum Rege, Domino OTTONE Wirziburgensi Episcopo, BERTHOLDO Puero de Henninberc Urbis Præfecto.

## XXIII.

Ex Cod.  
M.S.Er-  
ford.

*Ejusdem Pontificis Mandatum Apostolicum quo Tusculanum Episcopum à Legatione sua revocat.*

HONORIUS Episcopus Servus Servorum DEI. Venerabili in CHRISTO Fratri Tusculano Episcopo: divulgata est satis Hæresis, quæ diutius in Terra Comitum Sancti Ægidii pullulavit, & longè latèque se diffundens quotidie serpit ut Cancer, Diabolo seminante semen suum, qui Fel Draconum & Venenum aspidum insanabile in Calice Babylonis vicinis . . . . jam propinat; ad eam ergo de Terra radicatus extirpandam te misimus è Latere nostro tanquam Potentem in Opere & Sermone; tu autem cum deberes insistere Operi Prædicationis, laborasti potiùs pro Denariis colligendis, & scandalizati sunt per Te plurimi in Regno Franciæ, dicentes; Ecce, qui prædicat non Furandum, furatur, de Contemptu Rerum clamat in publico & Res ipse colligit, & non dat Pauperibus nec dispergit, ejiciat primùm Trabem de Oculo suo, & tunc ejiciat Festucam de Oculo Fratris sui: inde Nomen DEI blasphematur in Gentibus & contempnuntur Claves Ecclesiæ, cum Medicus primùm curare se ipsum debeat, & turpe est Doctori cum redarguit ipsum culpa; deberes enim habere Pennas Columbæ deargentatæ ne quid in te appareret, quod posset obfuscare Candorem Ecclesiasticæ Puritatis; sed cum intendas Avaritiæ, quæ est Idolorum Servitus, uteris potiùs pennis Corvi denigratis per Opera Tenebrarum; cogitasse debueras quid liceat, quid deceat, quid expediat secundùm æquitatem, quid deceat secundùm Honestatem, quid expediat secundùm utilitatem; sed . . . . tanquam contrarium & indecens quia contra Bonos Mores & inutile, quia contra Profectum Nominis Christiani: ob hoc te Revocamus, mandantes tibi ne de cetero Legationis Officio ingerere te præsumas, cujus enim Vita despicitur, Restat ut ejus Prædicatio contemnatur.

XXIV.

*Sigifridi II. Archi-Episcopi Moguntini Epistola Gratulatoria ad Ecclesiam Hildesheimensem.*

Ex Cod. M. S. Mogunt.

**S** DEI Gratia Moguntinus Archi-Episcopus. Comitibus Ministerialibus &c. Salutem & Plenitudinem omnis Boni. Cum omne datum optimum & omne donum perfectum desursum sit & à Patre Luminum succedat, regratiamur Altissimo & ipsius Clementiam veneramur, qui per Electionem Karissimi Filii Magistri Conradi Scolastici Moguntini, in Hildesheimensem Episcopum, ipsi Ecclesiæ atque vobis sua inscrutabili Bonitate providit: equidem quod à DEO est perfectissimum habet Auctorem, cui debet humanæ voluntatis Devotio inclinari, & ut Divina Gratia comitetur quos in ipsarum Provisione respexit: ceterum quod Magistrum C. Dominus ad Ministerium Pontificatus elegit, non quod ipse requirat sed requiratur ab ipso in virtute Altissimi, sub cuius nutu cuncta consistunt, vobis suademus, consulimus & mandamus, quod ei, qui vestrarum Pontifex erit Animarum Fidelitate debita succurratis: unde credimus & firmiter opinamur Episcopatus vestri utilitatem in omnibus securam, & vos qui Ecclesiæ membra estis, exhibitione Reverentiæ quam feceritis Patri vestro, Patris Celestis merebimini Benedictione repleri.

An. 1221.

XXV.

*Epistola aliquot Germaniæ Præsulum, qua Henrico Regi supplicant pro Obtentu Regalium in favorem Conradi Electi Hildesheimensis.*

Ex eodem Cod. M.S.

**S**erenissimo Domino suo H. Romanorum Regi & semper Augusto. T. \* DEI Gratia Treverorum Archi-Episcopus C. \* Metensis & Spirensis Imperialis Aulae Cancellarius . . . . . Ratisponensis & Basileensis Episcopi . . . . . de Wizenburc & Morbach Abbates. Tam promptum quam debitum in omnibus suæ Devotionis Obsequium. Accessit ad præsentiam nostram Wizenburc, Dilectus noster & honorabilis Vir Magister C. Hildesimensis Electus, supplicans Nobis ut per Consilium & Auxilium nostrum, per manum vestram Donationem Regalium obtineret, utpote rationabiliter & convenienter electus à suo Capitulo, apud quod Potestas residet Episcopum eligendi, cum per voluntatem Serenissimi Imperatoris Patris vestri, & Principum consensum, eadem conferendi plenariam habeatis potestatem: ex adverso autem Chunradus Marscalcus & Ekkebertus Milites, Ministeriales Hildesheimenses ex sua & suorum Ministerialium Parte rogaverunt attentius ne hoc faceremus, dicentes quod Petitioni Electi consentire non deberetis, pro eo quod eis in Electione ipsius facta esset injuria, quæ ex Jure & longa consuetudine in Electione Episcoporum Hildesheimensium, Justitiam habuisset; quod quia nobis inconveniens & inauditum & contra Imperii & communem omnium Ecclesiarum Justitiam videbatur, consentientibus in id ipsum tam Nobilibus & omnium Ecclesiarum Ministerialibus nec non & Imperii, qui multi nobiscum aderant minimè duximus exaudiendas, considerantes igitur plenam præfati Electi & Ecclesiæ suæ Justitiam, & omnium Nobilium sui Episcopatus, & multorum Ministerialium Favorem, quoniam ipsi in Jure suo, quod nostrum reputamus deesse nec volumus nec debemus, vestram nihilominus in hoc Utilitatem attendentes & Honorem, communi & deliberato Consilio Rogamus & monemus Serenitatem vestram, fideliter consulentes ut non obstante prædictorum Laicorum contradictione quæ nulla est, & à vobis nullatenus audienda, Electo eidem donum Regalium indubitanter & sine dilatione porrigatis, cum paratus sit tam Domino Imperatori quam vobis vestram Justitiam exhibere, & ipsum in suis & Ecclesiæ suæ Petitionibus exaudire dignemini, ut tam Vobis quam Patri vestro ex devoto fiat devotior, & preces nostras & Consilium, in quibus & alii Principes, qui pro ipso nobis scribentes bene concordant, apud vestram Majestatem sibi sentiat protulisse; noverit

An. 1221.

\* Theodoricus.

\* Conradus.

præterea vestra sublimitas. Nos etiam præsentibus respondisse, ut ad vestram præsentiam irent si vellent, & absentibus scripsisse, ut si in his sibi fore injuriam contendant, in Festo Egidii, Frankensfort veniant si placet ipsis, coram nobis & Principibus, Justitiæ Plenitudinem Recepturi.

## XXVI.

*Henrici Regis ad Fridericum Imp. Epistola,  
super eodem Negotio.*

An. 1221. **C**arissimo Genitori suo ac Domino Magnifico Romanorum Imperatori F. semper Augusto H. DEI Gratia & sua Romanorum Rex semper Augustus cum Filiali Dilectione debitam in omnibus Reverentiam; accedens ad Præsentiam nostram Dilectus Princeps noster CONRADUS Electus, à nostra Serenitate Regalium Episcopatus Hildesheimensis investituram, secundum Consuetudinem & Justitiam Imperii, petivit instantèr, Præpositus etiam & Decanus & Capitulum Hildesheimense per Litteras & Nuntios suos hoc ei fieri, à Nobis devotissime postulabant, eo quod ab ipsis concorditer & Canonicè fuisset Electus, & ab Archi-Episcopo suo legitime confirmatus sicut Litteræ ipsius ad Nos super hoc transmissæ testabantur: Nos igitur, Dilectorum Principum, qui circa Nos erant, & eorum qui super hoc Nobis scribere curaverunt Moguntini, Trevirensis Archi-Episcoporum, Spirensis Imperialis Aulae Cancellarii, Herbipolensis, Ratisponensis, Basileensis Episcoporum, Morabacensis & Wizeburgensis Abbatum, Dilecti nostri & Consanguinei H. Ducis Saxonie & multorum Nobilium & aliorum Fidelium nostrorum consilia secuti; attendentes nihilominus ipsius Dilecti Devotionem erga vestram Magnificentiam & magnam de vestro erga se Favore Fiduciam sicut debuimus & Sententia de hoc quæsita dictabat, eundem tam vestra quam Nostra Auctoritate de Regalibus sive temporalibus Episcopatus Hildesheimensis, & omni honore quem sui Antecessores de Gratia Imperii ejusdem Episcopatus Ratione tenuerunt investivimus: eapropter amantissimam Paternitatem vestram diligentissimè cupimus à nobis exoratum esse ut Divinæ Retributionis intuitu, nostræ quoque Interventionis respectu, quod circa præmemoratum nostrum devotum Electum consultè fecimus, & justè magnificè confirmare & ipsum cum Ecclesia sua in vestræ Majestatis Protectionem Recipere dignemini, & ita cum in suis Petitionibus audiatis, ut Favorem & Preces Regias sibi sentiat profuisse.

## XXVII.

Ex eodem  
Cod. M. S. *Engelberti Archi-Episcopi Coloniensis Hortatoria  
Epistola ad Ministeriales Ecclesie Hildesheimensis.*

An. 1222. **E**. DEI Gratia Sanctæ Coloniensis Ecclesie Archi-Episcopus Universis Ministerialibus Hildesheimensis Ecclesie Salutem in Salutis Auctore. Intelleximus & Intelligentes de Prudentia vestra sumus non modicum ammirati, quod cum nuper missis Nuntiis ad Illustrem Dominum nostrum H. Regem contra Venerabilem Dominum C. Episcopum Hildesheimensem, ipsum impedire nitentini si possent ne Regalia reciperet ab eodem, nunc ad aliam viam sibi resistendi divertitis, asserentes ipsum Dominum Regem non habere Potestatem, cuiquam Regalia porrigendi, unde non solum inconsideratæ præsumptionis sed præsumptuosæ Temeritatis estis graviter arguendi, qui tam ipsi Domino Regi quam Universis Principibus Notam falsæ Usurpationis impingitis, quod sibi Jus & Potestatem ad ipsos, ut putatis, non spectantem usurpent, maxime cum hoc esset ipsis Principibus omninò contrarium, & suo Periculo sive Honori: nam, si essent incerti quod Dominus Rex haberet hujusmodi Potestatem, quicumque Regalia sua ab ipso reciperet, consequenter esset etiam incertus utrum hoc Dominus Imperator Ratum haberet, cum posset, quod eo Auctore non esset factum in irritum revocare, sicque esset talis Princeps in suæ Dignitatis Periculo constitutus, propterea indignationem & offensam Imperialem simul & Regiam in hac parte potestis non imeritò

meritò formidare, qui quantum in Nobis est impensius nitimur contraire, cum tamen Nifus & Conatus Vester, nec Effectum nec Exitum bonum valeat obtinere cum non solum gravis sit ipsa præsumptio sed & causa vestra usque adeo infirma sit & debilis & absurda, ut in toto Imperio nec Principem unum Fautorem & Defensorem vestri reperiatis Erroris; quanquam enim præfatus Episcopus vester Honestatis suæ Merito, ab omnibus diligatur, tamen si causa vestra Juris aliquid vel Favoris haberet, seu etiam videretur habere, Promotio ejus non adeò accelerata fuisset, sed data vobis Audientia, Causam vestram sicut Ordo exigeret prosequendi. Hinc est quod Universitatem vestram monemus & hortamur attentius, ac fideliter vobis consulimus, ut rei exitum providentes & utentes Consilio saniori, desistatis ab his in quibus proficere non potestis.

XXVIII.

*Henrici Regis Mandatum in Causa Præcedenti.*

Ex eodem  
Cod.M.S.

**H.** DEI Gratia Romanorum Rex. Dilecto Consanguineo suo H. Duci. Noverit tua Dilectio, quod accedens ad nostram personam Dilectus Princeps C. Hildesheimensis Episcopus, à nostra Serenitate Regalium Episcopatus Hildesheimensis investituram secundum Justitiam & Consuetudinem Imperii petivit instanter, Præposito etiam & Decano ac Capitulo Hildesheimensi per Litteras & Nuntios suos hoc ei fieri, à nobis devotè postulabant, eo quod ab ipsis concorditer & Canonicè fuisset electus, & à suo Archi-Episcopo legitime confirmatus, sicut Litteræ ipsius ad Nos super hoc transmissæ testabantur: Nos igitur Dilectorum Principum qui circa Nos erant, & eorum qui similiter hoc Nobis scribere curaverunt, & aliorum Fidelium nostrorum Consilia secuti, sicut de Jure debuimus, & Sententia de hoc quæsita dictabat, prædicti Capituli nec non & Electi sui justas preces libenter admisimus, Eundem Electum tam Serenissimi Patris nostri Imperatoris, quam nostra Auctoritate de Regalibus Episcopatus Hildesheimensis, & omni Honore, quem sui Antecessores de Imperio tenebant Ratione Episcopatus ejusdem vestientes: verum quia Ministeriales ejusdem Ecclesiæ in Electione Episcoporum Hildesheimensium Jus sibi dicunt, & quod eum non elegerint cum Capitulo adhuc ei contradicunt, sicut eorum Nuntii quibusdam ex Principibus retulerunt; Nobilitatem & Honestatem tuam de qua multum præsumimus, Rogamus ut nostræ Serenitatis Intuitu prædictos Ministeriales ad te venire facias, eosque quos & ubi visum fuerit evocare & ipsos ad Devotionem & Pacem & Gratiam Domini sui Electi modis quibus scis & potes & expedire videris, inducere studeas diligenter: quod enim Episcopos suos Eligere debere se asserunt, & ideo quia hoc factum non est, difficiles ei se reddunt & graves, incongruum judicamus & omnibus Principibus, Nobilibus & Ministerialibus inconueniens videtur & inauditum, sicut eorum Nuntiis à multis novimus responsum; gratissimum enim habebimus si vestris in hoc Monitionibus acquieverint & mandatis, alioquin sciant pro certo, quod præfato Electo in Justitia & Honore suo, modis quibus possumus adesse volumus & prodesse; de ipsorum igitur Responso per tuas Nos Litteras facias certiores, ut sciamus quid pro nobis & Imperii mandato & tua Exhortatione facturi sunt & quid Nobis super his fuerit faciendum.

An. 1222.

XXIX.

*Sigifridi II. Archi-Episcopi Moguntini Litteræ ad Conradum Hildesheimensem Episcopum.*

Ex eodem  
Cod.M.S.

**V.**enerabili Fratri in CHRISTO Domino C. Episcopo Hildesheimensi. S. DEI Gratia Sanctæ Moguntinæ Sedis Archi-Episcopus, Salutem & Obsequium benivolum, cum fraterna in Domino Caritate. Sicut Vobis diximus cum mecum Heiligenstat essetis, quod Imperator nos ad suam præsentiam accersisset, ita secundario postquam recessistis, nos in tantum arctius & attentius fecit vocari, quod nullo modo audemus omittere ut tota festinatione acceleremus ad eum venire: quare nos

Circa An.  
1223.

omni quo possumus affectu Rogamus, quatinus per Litteras vestras, vel si esse potest personaliter apud Ducem de Brunswik dignemini nos super eo quod dici & Placito inter vos constituto & ipsum, non interimus ista vice, habere propensius excusatos; firmiter enim habemus propositum cum ad partes istas reversi fuerimus, ad hoc quod inter vos conveniens Ordinatio fiat accedere ad eundem, & suæ obtemperare, quatenus possumus voluntati.

## XXX.

Ex Cod. M. S. Mogunt. *Litteræ Friderici II. Imp. ad Conradum Hildesheimensem Episcopum, quibus præter Filium Henricum Regem, eidem alia Imperii Negotia Commendat.*

An. 1224. **F**RIDERICUS DEI Gratia Romanorum Imperator &c. Dilecto Principi suo Hildesheimensi C. Episcopo Gratiam suam & omne Bonum. Felices nostræ Serenitatis Eventus quos affectare te scimus tecum participare volentes, Affectioni tuæ sæpe sæpius ducimus intimandum quod per illius Gratiam à quo provenit omne Bonum ad vota Nobis in Regno nostro cuncta succedunt; Sarracenis qui Cacumina Montium & Loca inexpugnabilia ceperant ad Inferiora & plana Loca jam omnibus Revocatis; de tua itaque Fidelitate certissimam Fiduciam obtinentes H. Karissimum Filium nostrum Romanorum Regem Illustrem circumspectioni tuæ duximus commendandum pro Servitiis eidem Filio nostro à te modo exhibitis in Absentia nostra, tanto tibi uberes gratias referentes, quanto in Absentia nostra, magis quam in præsentia purissimæ Fidei tuæ Animus approbatur ut igitur Ecce Nobis in Alemanniam venientibus gratissimis tuis possimus meritis respondere Rogamus plurimum & monemus, quatinus in Servitiis nostris & ejusdem Filii nostri, more solito perseveres: sane Relatum est Celsitudini nostræ, quod Rex Daciæ ac Filius ejus capti à Comite H. de Zwrin Dilecto Fideli nostro, in Custodia detinentur, qui Rex, sicut tu ipse nosti, præter præcedentem Causam, multa de Bonis Imperii occupavit, ad Nos & Imperium, Respectum quem debuit non habendo; unde cum ad Recuperationem Bonorum Imperii totis viribus & affectibus anhelemus ut ipsa possimus ad Imperium revocare, affectionem tuam Rogandam duximus omnimodis & monendam quatenus ad hoc quod ipse Rex & Filius ejus ad manus vestras deveniant, prorsus & totaliter elaboras, facturus quod quicquid Venerabilis Erbpolensis Episcopus propter hoc promisit vel dehinc promiserit Comiti prædicto, & ipse promittas cum eo, quia Nos illud Ratum habebimus, & omnia cum Consilio tuo curabimus efficaciter observare.

## XXXI.

Ex Cod. M. S. Mogunt. *Conradi II. Hildesheimensis Episcopi Litteræ Commendatitiæ ad Honorium III. Pont. Max. in Gratiam Engelberti Archi-Episcopi Coloniensis.*

An. 1225. **R**everendo Domino ac Patri H. Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici C. DEI Gratia & sua Hildesheimensis Episcopus tam debitam quam devotam cum Osculo Pedum Reverentiam. Pro Dilecto & Venerabili Fratrem nostro Coloniensi Archi-Episcopo, de maxima Paternitatis vestræ Benignitate confisus, quantum audeo Sanctitati vestræ supplico devotissimè, ut pro multa ejus Honestate & meæ Devotionis intuitu in omnibus ipsum Gratia vestræ Recommendatum habere dignemini, scientes quod circumspectis omnibus, Ecclesiarum Alemanniæ Status post DEUM & vestram Providentiam ab ipso dependet, etenim Laicalis Insolentiæ Fræna jam adeo contra Clerum laxata sunt quod nisi esset terror ejus & à DEO provisus . . . . . Ecclesiasticæ Distinctionis Vigor . . . . . nullus esset . . . . . Pacis Alemannia non haberet: foveat igitur ipsum & promoveat vestra Paternitas cum Devotione, ac Servitium oportuno tempore Vobis & Ecclesiæ commune spero plurimum profuturum: Ego autem ad supplicandum vobis

vobis tam obnixè prædicto Domino Archi-Episcopo, ob hoc adeò sum astrictus, quod vestri mandati & Ecclesiæ Ratione, cujus semper volo & teneor esse devotissimus, mihi & Hildesheimensi Ecclesiæ impendit Favorem suum efficaciter & libenter.

XXXII.

*Ejusdem Epistolæ Encyclicæ ad universum Clerum  
pro Restauratione Ecclesiæ suæ Cathedralis  
Hildesheimensis.*

Ex Cod.  
M. S.  
Mogunt.

**C** DEI Gratia Hildesheimensis Episcopus. Dilectis in CHRISTO Filiis Abbatibus, Præpositis, Prioribus ac Sacerdotibus Universis, per Hildesheimensem Diœcesim constitutis Salutem in eo, qui est omnium vera Salus: quia nunc major instat necessitas, quam unquam institerit ut Ecclesiæ nostræ succurratur, & vestro Consilio speratur nunc major quam unquam provenerit Utilitas proventura: Ecce resumpto clamore clamamus ad vos & pro illo clamamus ad vos, qui in Cruce DEO Patri usque ad mortem Crucis factus est obediens moriendo, ut nos ab æternæ mortis eriperet cruciatu: cùm igitur Venerabilis Ecclesia nostra Hildesheimensis ad quam omnes tanquam ad Matrem respicitis & Magistram, miserabiliter sit vetustate consumpta, stillicidio pervia, & in pluribus locis sit adeò Ruinosa quod sine periculo Divinum Officium non possit celebrari nec ad redintegrandas sumptuosas ejus structuras sufficiat ipsa sibi, necesse est & consentaneum Rationi, Capiti membra condescendere, ac maternam decet Filiorum cultibus operiri Nuditatem; eapropter discretionem vestram exoramus studio diligenti quod Divinæ Remunerationis intuitu ac nostrarum precum obtentu in propriis personis sicut à Nunciis nostris fueritis instructi fidelem & diligentem operam impendatis, ut per hoc & alia, quæ Domino Inspirante feceritis, ad æternæ possitis felicitatis gaudia pervenire: ut autem ad hoc Negotium, animus vester ferventius incendatur, auctoritate nobis à DEO concessa, quicquid vel ex torpore seu Negligentia vel oblivione omisistis in Officiis Divinorum contra Præceptum DEI & Ordinem nostrum in Missis & Horis Canonicis Nocturnis sive Diurnis, dummodo veri pœnitentes & contriti fueritis, misericorditer relaxamus.

XXXIII.

*Oliverii Cardinalis Epistola pro Cruce-Signatis.*

**M** Agistro SALOMONI, OLIVERIUS Cardinalis. Constituti in Romana Curia Nuntii Venerabilis in CHRISTO Patris D. Episcopi publicè sunt protestati quod idem à sex Annis vel quinque præteritis, nullos omnino ad prædicandum in Teutoniâ miserit, neque SINDRADUM nec HENRICUM Laicum ad id recipi fecerit à Cruce-Signatis Terræ Sanctæ Pauperibus aut Debilibus habentibus citra decem vel duodecim Marcas, commutare volentibus vota sua, cum super his apud Sedem Apostolicam fuerit diffamatus; cupiens igitur Servos Crucis Christi, Pseudo-Prophetarum Doctrinis variis non abduci, qui præfati Episcopi falsis Litteris, ut accepimus innituntur: sed & obstruere viam Fraudis eis, Discretionem vestram monemus attentius & Rogamus quod his falsis Prædicatoribus largas Indulgentias facientibus, oblii Salutis propriæ, Cruce-Signatorum Vota fraudulenter commutantibus, cum Auctoritatem non habeant super his, Resistat viriliter & potenter, non permittentes Crucis Negotium ab aliquibus defraudari, præmonendo Cruce-Signatos per Teutoniâ universaliter singulos, & singulariter universos.

Circa An.  
1226.

## XXXIV.

Ex Cod.  
M. S.  
Mogunt.

*Alberti Orlamundani Comitis Epistola ad Honorium III. Pont. Max.*

An. 1226. **V**estrae Gratiae significo, Pater Sancte, quod cum Dominus & Avunculus meus Rex Dacis à Vasallo suo modicae Reputationis Viro perfide captus esset: Ego Ratione Sanguinis injuriam ejus meam reputans, absolutionem ejus procuravi celeriter ne mora traheret ad se Periculum & Jacturam: postmodum excogitans quod expediret Reipublicae ne remanerent Crimina impunita, volebam vindicare quod factum fuerat fraudulenter, cum Nemini patrocinari debeant Fraus & Dolus; sed quia varii sunt eventus Rerum, id quod conceperam, non poteram perducere ad effectum, sed ex insperato etiam captus fui & diutissime detentus in vinculis ferreis, à quibus eripi non potui nec absolvi donec Castrum quoddam munitissimum ad me spectans haereditario Jure, oportuit me dimittere, vellem nollem: Juravi, & Renuntians quod illud nunquam repetam, nec pro Recuperando eo per me vel per alium Arma sumam: cum igitur valde grave mihi sit quod occasione Juramenti quod vi inductus praestiti tam enormem sustinere debeam Laesionem, Beatitudini vestrae supplico, quod illud relaxare dignemini, & ut mea possim repetere, dispensetis mecum, cum habeatis plenitudinem Potestatis; non enim Juravi voluntarie sed per metum, qui cadere poterat in constantem Virum, & ob hoc merito debeo excusari: praeterea cum Fidem non servanti Fides servanda non sit, nemo de facto isto rationabiliter me redarguere & vindicare poterit, ut videtur.

## XXXV.

*Friderici II. Imp. Praeceptum, quod Magistros Civium absque Episcoporum Consensu, fieri vetat.*

An. 1233. **F**RIDERICUS DEI Gratia Romanorum Imperator & semper Augustus. Cum Romanae Monarchiae Dignitatis ipso Auctore per quem Reges Regnant & Principes obtinent Principatum, qui super Regna constituit Sedem nostram, principaliter teneamus & sumus in Potestatis plenitudine constituti, Imperatoriam concedet Majestatem, eos per quos coepit & consistit Nostrae Gloriam Celsitudo, qui & nobiscum vocati sunt in partem Sollicitudinis, ut à nostra Celsitudine Decus recipiant & Decorem, non solum in suis Juribus tueri pariter & fovere, immo quantum aequitas favet & permittit tam Juris quam Gratiae muneribus tam decenter quam honorifice decorare: sane cum ex Defectu . . . . . hac nostra Edictali Sanctione dampnamus pariter & Cassamus in omni Civitate & Oppido Allamaniae, communi Consilio, Magistros Civium, qui ab Universitate Archi-Episcoporum vel Episcoporum Consilio vel Beneplacito statuuntur, Damnamus etiam Sacrificium & Contraternitates seu Societates quae in *Giulzge* vulgariter appellantur; ut igitur cesset omnis ambiguitas hanc Paginam conscribi iussimus, & Bulla aurea Typario nostrae Majestatis impressa fecimus consignari, hujus autem rei Testes sunt . . . . . Sanctae Moguntinae C. Sancti Petri Coloniensis Archi-Episcopi. Item Aquilejensis & alii Episcopi. Laici . . . . . & Alii plures.

\* Sigifidus. Signum FRIDERICI DEI Gratia Inviictissimi Imperatoris Ego S. \* DEI Gratia Ratisponensis Episcopus, Imperialis Aulae Cancellarius Recognovi.

Acta sunt haec Anno Domini MCCXXXIII. Mense Majo Imperante FRIDERICO Inviictissimo Imperatore Jerusalem & Siciliae Rege. Anno Romani Imperii ejus XIII. Feliciter Amen Datum in Foro - JULII.

XXXVI.

*Ejusdem Friderici Imp. Encyclicæ ad Universos Germania Principes pro stabilienda Pace.*

Ex Cod. M. S. Mogunt.

**F** DEI Gratia Romanorum Imperator & semper Augustus & Rex Siciliae. Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Nobilibus, Liberis & Ministerialibus omnibus in Imperio constitutis, Gratiam suam & omne Bonum. Scire debetis certissimè & nullatenus dubitare, quod si status Terræ vestræ malus est, & Turbatio est in Partibus vestris, ut audivimus, supramodum Nobis displicet, & ut emendetur in melius, omnem diligentiam quam poterimus intendimus adhibere; mandamus ergo vobis sub obtentu Gratiae nostræ ut pacem firmatam in Curia celebrata Frankenfurt infra IV. Ebdomadas juretis, tam Divitibus quàm Pauperibus nobis subiectis, ut similiter jurent & servant injungentes, diligentius & mandantes: quicumque enim non juraverit, & Mandatum nostrum adimplere neglexerit Indignationem nostram indubitanter se noverit incurtisse, & hoc etiam volumus, ut Præcepti nostri Contemptores in proxima Curia quam celebraturi sumus manifestè in Nostra Præsentia Nominentur. An. 1234.

XXXVII.

*Ejusdem Imperatoris Præceptum in favorem Conradi II. Episcopi Hildesheimensis.*

Ex eodem Cod. M.S.

**F** DEI Gratia Romanorum Imperator. H. Illustri Duci Saxoniae Dilecto Principi suo, cum Venerabilis Hildesheimensis Episcopus Dilectus Princeps noster Evangelisando Verbum Crucis DEO totique Christianitati Obsequium Gratosum impendat, meritò DEUM & Homines graviter videretur offendere quicumque eundem Episcopum & maximè quamdiu in Servitio Terræ Sanctæ laborat, molestare, forte hæcenus vel de cetero præsumperint molestare, propter quod discretionis tuæ mandamus, monemus atque rogamus, quod molestatores hujusmodi, nisi dicto Episcopo satisfaciant de illatis, & de hujusmodi vexationibus omninò destiterint, eos auctoritate nostra proscribas, quoties fueris requisitus ab ipso. Datum Parmæ.

XXXVIII.

*Conradi II. Episcopi Hildesheimensis Mandatum pro vitandis à se excommunicatis.*

Ex eodem Cod. M.S.

**C** Episcopus Hildesheimensis. Accessimus Anno præterito pro Negotiis nostris & Ecclesiæ nostræ, & specialiter pro Generali Statu Terræ nostræ, quæ malicia temporis . . . . . premebatur ad Dominum Papam ac Serenissimum Dominum nostrum F. Romanorum Imperatorem, à quibus Mandatum accepimus speciale ut Paci Reformandæ in Terra nostra, cum propter iniquorum malitiam reprimendam, tum propter Negotium Crucis efficaciter promovendum impenderemus Operam diligentem, Auctoritate ab ipsis accepta ut Pacis Turbatores animadversione debita puniremus: cum igitur G. Dapifer & Filii sui ac ipsorum complices Pacem à Principibus Terræ nostræ, ac Nobilibus procuratam ausu temerario violaverit, ipsos exigente Justitia Auctoritate Domini Papæ propter Imperatoris Jurisdictionis prosecutionem, Excommunicamus sollempniter, & eos vobis Excommunicatos denuntiamus, devotè supplicantes Universitati vestræ, quod ipsos pro Domini Papæ Reverentia Excommunicatos dignemini arctius evitare. An. 1234.

Ddd

XXXIX.

Ex eodem  
Cod. M.S.

*Henrici Regis Apologetica Epistola ad Conradum  
Hildesheimensem Episcopum.*

An. 1235. **H** DEI Gratia Romanorum Rex & semper Augustus Dilecto Principi suo C. Venerabili Hildesheimensi Episcopo Gratiam suam & omne Bonum. Recolite plene Sinceritas tua, nec à memoria credimus esse lapsum, qualiter Serenissimus Dominus Imperator Pater noster ad Apicem Regni Alemanniae, in Imperio ei feliciter successuros de Paternae Dilectionis Benevolentia & Principum Gratia Nos promovit, cumque Filiali Reverentia, ut tenemur, intenderemus huc usque ipsius per omnia beneplacitis & mandatis insistentes, sollicitè . . . . . cordis desiderio affectando, omnia quae fecimus in Allemannia digna Relatu & Consilio Principum & Baronum ad augmentum Imperii disposuimus, & ad promovendum Serenissimi Patris nostri Commodum & Honorem: novit enim Prudentia tua quomodo Dominus Papa, sumpta occasione volebat Dominum ac Patrem nostrum non solum gravare, verum etiam ab Imperialis Honoris Culmine deponere, ad hoc omni Ingenio & totis viribus aspirando, cui Nos patenter & potenter resistimus & Nos opposuimus, submittentes periculo Personam Res pariter & Honorem, & cum super eodem Negotio Dominus OTO Cardinalis, Legationis Officio specialiter in partibus Allemanniae fungeretur Archi-Episcoporum, Episcoporum, & aliorum Praelatorum colloquia quae ad incommodum Patris nostri, idem Cardinalis indixerat, pro posse & nosse fecimus impediri; propter quod non solum praedicti Legati, verum etiam Domini Papae & Cardinalium omnium indignationem gravissimam incurrimus, sicut etiam Principibus omnibus non ignotum: adhuc cum LUDEWICUS olim Dux Bavariae Domino & Patri nostro opposuisset se cum suis Fautoribus manifestè, Nos collecto Exercitu, cum non modico Rerum nostrarum dispendio, Terram suam hostiliter ingrediendo, coegimus cum quod à vexatione & resistentia Patris nostri destitit & cessavit, ac obsides dare promiserat super eo, licet postmodum causis aliis emergentibus non dederit; quo facto reversi de Bawaria cum Triumpho, alium collegimus Exercitum ad obsidendum apud Argentinam praedictum Cardinalem, qui, ut dictum est, Allemanniam intraverat ad Impedimentum & Humiliationem Imperatoriae Majestatis; verumtamen ad Instantiam & Consilium multorum Principum videlicet Archi-Episcoporum & Episcoporum & etiam Magnatum Imperii, solvimus Exercitum nostrum & dimisimus illa vice . . . . . laboribus & expensis.

Sane cum propter causas quasdam Junior Dux Bavariae manifestè se opponeret Patri nostro, Exercitum collegimus, iterato contra eundem, arctantes ipsum dare obsidem Filium suum tali adhibito Laudamento quod nunquam se opponere attemperet Imperatoriae vel Regiae Majestati: demum habito tali Triumpho de ipso Duce, ad Consilium Principum & Magnatum pro Pace & Tranquillitate Patriae Reformanda & pro aliis urgentibus Negotiis ac nominatim ad extirpandam Hereticam Pravitatem; sollempnem Curiam apud Frankenfort celebravimus gloriosè, ubi tanta erat Principum multitudo, qualis longè à retroactis temporibus non est visa, in qua Curia, multas intelleximus querimonias de Castris & Munitionibus aliis, de quibus Rapinae & Incendia fieri consueverunt, & dictante Sententia Principum & aliorum Nobilium definitivimus statuendo, quod eadem Castra & Munitiones, propter dampna data & Incendia perpetrata debeant destrui & funditus demoliri, & quia singula Loca, non poteramus personaliter pertransire, de Prudentia Consilii nostri, Fidelem nostrum HEINRICUM de NYFEN ad Executionem praedictorum, à Latere nostro duximus destinandum, quod Officium sibi commissum à Nobis pro posse & nosse fideliter executus, inter cetera quaedam Castra Nobilium Virorum, Fratrum de Hohenloch, dictante Sententia & Justitia destruebat; super his omnibus, primò DEI Altissimi & tuum ac aliorum Principum Testimonium invocamus;

Verum cum super his praemissis grata ac debita debuimus praemia reportare, quidam Aemuli nostri, qui forsitan per alia non possent Servitia, familiares & gratos se reddere Imperatoriae Dignitati, aut quia utriusque diligunt incommodum & sitiunt

Læsiones, attemptant & attemptarunt inter Dominum Imperatorem & Nos discordiæ scandalum suscitare; quorum malignis suggestionibus & malitiosis Dominus & Pater noster, Eheu! faciliter inclinatus immeritam erga nos videtur Ingratitudinem exercere usque adeò quod Litteras durissimas, & mandata nobis dirigit inconsueta, multa alia faciendo quæ nec ei expediunt neque nobis, nam cum de pietate & gratia paterna, & ad Consilium Principum, sæpe dictus Dominus Imperator potestatem nobis plenariam contulisset conferendi & concedendi Beneficia & Feoda vacantia, ut ex hoc Magnates & Nobiles ad utriusque servitium promptiores & plus benivolos haberemus, idem hoc in quibusdam postmodum non servavit in nostrum præjudicium & gravamen: insuper Castra Nobilium de Hohenloch superius memorata, quæ per sententiam diruta fuerant & destructa, nostra Nos compulit pecunia reparare & nominatim Castrum Langenbere, quod cuidam Pupillo in sollempni Curia Frankenfort, Justitia nos cogente, per sententiam fuerat restitutum, à Patre nostro jussi fuimus revocare & Godefrido de Hohenloch assignare; quod cum de Jure & salvo honore facere non possemus, nolentes in aliquo Paternis Beneplacitis obviare, eidem Godefrido, duo millia Marcarum de Camera nostra in Restaurum Castri dedimus memorati: præterea sine causa necessaria Civitatem Northusen, quæ Nobis & Imperio plus esset utilis, obligavit, & eandem obligationem ratam compulit nos habere; Filium Ducis Bawariæ quem obsidem habuimus pro utriusque cautela, ac Filium Marchionis de Baden quem spontè & ultrò nobis obtulit immo devotius supplicavit, ut ne aliquam de ipso diffidentiam haberemus, cum in obsidem recipere dignaremur, per dura Præcepta Patris nostri, quibus contraire nec volumus nec debemus, non sine maxima Verecundia restituere cogebamur: Telonium quoque in Baccherah, quod in sollempni Curia Frankenfort, dictante Sententia Principum, inhibitum fuerat Duci Bawariæ, & deinde idem Dux expressè abjuravit, contra Factum nostrum & Principum veniens, Feodali Jure Duci contulit memorato, siquidem Nobiles & Magnates, Vasallos & Ministeriales seu alios quoscumque venientes ad ipsum, & detrahentes hinc inde nobis, eis credulas aures adhibendo, audit & exaudit, dans Litteras & Mandata revocatoria de factis nostris, in non modicam nostram ac suam & Imperii Læsionem; prædictis itaque Mandatis & Præceptis Dominus & Pater noster quasdam Comminationes addidit inconsuetas, videlicet si in aliquo eorum, quæ nobis specialiter tunc mandavit inveniremur etiam in minimo negligentes, quod Nuntios & Litteras nostras, de cetero non reciperet vel audiret: procuravit etiam apud Sedem Apostolicam quod per quosdam Allamanniæ Principes denunciati, debueramus excommunicationis Vinculo innodari, quod tanto gravius erat nobis quantum perniciosius est exemplo & contra omnia Jura tam Ecclesiastica quam mundana, cum de ulla contumacia vel delicto convicti fuerimus vel confessi, immo etiam nec commoniti nec citati; unde meritò credendum non esset vel etiam præsumendum à Sede Apostolica à qua Jura prodire debent, & non injuriæ, tales Litteras & Mandata contra personam nostram de certa Scientia emanasse;

Ad obviandum itaque salutiferè his malis sæpe sæpius direximus sollempnes Nuntios nostros & nunc Excellentissimos quos habemus videlicet Venerabiles Moguntinum Archi-Episcopum & Bambergensem Episcopum, Dilectos Familiares Principes nostros, ad Pedes Imperialis Eminentia misimus, iteratò supplicantes devotissimè Patri nostro, ut Emulorum nostrorum relatibus credulus non existens, filialem devotionem à Paternæ Dilectionis Gratia non excludat; hæc salva Gratia Serenissimi Patris nostri scribi fecimus, non in modum querimoniarum & querelarum sed recitando ea leviter & de plano, Rogantes attentissimè & monentes Prudentiam tuam, de qua indubitam Fiduciam obtinemus, quod tu & alii Principes; cum Imperium maximè consistat in Vobis, detis Consilium oportunum qualiter Imperium & Subditi Imperio in Tranquillitate & pace permaneant & quod Serenissimus Pater noster & Vos, sic nos ad invicem habeamus, quod non solum ipsi & vobis, sed etiam omnibus subditis Imperio cedat ad Commodum & Honorem, & supplicetis eidem una nobiscum humiliter & devotè, quod honorem nostrum quem de Gratia DEI Omnipotentis, & sua habere dinoscimur in nullo diminuat vel immutet: novit verò ille, qui nihil ignorat & qui Scrutator Cordium est & Rerum, noverunt & Allamanniæ Principes Universi, specialiter illi, qui in nostro latere sunt frequenter, quod postquam à tenera ætate recessimus, inter Bonum & malum, æquum & iniquum, justum & injustum, honestum & minus honestum

stum discernere poteramus, nunquam aliquid eorum fecimus ex certa scientia vel ex animo, quæ deberent paterno affectui displicere, aut etiam quæ offendere possent Imperatoriam Majestatem.

Datum apud Ezzelingen IV. Non. Septembris.

## XL.

Ex eodem  
Cod. M. S.

*Litteræ Conradi Hildesheimensis Episcopi ad Gregorium IX. Pont. Max.*

An. 1235. **S**ANCTISSIMO Patri ac Domino suo G. Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici CONRADUS DEI Gratia Hildesheimensis Episcopus promptam suæ possibilitatis Obedientiam & devotam. Cum per incrementum & Honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ crescat & proficiat honor DEI, non immeritò congratulatur & congaudet universæ Christianitati super eo quod Ecclesia Romana cum Honoris tanto Profectu Reformata, ut dicitur, per Pacem Spes futuræ Tranquillitatis & Pacis repromittitur Ecclesiis universis; hinc est etiam quod Sedes Apostolica non tantum suis sed Devotorum ejus incrementis intendens, Imperialem statim provehens in sublime, Glorioso Domino Imperatori per vestrum Favorem & Divinum Consilium in partibus Alemanniæ tantum prosperari concessit, ut Omnibus ad ejus votum cedentibus tam majores, quàm minores Principes omni resistentia & contradictione remota, ad voluntatem ejus inveniatur benivolos & paratos; Filio siquidem ipsius ad ejus gratiam accedente coram pluribus Principibus, Archi-Episcopis & Episcopis, Ducibus Marchionibus, Baronibus, & Nobilibus multis apud Warmatiam die Iduum Julii suas Nuptias sollempniter celebravit; consequente Auctore Domino iturus Moguntiam ad celebrandam Curiam ibidem in Assumptione B. Virginis ad quam Universi Principes Alemanniæ, sicut speratur, occurrent, de Generali Bono Pacis & commodo totius Ecclesiæ mutuum Consilium habituri: Negotia verò Ecclesiæ admodum ardua Magistro H. Clerico meo secreto commisi, coram Vobis in vestræ Sanctitatis Præsentia exponenda, supplicans humiliter & devotè, quod intuitu Divinæ Remuneracionis juxta consuetam Apostolicæ Sedis Clementiam eisdem Negotiis Favorem & Consilium impendatis.

## XLI.

Ex Auto-  
grapho.

*Henrici Abbatis Charta pro Matrimonio inter Hartungum Ecclesiæ suæ Proprium, & Lukardam de Rieden inito.*

An. 1214. **H**ENRICUS DEI Gratia humilis Sancti Stephani in Wirceburch Abbas; ut ea quæ circa Fideles ad Statuum suorum commoda geruntur Posterorum Notitiæ clarior illucescant. Expediens est ea Litterarum Testimonio commendare: Noverit igitur Omnium tam præsentium Ætas, quàm futurorum successura Posteritas quod constituti in præsentia nostra HARTUNGUS & Uxor sua quod liberæ essent conditionis, septima manu Testibus scilicet idoneis & omni exceptione Majoribus Friderico, Bertholdo Fratre suo, Theodorico, Conrado, Hartmanno de Rieden. Arnone & aliis rationabiliter comprobarunt, quorum Filiam LUKARDAM Hartungus noster & Ecclesiæ nostræ & S. Stephani proprius existens mutuis Consensibus hinc inde legitime accedentibus, traduxit matrimonialiter in Uxorem, unde Nobis & Ecclesiæ nostræ ac Sancto Stephano omnis prædictorum Hartungi & Uxoris suæ Posteritas ipso Jure dinoscitur pertinere, & ut super ipsorum statu & conditione nulla ipsis ab aliquo posterum quæstio moveatur, nos ipsis & eorum hæredibus præsentem cartam conscribi, nostro quoque ac Domini nostri OTTONIS Herbipolensis Episcopi Sigillis, suo ad id ipsum accedente favore, fecimus communiti. Hujus rei Testes sunt Eckehardus, Hartmundus, Herdeinus, Gotefridus, Hiltebrandus. Monachi Fridericus, Hermanus, Bertoldus, Cunradus, Henricus, Bertoldus de Rirumpe, Hartmannus, Arno de Rieden, Hartungus, Henricus, Hartmodus, Helmericus de Sale.

Acta

Acta sunt hæc Anno Incarnationis Dominicæ MCCXIV. Episcopatus Domini OTTONIS Anno septimo.

XLII.

*Litteræ Encyclicæ Honorii III. Papæ quibus Christiano Orbi Exaltationem suam manifestam facit.*

Ex Cod.  
M. S.  
Mogunt.

Supernæ dispositio Majestatis, quæ Orbem Terrarum Celesti Consilio moderatur, An. 1216.  
Sacrosanctam Romanam Ecclesiam ab ipso Fidei Principio Caput Ecclesiarum omnium instituit & Magistram ordinavit in ea Fidei Orthodoxæ Ministerium Juris & Justitiæ plantationem, qui B. Petri vicem gerat in Terris, & ligandi atque solvendi habeat Potestatem Gladiumque obtineat Spiritualem, sitque Lapis angularis per quem Saxa & Parietes diversarum Heresum confringantur: sanè hic dum Luminare majus quod ad illuminationem Gentium & Gloriam Christianæ Plebis Mundo noscitur prominere, super hanc quidem eminentioris Ecclesiæ speculam constituit Dominum videlicet Venerabilis Memorix INNOCENTIUM Episcopum Tertium, qui propter vitæ merita & Sapientiæ Magnitudinem *Innocentius* meruit appellari, ut Nominis Regularem consequeretur Effectum, inde fecit illum crescere in Plebem suam & Testamentum contulit ei Gratix plenioris: verùm quia mortalis erat, & sententiam Mortis evadere non potuit temporalis, idcirco se armis Pœnitentiæ præmunivit cupiens dissolvi, & esse cum CHRISTO, in quo & per quem vivere volebat & mori, sicque de Via transivit ad Patriam, & de hoc Ergastulo carceris translatus est ad Consortium Beatorum, cum quibus Regnabit Corona immarcescibilis gloriæ coronatus, & licet non dubitemus esse Sanctum, quem Apex tantæ Dignitatis attollit, Nos tamen Omnipotentis Clementiam imploramus, ut si aliquid veniale ei de contagiis humanæ Fragilitatis adhæsit, dono suæ Pietatis indulgeat & abstergat & Filium recipiat inter ubera Sponsæ Cœlestis, quem Patrem in Terris constituerat & Doctorem; ipsius demum Venerabili Corpore secundùm celebrem Consuetudinem tumultato, Universi Cardinales unanimiter convenerunt. ut de substituendo Pastore tractarent, cumque omnium & singulorum voluntates essent diligentius requisitæ in Nos Vota omnia concurrerunt, & ita pio Voto & unanimi concordia de parte sollicitudinis vocaverunt in plenitudinem potestatis, nec tamen contradicere potuimus, nec tamen etiam reluctari nostram insufficientiam allegantes, ut non compelleremur subire pondus Officii Pastoralis, quod volebamus lubentius evitare, cum itaque tantæ Dignitatis & Honoris onus absque vestrorum omnium suffragiis ferre Nostri Humeri non valeant, Universitatem vestram Rogamus inde & modo, quod Conditoris omnium Clementiam exoretis, quod Nobis de Munere Gratix suæ conferre dignetur, ut cum Remone Fidei & Anchora Justitiæ Principis Apostolorum Naviculam Gubernemus.

XLIII.

*Ejusdem Conradi Episcopi Litteræ Obligatoria.*

Ex eodem  
Cod. M. S.

DEI Gratia Hildesheimensis Episcopus. Ad cautelam futuri temporis per præsens scriptum notum esse volumus, quod Nos pro debito trecentarum Marcarum examinata Pecuniæ, quibus tenebamur Terræ Sanctæ, villicationem nostram in Orlleve de consensu Capituli nostri Hildesheimensis obligavimus Fratribus domus Teutonicæ tali pacto ut in sortem debiti nostri cedat quicquid annuatim de ipsa villicatione poterit provenire, postquam jam dicti Fratres debitum quo tenemur Terræ Sanctæ receperint universum de Mandato Domini Papæ & conscientia expendendum, tunc demum ad Nos, sive Successorem nostrum Episcopum Hildesheimensem, qui tempore fuerit, soluta pignoris obligatione, dicta villicatio revertetur: ne autem hæc obligatio vel ordinatio nostra tractu temporis in dubium venire, vel ab aliquo malo Ingenio valeat immutari, præsentem paginam inde conscriptam nostro & Ecclesiæ Hildesheimensis Sigillo fecimus communiri. Actum . . . .

## XLIV.

Ex eodem  
Cod.M.S.*Charta ejusdem qua Fratribus Minoribus in Urbe  
sua Domicilium assignat.*

CONRADUS DEI Gratia H. Episcopus Univerſis CHRISTI Fidelibus æternam in Domino Felicitatem. Notum ſit omnibus tam Poſteris quam præſentibus quod Nos ducti Zelo Religionis, quam, licet in Nobis non ſit, tamen in Subditis noſtris plantare volumus & fovere, felici Fratrum Minorum in Hildesheim Congregationi Locum in quo conſtructa eſt Eccleſia, Domus, Officinæ & quicquid intra ſepta Curie quam inhabitant continetur: inſuper & Locum prope Aquam in quo ſolebant pridem Equi Episcopalis Familiæ ſtabulari, de conſenſu & Beneplacito Capituli noſtri propter DEUM contulimus ut orationum & bonorum operum in quibus prædicti Fratres ad Laudem DEI omni tempore corpore & animo ſe exercent participes fieremus. Et in teſtimonium facti noſtri præſens ſcriptum non ſolum noſtro ſed & Capituli noſtri Sigillo fecimus Roborari.

## XLV.

Ex eodem  
Cod.M.S.*Ejusdem Charta altera qua Derneburgenſe Aſceterium ſub Protectione ſua recipit.*

CONRADUS Hildesheimenſis Episcopus, ad Notitiam omnium tenore præſentis Scripti cupimus pervenire, quod Nos Sanctimonialis Derneburgenſis Eccleſiæ in noſtram recepimus protectionem cum rebus omnibus quas poſſident jam, vel de cetero juſtis modis poterunt adipiſci, & ſpecialiter Locum ipſum Derneburg, quem liberum eſſe volumus ab omni Jure Advocatiæ & poſſeſſiones & libertates à Bonæ Memorie Harberto Episcopo, eis de conſenſu Capituli noſtri pia Liberalitate conſeſſas, pro Remedio Animæ noſtræ ſimiliter donatione noſtra ſupplemus, ſi quid minus firmitatis habere videbitur forſan factum ejus, ratum habentes illud DEI & Apoſtolorum ejus Petri & Pauli & noſtra auctoritate confirmantes hoc præcipimus ſub interminatione anathematis inviolabiliter obſervari.

## XLVI.

Ex eodem  
Cod.M.S.*Ejusdem Charta tertia qua eidem Derneburgenſi Aſceterio quadam donat.*

NOTUM eſſe volumus CHRISTI Fidelibus Univerſis, quod Nos pro Remedio Animæ noſtræ, decimam Eccleſiæ noſtræ ſitam in Havekenſtede quam Nobiles Viri B. & C. in Feodo tenebant à nobis, poſt reſignationem liberam factam ab eis, contulimus de conſenſu & beneplacito Capituli noſtri, Eccleſiæ DEI in Derneburg, ad uſum Sanctimonialium ibidem JESU CHRISTO & B. Virgini deſervientium, Johanne Præpoſito ipſius Loci, qui eam de manu Laicali redemerat, id procurante fideliter & modis omnibus promovente.

## XLVII.

Ex eodem  
Cod.M.S.*Ejusdem Charta quarta, qua Eccleſiæ in Alsburg Jus Advocatiæ conſert.*

DEI Gratia Hildesheimenſis Episcopus: quia hominum memoria infirma eſt & debilis, ideo de re geſta ſit Scriptura, quæ contineat Teſtimonium veritatis; Notum igitur ſit omnibus tam poſteris quam præſentibus, quod cum Advocatiæ Præ-

Præposituræ in Alsburg nobis vacari ex resignatione Comitum de Weringerode, qui eam à nobis in Feodo tenuerunt, Nos ipsam pro Remedio animæ nostræ contulimus Ecclesiæ in Alsburg cum omni Jure quod Advocati possunt sibi in rebus & Hominibus vendicare. Ne igitur Liberalitatis nostræ Beneficium à quoquam revocetur in dubium, Nos præsens Scriptum de hinc confectum Sigillo nostro duximus roborandum. Testes hujus rei sunt . . . . .

XLVIII.

*Ejusdem Episcopi in Ecclesiam suam Hildesheimensem Liberalitas.*

Ex eodem  
Cod.M.S.

**L**icet Substantia veritatis verborum amminicula non requirat, tamen expedit aliquam Scripturam fieri per quam gestæ rei veritas clarius eluceat; præsentibus igitur Littera innotescat omnibus tam Posteris quàm præsentibus, quod Nobiles Viri Her. & Hein. Fratres Comites de Waldenberg in nostra præsentia constituti Advocatiam super omnes villicationes Ecclesiæ Sancti Mauritii in Monte prope Hildesheim, quam à nobis in Feodo tenuerunt, in manus nostras publicè resignaverunt, & Nos postmodum eandem sine omni exceptione contulimus Ecclesiæ nostræ supra dictæ ut DEUS pro peccatis nostris fiat citius exorabilis, & Ecclesia præfata nostri memoriam agat in ampliori studio Caritatis; hoc igitur factum est coram nobis & quod nos ipsi rationabiliter fecimus præsentis Scripti patrocinio communivimus.

XLIX.

*Ejusdem Notitia pro Donatione Nobilis Viri Militis de Isenkagen.*

Ex eodem  
Cod.M.S.

**C**DEI Gratia Hildesheimensis Episcopus Universis ad quos præsens Scriptum pervenerit Salutem in CHRISTO JESU, ut æquitati Custodiam faciamus & maliciofis occasio detrahendi auferatur ea quæ gerimus præsentia Testium & Scripturæ Memoria consuevimus roborare: Notum igitur sit præsentibus & futuris quod F. miles de Isenkagen, spe Divinæ Retributionis, Ecclesiæ nostræ contulit C. Libras, & Nos devotioni ejus cum debita gratitudine occurrentes ipsum F. & G. Matrem ejus in plenam Fratritatem Recepimus, ita quod cum de hac vita decesserint ipsorum memoria & F. Patris sui & C. Sororis suæ, in obitus sui die anniversario celebris habeatur: ordinavi etiam ut singulis annis ipsi F. Benefactori nostro X. Lib. Hildesienfis Monetæ de parte Capituli nostri persolvantur; in Festo videlicet B. Valpurgis V. in Festo B. Michaelis V. qui per manus Decani & Cellerarii, qui pro tempore fuerint debent prædictis vicibus exhiberi: si autem prædictus F. prius quam Mater sua decesserit ab hac vita, ipsa eodem Jure & modo percipiat X. Libras tempore vitæ; ut autem hæc ordinatio nostra futuris temporibus maneat inconvulsa, præsentem Paginam exinde conscripsimus & eam Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

L.

*Relatio Visitationis Asceterii in Heimunge.*

Ex eodem  
Cod.M.S.

**A**DEI Gratia Abbas de Rigdaberc. G. Scholasticus Hildesheimensis. Anno An. 1240. Gratia MCCXL. cum in Ecclesia Heimunge, Auctoritate Apostolica visitationis Officium exequeremur, invenimus DEO Gratias commendabilem Statum Loci tam intus quam extra tamen . . . . . Cavendum est ne obruatur arena, circa minora solliciti fuimus emendanda; Auctoritate igitur visitationis nobis injunctæ prohibemus ut Pepla vel nimis crispa vel crispata Sorores Loci deinceps non habeant, præcipimus etiam ut forma antiqua in suppelliis claustralibus observetur, tegmina non habeant colorata, nec Clenodia faciant Secularia quæ vanitatem aliquam

quam vel levitatem ostendant, sed simplicia de Lino operentur quæ & utilia sint accipientibus, & Religionem in eis commendent & exhibeant quæ fecerunt, Cirotecas non habeant Seculares: consulimus præterea bona fide & H. Præposito & Priorissæ tractare . . . . . ut temporibus certis de communi aliquid operentur, quia hoc Religioni claustrali & utilitati communi credimus plurimum expedire.

## LI.

Ex eodem  
Cod.M.S.

*Litteræ Bohemiæ Regis quibus adversus Tartaros  
auxilium implorat.*

Circa An.  
1242.

**B**ohemiæ Rex . . . . . de Statu & processu Tartaræ Gentis Excellentiam vestram ut petistis certificare cupientes vobis significamus quod . . . . . in Hungariam venientes cum Virtute magna etiam cum Regibus Terræ conflictu habito . . . . . maritimis se receperunt & ibi rei exitum decreverunt præstolari: Tartari verò Provinciam occupaverunt potenter, pars autem Exercitus quæ venit in Poloniam Duce & Nobilibus Terræ plurimis interfectis ad partes Moraviæ Terræ nostræ iter convertit & adeo bestialiter & horribiliter eam devastat, ut etiam Gladius eorum nullius parcat vitæ sine differentia Sexus, Ætatis, & Conditionis; siquidem tempore quo fuerunt in Polonia Nos cum Exercitu Nostro vicini fuimus Duci adeo quod Eum die sequenti postquam occubuit cum omni virtute nostra contingere poteramus: ipse autem pro dolor! Nobis inconsultis & irrequisitis cum ipsis congressus, ex qua re miserabiliter est occisus, quo experto ad Metas Poloniæ cum Exercitu processimus, volentes die crastina de ipsis Divino mediante auxilio condignam sumpsisse vindictam, sed iidem proposito & intentione cognitis Fugam dederunt & Fluviiis magnis & rapidissimis quos transierunt non obstantibus naturali die solo in progressu XL. Milliarium expleverunt, & sic ut prædictum est in Terram nostram Moraviam diverterunt, ubi moram trahentes maxima & intollerabilia Nobis damna inferunt incessanter, à maximo usque ad minimum cuna Mulieribus & parvulis jugulantes, Claustra Nobilia destruxerunt & Monachos plurimos occiderunt, quo circa vestram dilectionem, de qua specialem gerimus Fiduciam, Rogandam duximus attentissimè quod amore JESU CHRISTI & pro Fidei Catholicæ defensione, qualiter eorum sit obviandum in tempore malitiæ, Vestrum nobis Consilium pariter & Auxilium dignemini exhibere.

## LII.

Ex eodem  
Cod.M.S.

*Conradi Regis Mandatum pro colligendo Cruce-Signatorum Exercitu adversus Tartaros.*

Circa An.  
1242.

**C**onradus Domini Augusti Imperatoris Friderici Filius DEI Gratia Romanorum in Regem Electus semper Augustus & Heres Regni Jerosolimitani; Dilectis sibi universis Principibus, Comitibus, & Nobilibus ceterisque Imperii Fidelibus in partibus inferioribus constitutis Gratiam suam & omne Bonum: pro Honore JESU CHRISTI & defensione Fidei Christianæ communicato Consilio Principum multorum Magnatorum & aliorum Imperii Fidelium qui aderant in Festo Pentecostes jam præterito, contra Gentes Barbaras quæ Tartari nominantur & Deos invocant alienos apud Ezzelingen Victoriosissimum Signum Crucis duximus assumendum, tali conditione præmissa, ut ex eo Summo Pontifici non simus tamen aliquatino obligati, sed quod tantum Imperium in ista parte Alpium ab Invasione dictorum Tartarorum defendamus, ipsamque Crucem geremus usque ad Festum Beati Martini & ulterius si contra ipsam Gentem Tartaream ad Honorem Domini est gerenda, proponentes in Octava instantis Festi Johannis Baptistæ nostrum feliciter Exercitum apud Nurenberg congregare ex tunc una vobiscum & CHRISTI Fidelibus sine mora contra Canes Tartareos magnifice processuri, Rogantes & monentes attentè Universitatem vestram quod ad Honorem & Gloriam Redemptoris nostri, Crucis faciatis ubique

que Gloriam prædicari ad destructionem Gentis dictæ, Vos modis omnibus præparantes ut ab eo, qui non vult mortem peccatoris sed ut magis convertatur & vivat, digna Retributionis Præmia in æterna Gloria reportetis.

LIII.

*Epistola Apologetica Henrici I. Episcopi Hildesheimensis super Electione sua.*

Ex eodem  
Cod. M.S.

**H** DEI Gratia Hildesheimensis Episcopus omnibus Fidelibus Salutem in Domino: An. 1245.  
Præsentis Temporis Generatio hoc sibi habet Vitium innatum, ut erga Prælatos Ecclesiarum invidia Facibus moveatur, & præterea omne meritum & Beneficia eorum obscurare non erubescat: ne igitur Electio mea in posterum aliqua detractionis nota aspergatur, noverint universi Fideles quod defuncto piæ Memoræ C. \* Episcopo Prædecessore meo, ad substitutionem alterius Episcopi tota Ecclesia nostra confedit: omnibus ita hinc inde secundum Votorum suorum opinionem multa dicentibus IV. Personæ tandem propositæ sunt & dum ferè pertinaciter quilibet personæ denominatæ adhæret, pluribus visum est, ut Religiosorum Virorum Consilio Electionem deberemus submittere: sed fateor non consensi, quia circa hujusmodi consilia, Favor & Gratia plerumque solet Æquitatis Judicium declinare; hac igitur occasione tempus protelatum quantum Canones instituerunt; iterum autem missus ab Ecclesia apud Dominum Imperatorem obtinui ut Reditus Episcopales non distraherentur usque ad Electionem Episcopi, quod autem apud ipsum ad commodum meum non laboraverim novit Dominus, & Dominus Imperator, qui hoc ipse coram Prælati & Ministerialibus & Liberis est testatus: die autem statuta Nobis ad Electionem residentibus invocato Spiritus Sancti Auxilio, prætermis personis quæ competitores videbantur, ad Insufficienciam meam oculos injecerunt, uno tantum reclamante, qui communitus fœliciter acquievit; sic ergo Electione celebrata tempore congruo, à Domino Imperatore investitus & subsequenter à Domino Moguntino Sacerdotalem & Episcopalem Benedictionem præsentem & Rogante Ecclesia mea suscepi; ne igitur hanc Veritatis feriem vel invidia vel ignorantia valeat obumbrare hoc scriptum duobus Sigillis, scilicet meo & Ecclesiæ meæ feci annotari.

\* Conradus.

LIV.

*Lamentatio Abbatis.*

Ex Cod.  
M. S. Er-  
ford.

**P**ercussus amaritudine Spiritus & tactus dolore intrinsecus quid dicam vobis Pater vel quid faciam nescio, Afflictione valida & miseria sauciatus, vos autem ex his quæ scribuntur attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus, obductam namque præteriti Vulneris Cicatricem scidit nuper ictus acerbior ut qui parricidalia dudum Funera in Patris Nece desseveram eadem cogar & nunc in Clarevallensi Primogenito deplorare, ad majorem verò mearum miseriarum cumulum uterque quodammodo inter manus meas extinctus est, uterque me præsentem peremptus, ut gladius hic eo crudelius orbat Fratris animam pertransiret, quo me miserum feriret cominus & pressius è Vicino confoderet; accidit enim ante paucos hos dies ut in domo T. . . . . quæ prima est in Filiabus nostris, Visitationis ageremus officium, & Ecce Abbas ejusdem Loci Sacrarium Ecclesiæ ubi Altare Beati Bernardi nuper exerat, peculiarem orationem solito celebraturus ingreditur quatinus post hæc, Misfarum sollempnitatibus celebratis devotior, nobis & instantibus Negociis redderetur, cumque ibi moram faceret & cum Angelis DEI assisteret coram Domino, affuit inter eos etiam Satan permissus in eum extendere manum suam ut ille innocentissimus pater ibi reciperet mortem ubi Vite requirebat Autorem; ingressus est namque post eum Vir Belial nomine Symon, qui clauso hostio ut occideret in abscondito Patrem suum predictum Abbatem, vibrata in Caput ejus acie securis, aggreditur nec prius vultus & verticis . . . . . quam ille non jam miser sed adhuc miserabilis Pater Laureatum suo sanguine Spiritum in ejus quem orabat manibus expiraret; post  
Fff hec

hec hora una transacta abiit crudelissimus Parricida & Missam celebrare non timuit, ut velamentum sceleris devotione sibi ascisceret Sacerdotis, diu enim per tumultum lugentium & concurrentium Monachorum ignoratus Parricida delituit, quamvis vox Sanguinis sine intermissione fluentis in Sanguine quotiens . . . . . cominùs accessisset stillicidiali quodam Testimonio demonstraret, unde postmodum pro his & aliis de conjecturalibus signis . . . . . Reum se patiati facinoris confitetur, dignus quidem quod nullam consequatur veniam, qui nullam in eo reperit mortis causam, & ecce nunc Pater optime, captus & cathenatus tenetur in vinclis, pro quo vobis instantissimè supplicamus ut die, consilio, & habita deliberatione cum Fratribus, talis in eum diffiniatur pena quod similis præsumptionis debeat finiri malicia.

## LV.

Ex Cod.  
M.S. Er-  
ford.  
Circa An.  
1250.

*Impostoris cujusdam Epistola ad Fridericum II. Imp.*

**M**ESSIAS Divina Misericordia inflammatus, Deificè sanctificatus, Heredi FRIDERICO Romanorum Imperatori, & semper Augusto, Salutem & Benedictionem. Exordium nostri sermonis tuæ dirigimus Fidei approbandum, ut Celsitudinem preclaram celitus exortam, Virtutesque nostras Magnificas & Potentes, inter Mundi Principes studeas predicare, & merito; cum talis sis similiter quod contra Te fremuerunt omnes Gentes, & inania sunt Populi meditati, exacuerunt etenim contra Te sui Cordis duritiam, & omnem malitiam quam excogitare poterant de Te in Populo predicarunt, astiterunt quippe contra Te Reges Terræ & Principes convenerunt in unum cogitantes pessima, cunctumaciter dicentes dirumpamus Vincula ejus, & Jugum ipsius à nobis projiciamus, nec supra nos Dominum ipsius amplius patiamur; verum, quia tempus iudicandi accepi Ego justus Judex, justè Justitiam judicabo, & cum arripuerint Judicium manus meæ, reddam ultionem Hostibus, & his, qui nos oderunt retribuam æquali Lance; non parcat oculus, nec eorum miserebitur, qui nostram indignationem meruerunt. Clericorum Pontifices, & Ecclesiarum Pastores, ad nostrum sermonem volumus primitus inclinari, in eos enim nequaquam sevire debemus, nec malignari, cum de ipsis dictum sit *Regale Sacerdotium, Gens Sancta, Populus acquisitionis*, imo quod magis est, volumus & muneribus & honoribus ad nostræ Sanctitatis Professionem brevi temporis sub Curriculo provocentur, ut Virtutes nostras Divinas & Adventum nostræ Sanctitatis salutiferæ, annuntient toti Mundo; ammonemus igitur Tuam Celsitudinem præclaram & Potentem, ut omne tuum Propositum in omni Humilitate & Patientia suspensum teneas quousque Litteras nostras receperis, cum Litteris Magni Principis Tartarorum.

Datum Anno Nativitatis nostre XXIV. in Campo Ragahu, juxta Fluvium Chobar presentibus Regibus GOCH & MAGHOG Gentibus olim Montanis, presentibus Regibus & Principibus Libiæ, Euftratis, & Egypti, adveniente Rege & Principe BALTHASAR, qui est juxta Flumen Chobar cum Principibus Potentissimis, & DAVID nomen Principis Tartarorum.

## LVI.

Ex Apographo.

*Hermanni Herbipolensis Episcopi Approbatio  
Venditionis cujusdam Factæ.*

An. 1251. **I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Nos Hermannus DEI Gratia Herbipolensis Ecclesiæ Episcopus omnibus CHRISTI Fidelibus Salutem in vero Salutari. Quoniam ea quæ sunt in tempore labuntur cum tempore expedit facta Hominum Scriptis Authenticis ne à memoria elabantur communiri, quapropter notum esse cupimus tam præsentibus quam futuris quod nos venditionem . . . . . factam per Nobilem Virum Henricum Comitem de Heneberc Comitis Hermanni Fratris sui consensu accedente Religiosis . . . . . pro Centum & quadraginta quatuor Marcis argenti, quam dicti Comites Fratres à Nobis  
Nomine

Nomine Ecclesiæ nostræ in Feodo tenebant Ratam & Gratam habemus consensu & voluntate Capituli nostri accedente, in cujus Restaurum prædicti Fratres proprietatem suam videlicet Villam inferiorem Sulzvelt cum omni Jure & attinentiis nostræ Ecclesiæ contradiderunt, à nobis in Feodo recipientes: Nos itaque ad præfatorum Comitum & multorum aliorum Instantiam moti pia Devotione . . . . .

. . . . . tradimus quietè perpetuo possidendam, ne igitur . . . . . donatione nostra aliquod dubium vel quæstio nocitura possit imposterum oriri, presens Scriptum super hæc conscribi fecimus & Sigilli nostri & Capituli Sigilli appensione fecimus communiti.

Testes qui interfuerunt hi sunt Marquardus Præpositus, Arnoldus Decanus, Burchardus Scholasticus, Conradus Cantor, Otto Archi-Diaconus de Luterberc, Henricus de Wechmare, Henricus Cellarius de Stubewege, Boppo de Trimberc, Yringus de Hoenburch, Otto Custos de Lobedeburc. Laici: Conradus Dapifer dictus Torse, Henricus Marescalcus de Herbesvelt, Albertus Suimph, Manegoldus de Hostheim, Henricus de ariete, Gohevredus de Buchstat, Henricus de Rorbeche & alii quamplures.

Datum apud Wirceburg Anno Incarnationis Domini MCCLI. IV. Non. Maii.

LVII.

*Charta Venditionis Henrici Comitis.*

Ex Cod.  
M. S.  
Mogunt.  
An. 1258.

**H**UGO DEI Gratia Comes Palatinus de TIOWINGEN universis præsens Scriptum inspecturis Salutem in Domino. Noverit vestra Universitas quod Nos Jus Advocatiæ sive Jurisdictionis, quod in Curia sita in Nidertalh, cujus Proprietas ad Bertoldum Scultetum de Dornsteten spectare dinoscitur, sive in Bonis eidem Curiaæ attinentibus habuimus, eidem Sculteto & H. de Hericheswiler Genero suo pro prætio XXXV. Librarum Tuwingensium, vendidimus ipsis suisque Heredibus sive Masculis sive Fœminis Nomine nostro, nostrorumque Heredum tradentes & perpetuò concedentes, & in ipsos plenissimè transferentes in horum quoque Robur præsentis . . . . .

Datum Anno Domini MCCLVIII. XIII. Kal. Augusti.

LVIII.

*Litteræ Clementis IV. Pont. Max. ad Wernherum*

*Archi - Episcopum Moguntinum, quibus Conradinum Sicilie  
Regnum affectantem, publicè excommunicatum una  
cum affectis denunciari imperat.*

Ex eodem  
Cod. M.S.

**C**LEMENS Episcopus Servus Servorum DEI Venerabili Fratri Archi - Episcopo Moguntino Salutem & Apostolicam Benedictionem. Fundata Domus Domini super immobile Fundamentum cujus secundum Apostolum aliud ponere Nemo potest à columnis stabilibus sub decenti locatis Ordine pulchritudinem recipit & splendorem, quarum implent Officium qui Prælationis Ecclesiasticæ Ministerium assecuti Spirituale sustinent Aedificium & Venustatem; inter hos sane quantum in credita Tibi Provincia Locum obtines celsiorem, quanto Pondus structuræ sustines amplioris, tanto Te decet Gravitate majori in omnibus & per omnia stabiliri ut nec Nutes nec devies à Rectitudine tui status, ne dilapsus in partem alteram eo ruas periculosius quo tecum plures traheres ad Ruinam: verum ad Justitiam pariter & Honestam Soliditatem Propositi præter commune debitum quo Te DEO vehementer astrictum intelligis cujus Ministerii tui, vocatus forte in partem sollicitudinis, vicem geris accumulata te nova obligant Beneficia quæ cum aliis Prælatibus Alamanniæ à Sede nosceris Apostolica recepisse, cujus larga Benivolentia, Largitas quoque benivola vobis hætenus semper affuit & quasi Fons indeficiens Vobis & vestris Ecclesiis Gratiarum Fluenta communicans, Vos instruxit Consiliis, roboravit auxiliis, vallavit præsiidiis & Privilegiis honoravit; justum est igitur & Pietati conveniens ut ad Matrem levetis oculos Universi, & Cura per-

vigili studeatis ejus obviare Periculis, quæ si sua vel vestra dixerimus, sua tamen rectius dicemus & vestra cum dolente Capite non sit in membris sanitas.

Ceterum quantum Ecclesiam flagellaverit, quantum concusserit, quot pro Bonis ei Mala reddiderit Domus Imperatoris Friderici nedum Ecclesiis & Principibus Alemanniæ notum existit, sed & Mundo notorium universo: unde justo damnatus Judicio, & tam Imperii quam Regni Siciliae Jure pariter & Honore privatus Diem miserabiliter claudens extremum sui tenuem reliquit Memoriam, cum sublatis è medio Filiis in Domo tanti Nominis unica tantum scintilla remansit Ætatis adhuc teneræ, præmaturæ tamen malitiæ, prout fida Relatione didicimus CONRADINUM, cujus congauderemus profectui si suis contentus reprobaturum Avum pro meritis, nollet in suis imitari, nec ausu temerario moliretur infringere quæ contra Avum eundem, exigente Justitia Felicis Recordationis Predecessor noster INNOCENTIUS, multis spectata Oculis, multis probata Sensibus, approbante sacro Concilio definivit: sed ecce jam prodit in Publicum non transumpta cum semine Patris Iniquitas, sed Avitæ potius ambitu Magnitudinis, cujus ei sæpe Memoria revocatur, ad Nepotem improvidum temerè propagata, sicque multum præproperè tumidus Adolescens cum aliquibus Inimicis Ecclesiæ Lombardis, Marchianis, & Tuscis, Apulis atque Siculis fraudulentis se . . . . . applicat, Potestatem Ecclesiæ non considerans, quæ sicut Avum ejus nudavit Imperio suis meritis exigentibus atque Regno Syciliæ sic & cum Jure ac Honore Regni Jerosolimitani aliisque Dignitatibus & Juribus, si quæ habet, poterit privare, nisi sibi Consilio meliori provideat & Sedis Apostolicæ beneplacitis se coarctet.

Porrò non sine magna Cordis Amaritudine nuper recepimus quod Nonnulli ex his Principibus & Prælatibus ad quos Jus pertinet Eligendi Romanorum Regem ad Imperatorem postmodum promovendum, in eam venerint audaciam ut super Electione Conradini ejusdem ad Imperium, occultos audeant & apertos inire Tractatus suæ salutis immemores, Hostes Justitiæ & Quietis publicæ Turbatores, cum deberent non solum attendere quod assumere ineligibilem nulli liceat, verum etiam diligenter advertere quomodo nunc eis paratum quemlibet & omni exceptione Majorem liceret eligere maximè pendente duarum Electionum Negotio coram Nobis, quæ fuerunt de Karissimis in CHRISTO Filiis nostris Rege Castellæ & RICHARDO Rege Cornubiæ Viris Illustribus & Magnificis, per eos ad quos Jus eligendi pertinet, in discordia celebrata; hunc autem probat esse ineligibilem Ætatis infirmitas, quæ inhabilem eum efficit ad Honores, cujus etiamsi legitimum Terminum attigisset, cum tamen talem eligi non deceret qui de Persecutoribus Ecclesiæ manifestis tam Veteribus quam Modernis trahens Originem, justa posset hac sola Ratione repelli quocirca cum Officio nostræ Servitutis incumbat Fraudibus & Malitiis Perverforum occurrere ne, quod absit, neglecta valeant Incendia Vires sumere, quæ in ipsis initiis levius extinguuntur Nos in omnes & singulos cujuscumque Dignitatis vel Excellentiæ, Archi-Episcopalis etiam vel Episcopalis aut alterius Ecclesiasticæ vel Sæcularis existat, cujuscumque sint Gradus vel Ordinis sive Sexus, qui præactis publicis vel occultis seu quibuscumque aliis modis procurabunt dicti Conradini Promotionem in Romanorum Regem vel Imperatorem, aut hujusmodi Tractatibus consenserint vel his procurantibus dabunt Consilium, auxilium & favorem, & in omnes qui ad id procurandum vel agendum convenerint, Excommunicationis Sententiam promulgamus & Anathematis eos Vinculo innodantes Terras Ecclesiastico subjecimus Interdicto: si qui verò ad Electionem ipsius processerint, si Principes fuerint eos & Heredes ipsorum omnibus Feodis & Honoribus quos ab Ecclesiis vel Ecclesiasticis Personis obtinent & tam eos quam Posteritatem eorum usque ad quartam Generationem Jure eligendi Romanorum Regem Auctoritate Apostolica privamus, & insuper eorum Filios Clericos usque ad quartam Generationem reddimus prorsus inhabiles ad Dignitates vel Beneficia Ecclesiastica obtinenda: si verò Electores hujusmodi Prælati fuerint ipso facto depositi ac nudati remaneant omni Dignitate Archi-Episcopali & Episcopali & omni Ecclesiastico Beneficio sine spe Restitutionis aut Gratia aliquo Tempore obtinendæ; omnes etiam qui prædicto Conradino astiterint aut impenderit Consilium vel Auxilium aut Favorem contra Karissimum in Christo Filium nostrum KAROLUM nec non Regem Syciliæ à Sede Apostolica constitutum in quo Novam ac Nobilem Opem Ecclesiæ Favor Divinæ Dextræ signis evidentissimis comprobavit, Excommunicationis Sententia innodamus, in omnes quoque qui cum eodem Conradino vel pro ipso aut in ejus auxilium contra Ecclesiam vel præfatum Karolum

Karolum Syciliæ Regem, in Regnum Syciliæ seu quæcumque ejus Loca, vel in Italiam seu quascumque Italiæ Regionem vel partes accedere, aut ibi dictum Conradinum adjuvare præsumpserint, Excommunicationis Sententiam proferentes Terras eorum Ecclesiastico supponimus interdicto, contra eos gravius processuri prout Excessus meruerit eorundem.

Licet autem de Tuæ Devotionis & Fidei puritate firmam geramus Fiduciam, quod in his & in aliis tuæ providebis Saluti & te nostris beneplacitis coaptabis, quia tamen calcar Equum admissum excitat magis quam molestat, Fraternitati vestræ per Apostolica Scripta in Virtute Obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus quatenus à prædictis Laqueis vel periculis non solum tibi caveas, sed & alios qui in ea possent incidere reddas sollicitè cautiores, hanc nostram Sententiam, totumque præsentium tenorem in tuis Civitate, Diœcesi, & Provincia, convocatis Clero & Populo facias singulis mensibus vel si expedire videris pluries publicari.

Datum VITERBII XIV. Kal. Octob. Pontificatus nostri Anno Secundo.

LIX.

*Litteræ Diffidationis.*

Ex eodem  
Cod.M.S.

**D**omino & Comiti de Ragenstein. H. de Upligen Verbum mihi ad vos, scilicet quia oportunitatem temporis & Loci præsentialiter non habeo, vel quod veniendo ad vos & redeundo periculum mihi in itinere conspicio, præsentem cartula vos scire volo, quod me in Hominii Fidelitate non sicut decuit tenuistis & ideo Fidem Hominii me vobis deinceps velle servare dedico.

LX.

*Litteræ Emancipationis.*

Ex eodem  
Cod.M.S.

**G**DEI Gratia Advocatus de Brunswik omniibus qui hoc scriptum audierint Salutem. Licet à principio Creationis humanæ, omnium conditio ab omni servili conditione fuerit liberrima, Peccatis tamen Hominum exigentibus evenisse creditur, ut Homo qui Creatori suo per arrogantiam assimilari appetebat, nunc etiam subjiciatur similiter Creaturæ: Ego autem hac Lege me superiorem considerans Servum meum N. spe supernæ Libertatis ab omni vinculo servitutis, quo mihi fuerat obligatus, cum consensu Heredum meorum H. & H. absolvi. Hujus rei Testes sunt . . . . Ne quis autem hanc Manumissionem calumniari valeat hanc Cartulam inde conscriptam, Domini mei Ducis Sigillo insignitam ad propriæ firmitatis Munimentum ei tradidi.

LXI.

*Charta Comitum de Rabenswvalt super Appropriatione quorundam Bonorum.*

Ex Cod.  
M.S. Erford.

**N**OS ALBERTUS, FRIDERICUS, & BERTOLDUS Comites de RABENSWALT Recognoscimus & publicè protestamur cunctisque has Litteras visuris cupimus esse Notum quod Provida Deliberatione prehabita Helvico Marefcalco & Uxori suæ Beatrix eorumque Pueris tantummodo quos simul genuerunt, IX. mansos in Eintleben fitos, quos idem à nobis hucusque in Feudum tenuerant cum omni Donatione, Libertate & Utilitate qualibet & nihilominus pleno Jure Proprietatis possidendos liberaliter contulimus, dilectæ Sororis nostræ GISELÆ Relictæ Burgravii de Meegdeburc sui que Filii consensu plenè ac favorabiliter accedente. Testes hujus sunt Comes BERTOLDUS de Henneberg, Comites GUNTHERUS & HENRICUS Fratres de Swartzeburg, Tilo de Rustleiben, Henricus de Misselsheim, Berthous de Gehoven Milites.

Acta sunt hæc Erfurt Anno Domini MCCLXXVIII. XVIII. Kal. Aug.

Ggg

LXII.

## LXII.

Ex Cod.  
M. S.  
Mogunt.

*Honorii IV. Pont. Max. Epistola ad Philippum IV.  
Francorum Regem.*

An. 1286. **H**ONORIUS Episcopus Servus Servorum DEI P. Illustri Regi Franciæ Viro Catho-  
lico Salutem & Apostolicam Benedictionem. De Turbatione Studii Villæ Pari-  
sienfis plura audivimus quam sit expediens & honestum, Burgenfes etenim tui ad  
lesionem Scolarum nimis proni, eis inferunt multa mala, nec sufficit eis quod one-  
rant ipsos necessariorum cara venditione & Hospitiorum gravissima pensione, sed ap-  
ponunt iniquitatem iniquitati, in Personis lædentes eos & nocte vel vi vel clam ho-  
stia eorum aperiunt & verberatis eis auferunt univërfa, unde per ipsos tot fiunt im-  
pedimenta studii, quod Doctores, qui præ timore non possunt habere quietum Spi-  
ritum, Lectiones suas frequentius intermittunt, sic Clerici Denariis suis consumptis  
inutiliter negliguntur: quamobrem cum occasione sacre Paginæ & aliarum Artium  
quæ ibi docentur Regnum tuum huc usque adeo fuerit Benedictum, timere poteris,  
quod in vindictam & ob iram DEI grave sentire debeat detrimentum; cum ergo te  
sicut Karissimum Filium diligamus tibi consulimus bona Fide, ut attendas, quod  
Progenitores tui semper erant Viri Christiani, quod etiam quilibet Rex Franciæ spe-  
ciali Nomine CATHOLICUS appellatur, & studium per quod consistit Fides Catholica  
non permittas à tuis hominibus impediri, sed in manu potenti compescas eos, præ-  
cipiens ipsis ut cessent à Scolarum læsione; negligere enim cum possis perturbare per-  
versos non aliud est, quam fovere, nec caret scrupulo Societatis occultæ, qui mani-  
festo facinori desinit obviare, si autem monitis nostris acquiescere volueritis nobis  
gratum esse noveritis & acceptum, sin autem per totam Franciam Divina Officia  
suspendemus.

## LXIII.

Ex Cod.  
M. S. Er-  
ford.

*Querela Subditorum ad eundem Philippum  
Regem directa.*

**C**ONSULES Civitatis A. Illustri Principi P. Regi Obedientiam Fidelis præcognitam  
Servitutis. Principum Serenissime cum Dominorum sit Subditorum Utilita-  
tem adtendere tanquam propriam; Utilitas enim Subditorum profectus & Honor vi-  
detur Dominorum, vestra igitur Gratia salva non decet vestram Serenitatem ut tam  
vili Denariorum Warandia omne vestri Principatus Dominium penitus defoletur,  
nam ipsam deplangunt Nobiles, dolent Civitates, Villæ lacrimantur & pauperes,  
velut Experientia comprobata dolorosa: ad Pedes igitur vestræ Majestatis prostrati  
Gratiam vestram humiliter non modicum imploramus, quatinus hujusmodi Desola-  
tionem flebilem vestra dignetur Magnificencia detegere, Terram meliori Moneta  
favorosius intuentes.

## LXIV.

Ex Apo-  
grapho.

*Manegoldi Herbipolensis Episcopi Notitia pro Acqui-  
sitione Castri cujusdam cum suis attinentiis Nomine Ecclesiæ suæ.*

An. 1292. **M**ANEGOLDUS DEI Gratia Episcopus Herbipolensis præsentium Inspectoribus Re-  
cognoscimus Univerfis tam præsentibus quam futuris Nos apud Nobilem Ma-  
tronam Adelheidim Relictam quondam Comitis Hermanni de Henninberg & Libe-  
ros ejusdem, Castrum . . . . . cum Hominibus & Univerfis ac singulis suis  
attinentiis quesitis & non quesitis quocumque Nomine censeantur, pro septingentis &  
quingenta Marcis Argenti, qualibet marca pro duabus Libris & decem Solidis  
Hallensibus computata, emisse de quibus siquidem marcis ipsi Matronæ Liberisque  
ejusdem,

ejusdem, trecentas & quinquaginta Libras Hallenses in Festo Beati Michaelis proximè nunc venturo, item ad Festum Beati Martini centum & quinquaginta Libras Hallenses, item ad Festum Beati Andreae Apostoli centum marcas, item ad Festum Epiphaniæ Domini centum marcas, item ad Festum Beatæ Vualpurgis trecentas & quinquaginta marcas, quæ Festa immediatè se subsequuntur, solvere promissimus & promittimus per præsentès; sane si in solutione illarum centum & quinquaginta marcarum in dictis Festis seu altero illorum fuerimus negligentes, prænominata Matrona ac Liberi sui omnia damna quæ occasione hujusmodi retardatæ solutionis sustinerint & quæ evidenter ostendere poterunt & docere de prædictis trecentis & quinquaginta Libris Hallensibus eis tunc in Festo S. Michaelis persolutis penitus defalcabunt, si verò in solutione illarum centum marcarum in Festo Epiphaniæ Domini præfato solvendarum extiterimus negligentes, antedictum Castrum cum Hominibus & pertinentiis suis, ut prædicitur, non titulo Emptionis sed Nomine Pignoris pro soluta ipsis Matronæ & Liberis pecunia in nostra tenebimus potestate, promittentes una cum Honorabilibus Viris Heinrico Præposito, Arnaldo Decano, Alberto de Lewenstein Scolastico, Lupoldo de Wiltingen Præposito in Houge, & Wolframo de Grunbah Custode Ecclesiæ nostræ Herbipolensis; item Theodorico de Hohinberg Marschalco nostro, Sifrido de Lapide & Iringo de Brenden Militibus & Fidelibus nostris, qui id nobiscum promiserunt & promittunt, idem Castrum cum Hominibus & pertinentiis suis restituere libere antefatis Matronæ Liberisque ejusdem quodcumque nobis iidem receptam à Nobis pecuniam plenariè persolverint, quam quidem Castri restitutionem si ex tunc, quod absit, non fecimus, prænominati Prælati & Milites moniti, in damnum nostrum in Opido nostro Karlstat more fidejussorio tamdiu se recipient quousque Castrum prælibatum cum Hominibus & pertinentiis suis suprædictis Matronæ & Liberis ejus fuerit libere restitutum; porro si præmissas centum marcas in Festo Epiphaniæ prædicto, dictis Matronæ & Liberis suis persolverimus ex tunc in Pignus prælibata Emptio non transibit: adjectum est etiam quod si dictum Castrum à Nobis quod absit, per Prælatorum Duriciam vel quemcumque alium modum evinceretur, ipsis Matronæ & Liberis ipsius ad solutionem prætaxatarum marcarum, quarum nondum solutio eis foret facta in terminis præmissis Nos & Fidejussores nostros nihilominus obligamus; in quorum præmissorum Testimonium præsens Instrumentum exinde conscribi & nostro, sæpèdictæ Matronæ, Capituli & Fidejussorum prædictorum Sigillis fecimus Roborari.

Nos quoque ADILHEIDIS DEI Gratia Matrona prædicta Recognoscimus publicè protestando universa & singula præscripta ita esse & ad eorundem observantiam sub modis & conditionibus præactis obligamus, promittentes Domino nostro Episcopo sæpèdicto abhinc usque Epiphaniam Domini proximam pro Pueris nostris, qui adhuc Minores Annis sunt nos velle cautionem facere convenientem, quod iidem postquam ad Annos pubertatis pervenerint, præmissam Castri Emptionem Ratam & gratam habebunt.

Nos etiam HEINRICUS Prepositus. AR. Decanus totumque Capitulum Ecclesiæ prædictæ Recognoscimus universa supræacta de nostro scitu & consensu fore facta.

Datum HERBIPOLI Anno Domini MCCXCII. in Octava Nativitatis B. Virginis Pontificatus nostri Anno V. præsentibus prædictis Fidejussoribus & aliis pluribus Fide dignis.

LXV.

*Joannis de Gottingen Episcopi Caminensis Epistola ad Joannem I. Bohemia Regem, de cautela à Venenis.*

Ex Cod. M.S. Exford.

Gloriosissimo Principi ex super Illustrissima Prosapia Imperiali procreato, Domino JOHANNI Primo, præclarissimo Bohemiæ Poloniæque Regnorum Regi, Domino suo Gracioso suus Capellanus Magister JOHANNES de GOTTINGEN Canonicus Moguntinus, olim in absentia in Episcopum Caminensem concorditer Electus, cum sui humillima Recommendatione se ad pedes.

Circa An. 1344.

Ggg 2

Galie-

Galenus Medicorum Princeps in Principio Libri sui de causis precatartiacis sic dicit: Antiqui Philosophorum & Medicorum Hominum Genus juvare studuerunt, hoc autem etsi quantum ad totum Genus humanum generaliter factum videamus tamen in Genere Regum, Nobilium & Magnorum specialius & operosius completum invenimus; sic namque Princeps Philosophiæ Aristoteles Librum de Regimine Principum edidit Alexandro; sic Galenus Librum de Tyriaca scripsit Cæsari Anthonio; sic Rasis studuit Regi Almanzor; sic Abenzoar gloriosus Librum suum Teyfir, id est Directorium, cuidam suo Domino Regi Hispaniæ compilavit, & quemadmodum prædicti quatuor Philosophi dictis quatuor Regibus in quatuor Mundi partibus principalioribus studuerunt, sic secundum quadripartitum statum, quos DEUS præ ceteris Mundi statibus prælegit, quibus Vestram Celsitudinem præ cunctis hodie Regibus sublimius insignivit, secundum horum quemlibet, ex condigno exigitur ut vestræ Majestatis Utilitati studeamus.

Sane statum Legis Christianorum constat DEUM præ ceteris Legibus elegisse, cujus Zelo Regem Lituwanorum Barbarum & Paganum cum ceteris Regibus suis in hac parte complicibus, cum vestra Triumphali manu victorioso debellatis; liquet etiam Statum Sacri Romani Regni & Imperii præ cunctis Mundi Regnis & Imperiis à Domino DEO prælectum, ad quod idem Imperium gubernandum, Statum Nobilissimæ Nationis Alamanniæ præ ceteris Mundi Nationibus prælegit: nec mirum eo quod secundum Ptolomæum licet Roma, Alamannia, Francia, & Britannia eisdem, scilicet quartæ Terræ Triplicitati subponantur, tamen Germania præ aliis principalibus sic respicitur quod in Moribus Animæ ad Imperandum nobiliter disponatur, nempe Tolomæus dicit; quod præ aliis Germani propter Dominium Jovis in eis, bonis Operibus student, Fide gaudent, & propter Martis aspectum super eos Principalem ceteris magis animosi primos Impetus Bellorum sunt amantes; in elegantissima vero corporum venustate Germanorum, clarè patet ne dum Deorum Imagines imò Deos vivos & pulcherrimos secundissimo Germine Germaniam germinare; itaque tam ex parte Animæ quàm Corporis Nobilissimi, Germani ad Principatus Sacri Imperii Romani Gubernationem, præ aliis Nationibus digna Ratione à DEO prælecti adepti sunt Honorem, ad ipsum quoque Imperium resuscitandum & manutendum inter Domos spectabiles Nobilium Germanorum, DEUS prælegit & statuit Statum Domus vestræ, sic namque Inclytæ Re cordationis Divus Augustus Romanorum superillustrissimus Imperator Dominus HENRICUS Septimus Pater vester ipsum Romanum Imperium quod ante ipsum à tempore Friderici II. tanquam mortuum videbatur annis quam multis, non sine Divina prædestinatione suscitavit gloriose, & hæc vita Romani Imperii per Domum vel Terram vel Genus & Vos & vestros Posteris continuabitur cum Felicitatis augmento, saluberrima Gubernatione DEO propitio toto Evo, & de hoc non est dubium, Celestes motus ex Divina Influentia & mundana assequentia cognoscenti; quippe cum secundum Ptolomeum vultus hujus Seculi, Vultibus Celestibus sint subiecti & secundum Aristotelem virtus ejus tota gubernetur inde; quapropter decenter ex debito circumspexi vestræ Majestati ea studere & scribere, quæ vestram Personam Benedictam juvare poterunt ad salutem, inter alia merito ex eo quod me licet immeritum vestrum Capellanum & Familiarem domesticum per vestras patentes Litteras liberalissime recepistis, pro quo cum ad præsens non habeam quod possim offerre, meum humile studium offero vestræ Majestati supplicans devotè ut illud grato animo acceptetis.

Verùm quia in Italiam his Temporibus venistis, ubi contra Venena Cautela singulari maxime indigetis, quod patet ex eo quod illa vetula venenosa & famosa de qua secundum Galienum omnes Philosophi scribentes de venenis faciunt mencionem, quæ comedit venenunt quousque ex consuetudine ei rediit in naturam & quod hoc docuit & sic nutrit quasdam Puellas, ut per earum coitum interficerent Reges; fuit de Italia sicut asserit Rabi Moyses Cordubensis in Aphorismis suis, sequens translationem Patriarchæ in tertia particula Libri Medicin. Simplicium Galieni, quamvis translatores Italici fortè suæ Gentis infamiam occultare volentes quidam asserant prædictam vetulam fuisse de India, quidam de Athica, & quidam de Athenis.

Patet etiam Periculum Italiæ in Veneno factò Divo Augusto Patri vestro, prout de hoc adhuc hodie apud plurimos est publica Vox & Fama: sed quia secundum Ypocratem de melioribus Rebus est uti provisione propria ad magnum malum præcavendum,

dum, sic enim Aristoteles ut scribit in Libro suo de secretis Secretorum, Alexandrum præcavit à Veneno illius puellæ venustissimæ & tamen venenosæ utpote in Naturam serpentis conversæ, ipsi Alexandro à Regina Indiæ transmissæ causa amicitia cum multis Enceniis & donis propter quod ex prædicti Libri causa assumpto Capitulo una cum Aristotele vestræ Serenitati geminate clamo; Cave, cave mortifera venena: non enim de novo incipiunt Homines venenare. Notum est enim quanta multitudo Regum anticipaverit diem mortis, & occubuerit pocionibus Venenorum; hinc est quod providi ad præfens vestræ Majestati quasdam cautelas paucas ne tædium faciam, contra Venena scribere in Medicina & in diætâ in salutem vestræ Personæ Generosæ, propter quod præsentem Epistolam *de cautela à venenis* titulavi ordine retrogrado à Medicinis & primo à compositis inchoando propter quoddam mihi contingens, quo hoc narrato, vestræ Prudentiæ diligentiam magis credulam & attentam me puto facere his quæ scribo.

Felicitis Recordationis Venerabilis Pater Dominus PETRUS Archi-Episcopus Moguntinus, qui fuerat quondam Parisius in Philosophia & Medicina Magister authenticus & famosus & cum hoc in industria naturali multum habundavit, imminente proxima Electione de Rege Romanorum in Frankenvort celebranda, me de Monte-Pesulano ubi tunc in Medicina Regebam evocavit ut me in Medicum Eligendi Principis in Regem Romanorum ordinaret, & mox Electione facta per Principes Imperii me Medicum Domni LUDOWICI vestri & sui Electi fecit, mihi precipiens ut duas Medicinas compositas contra Venena studerem ex Libris Philosophorum Medicorum meliorum, quarum habitio & usus esset facilis, & tamen virtus earum contra Venena esset efficax & fortis, quod equidem feci duas Medicinas sibi per meum studium exquisitas propalando quas multum approbans & commendans consuluit Domino Ludovico Electo suo ut omni die ante omnem cibum & potum alternatim earum altera uteretur quod & fecit me sibi ministrante: tandem verò ipsum docui materialia, compositionem & usum istarum Medicinarum & sic sine mea præsentia eis uteretur: demum me ad Curiam Romanam Avinionis veniente, ubi jam XIII. annis & amplius cum Reverendissimo Patre Domino meo Domino Jacobo Cayetano Cardinale steti, venit quidam magnus Comes de Alemannia ad Curiam prædictam nunc defunctus, qui inter alia mihi dixit se non dubitare prædictum Dominum Ludovicum de Veneno comedissem quantum caperet una Biga, & similiter Anno præterito quidam notabilis Lombardus mihi pro certo asserbat prædictum Dominum Ludovicum in Italia comedissem magnam veneni quantitatem. cum igitur prædictus Dominus Ludewicus multum de Venenis sensit Lesionem certo est certius ipsum Beneficio dictarum Medicinarum fuisse præservatum.

LXVI.

*Caroli IV. Imp. Dyploma quo Herbipolensi Clero facultatem concedit, Laicos quoscumque coram Judice Ecclesiastico conveniendi.*

Ex Apographo.

KAROLUS DEI Gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemorum Rex, ad An. 1347: Rei memoriam perpetuam. Quoniam Religiosa Ecclesiarum & Ecclesiasticarum Personarum sollicitudo, ad provocandam augendamque Ecclesiasticæ Devotionis Observantiam, exigentibus etiam suarum Virtutum meritis, decet Gratosi Romani Principis Beneficiis premiari; Nos itaque exposcentibus multifariis Reverendæ ab antiquo Ecclesiæ Herbipolensis ac Gloriosorum Martyrum S. S. Kiliiani, Colonati & Totonani Sociorum ejus, Patronorum ibidem, à Divis quondam Regibus ac Imperatoribus Romanorum quampluribus Prædecessoribus nostris, multimodis Libertatibus, Privilegiis, Honoribus & Juribus, laudabiliter sublimatæ, in capite & in membris, meritis probatis, de graciola pietate, Nostræ Regiæ Majestatis Auctoritate in perpetuum privilegiando præsentibus indulgemus, ut nostri perdilecti, devoti Prælati, Clerici, Personæque Ecclesiasticæ quæcumque, Sæculares & Regulares præsentis & futuræ,  
Hhh Capitu-

Capitula Collegiata, & Conventus Ecclesiarum & Monasteriorum Civitatis & Suburbiorum ac Diocesis Herbipolensis, dediti siquidem multiforimi Officiorum Cultui Divinorum, conjunctim & divisim valeant Laicales seu Seculares ibidem personas, ipsarumque Communitates seu Universitates, cujuscumque pertinentiæ status vel conditionis existant etiam super injuriis & actionibus seu negotiis civilibus, publicis & privatis coram Judice Ecclesiastico liberè convenire, eidemque, Mundanæ Personæ earumque Universitates seu communitates, ipsisque Ecclesiasticis Personis, suisque Capitulis, Collegiis, & Conventibus in Judicio Ecclesiastico, non obstante exceptione declinatoria talis Fori, respondere desuper teneantur quemadmodum id etiam alias in plerisque Partibus Germaniæ, præcipuè in Provincia Moguntina, in qua etiam prædicta Ecclesia Herbipolensis consistit, de antiqua & rationabili consuetudine est indutum legitimeque præscriptum, & à tanto tempore cujus initii memoria non existit, inviolabiliter observatum, in cujus rei Robur & Testimonium firmiter mandavimus hanc paginam de præmissis conscribi, nostrique Regalis Sigilli appensione sollenniter communiri.

Datum NURENBERG Anno Domini MCCCXLVII. Indiæ. XV. VIII. Kal. Decem. Regnorum nostrorum Anno II. & Ego NICOLAUS Decanus Olomuensis, Aulæ Regiæ Cancellarius Vice & Nomine Reverendi Patris Domini GERLACI Archi-Episcopi Moguntini, Sacri Imperii per Germaniam Archi-Cancellarii Recognovi.


## LXVII.

Ex Cod.  
M. S. Er-  
ford.

*Litteræ commendatiæ Ruperti Regis ad Innocentium VII. Pont. Max.*

Circa An.  
1405.

**C**lementissimæ Sanctitatis in CHRISTO Patri ac Domino INNOCENTIO SACRO sanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici Patri sibi Gratosissimo RUPERTUS Divina Clementia Rex Romanorum & semper Augustus, cum Obedientiæ Osculo devoto. Pater Piissime, Domineque nimium Gratiöse, cum Virtutibus circumstipati, Scientiis illustrati, Moribus probati singulis & in actibus virtuosi præ reliquis Dignitatum culminibus sunt locandi; Fidelem nostrum & dilectum A. Exhibitorem Præsentium, Ordinis Prædicatorum Confratrem in Sacra Professum Theologia dignum justum & idoneum transmissum, vestræ sanctitati flexis Genibus supplicantes, quatinus eundem, quem Virtutum & meritorum decoravit Summitas & Scientiarum ac Experientiæ illuminavit Radiofitas, Conversationis & Vitæ commendat Laudabilitas, ad Gradum Episcopalem promoveri dignemini . . . . .



CONSPECTUS  
TRIUM VETUSTISSIMORUM  
CODICUM,

*EX ILLIS,*

QUOS IN IPSO MARTYRII CAMPO,

UBI

S. BONIFACIUS  
ARCHI-EPISCOPUS

CUM SOCIIS GLORIOSE OCCUBUIT,  
MANUS FIDELIUM RECOLLEGERUNT, AC  
IN SACRARIUM FULDENSE DEPORTARUNT.

CONSPICUUS  
TRIUM VETUSTISSIMORUM  
CODICUM

EX ALIIS

QUIBUS IN IPSO MARTYRII CAMPO

UBI

S. BONIFACIUS  
ARCHIEPISCOPUS  
CUM SOCIIS GLORIOSE OCCUBUIT  
MANUS FIDELIUM RECOLLEGERUNT, AC  
IN SACRARIUM TUDENSE DEPORTARUNT.



# LECTORI ERUDITO

S. P. D.

JOANNES FRIDERICUS SCHANNAT.



Anctum Bonifatium, eosque omnes quos sibi delegerat Socios in Ministerium Verbi DEI, Apostolicis firmiter inhærentes Vestigiis, non Aurum, non Argentum; sed pro Auro Volumina, pro Argento Divinæ Scientiæ Cartas, unicum Itineris ac Laborum suorum Solatium, secum gestasse, testatur inter Vitæ ejus Scriptores præcipuus Willibaldus (a) qui fufius describens, Gloriosum Certamen, quod Sancti (a) *Vita S. Bonifacii*

STI DCCLV. die Nonas Junii, simul inierunt; Barbarorum prædæ inhiantium spem in hoc potissimum delusam fuisse ostendit, dum effractis Thecis & Capsis, quas spoliis opimas crediderant, nil præter Sanctorum Reliquias, & Librorum Volumina in iis repererunt, unde nimium irati & confusi; (b) „Codices alios per campi planitiem disperferunt, alios Paludum arundinetis inferentes, alios etiam in diversis quibuscumque Locis abscondentes projecerunt: sed tam Omnipotentis Gratia, quam etiam precibus Sancti Bonifacii Summi Pontificis atque Martyris, illæsi & intemerati, magno postea dilapso Temporis spatio inventi sunt, & ad *Domum* in qua usque hodie Animarum profunt saluti, à singulis quibusque Inventoribus remissi sunt. (b) *ibid. cap. XI.*

Hic per *Domum*, non aliam designari, quam sacram Sancti Bonifacii Ædem, in qua Corpus ejus depositum fuerat, libenter mihi persuadeo, ad hanc enim de Jure spectabant Codices illi, juxta vetus axioma: *Accessorium sequitur Principale*: Verùm quo singuli postmodum devenerint, quis edicet? unum Ego præ cæteris requiro insignem & longè præstantissimum, de quo Othlonus (c) ita disserit: „inter eosdem Libros, repertus est Sancti Evangelii Liber, quem Beatus Vir pro Sanctitate sua secum jugiter ferre solebat: hic ergo, quamvis Gladio acuto, ut adhuc ab insipientibus probari valet, per medium incisus fuerit, nullius tamen litteræ integritatem eadem incisione perdidit, quem, ut fertur, Sanctus Bonifatius in illa Hora, qua ad Caput ejus abscindendum vibrabatur gladius habens in manibus, vel pro Tutela Capitis, ut multi solent, seu etiam pro Clypeo spirituali, quem in Libro tali esse credidit, Percussori opposuit, in quo nimirum signo, & miranda Virtus DEI, & Veneranda Sanctitas Beati Bonifacii potest agnosci; mirabilius namque videtur, quod nulla incisi Libri littera delebatur quam si nullum incisionis Stigma per ferientem gladium in Libro reperiretur. (c) *Vita S. Bonif. cap. 36.*

Quæ certè ampla ac dilucida descriptio nullatenus convenit Codici nostro Evangeliorum, de quo infra: is enim exiguus est, & ex omni parte integer & illæsus: an igitur is, quem Ratisbonæ asservari dicit Hubnerus (d) nam cum Brovvero (e) vix crediderim, Othlonum Virum doctum ac probum, Argumenti specie deceptum, pro Evangeliorum Codice, cicatriosum alterum subjecisse; cum nempe, quem secundo loco recensemus, Fidei Hostibus non minùs oppositum; quia inter alia fert S. Trinitatis Confessionem, & Regulam Fidei Christianæ, atque etiam S. Ambrosii Librum de Bono Mortis. (d) *Cosmograph. art. Moguntia.* (e) *Antiq. Fuldens. pag. 136.*

Cæterum, haud exiguum fuisse illorum Codicum Numerum vel ex hoc colligimus, quod Sanctus Bonifacius ultra Quinquaginta tum Clericos tum Monachos, habuerit Martyri sui Socios, Viros Litteratos omnes, ac præ reliquis sui Sæculi in Divinis Scripturis Exercitatos, quibus haud dubiè Librorum Supellex, pro modulo instructa non defuerit; ex qua dum paucos hos Nobis superesse dolemus, servatos tamen etiam inter Clades, Turbas, Direptiones & Incendia, quibus toties afflictæ fuit Fuldenfis Ecclesia, meritò miramur; at ne toti fortè aliquando pereant, (nam Tempus edax Rerum est) eorum Conservationi aliqua saltem ex parte prospicere, operæ præmium duximus, brevi hac Recensione, quam ab omnium Vetustissimo ordimur.

## I.

**C**odex est, mille ducentorum circiter Annorum, argenteis Fibulis ac Lamellis hinc & inde rudi Opere, prout illa terebant Tempora, satis & ad Venustatem excultus, habens in altum Pollices XIV. in latum VI. Folia verò ex levi eaque tenuissima membrana prope CCCCC. prolixam enim Argumentorum seriem in se completitur, quam hinc accipe.

- I. *Harmonia IV. Evangelistarum*, in Canones & Numeros distincta, cum Præfatione Victoris Episcopi Capuz.
- II. *Tabula*, indicans Lectiones diversas in Ecclesia recitari solitas, quæ potissimum desumptæ ex Epistolis B. Pauli, distribuuntur per integrum Anni circulum, ordiendò à Dominica prima Adventus, prout patet ex sequentibus.

*In quinta Feria ad Vesperam Cenam Domini*  
Ad Corintheos I. sub Titulo LVI.

*In sexta Feria ante Nocturnum magna*  
Ad Philippenses sub Titulo V.

*In Nocturno Sancta mane*  
Ad Philippenses sub Titulo XIII.

*In Nocturno Sancta Nocturnum*  
Ad Corintheos I. sub Titulo XLIII.

*In Sanctum Pascha*  
Ad Collossenses sub Titulo XI.

*In Pascha Annotina*  
Ad Ephesios sub Titulo XIII. &c.

- III. *Epistola Beati Pauli Apostoli*, eo, quo in Vulgata exstant Ordine: nisi quod post I. & II. ad *Thessalonicenses* ponitur illa ad *Collossenses* quam immediate sequitur ad *Laodicenses* Apogrypha: cæterum hæ Epistolæ ut & Canonice reliquæ, non per Capita, sed juxta præcedentem Tabulam in singulas Lectiones numericè distinctæ sunt, quarum prima vocabula, minio passim descripta sunt.

- IV. *Quibus Locis Apostoli jaceant*, sub hoc Titulo designantur Urbes, in quibus non Apostolorum tantum, sed & Evangelistarum aliorumque Sanctorum Corpora, in Veneratione tum Temporis habebantur; nimirum

Petrus & Paulus *Rome*.

Joannes Evangelista *Epheso*.

Andreas *Patras*.

Philippus *in Asia Civitate Hierapoli*.

Mattheus *in Pontum*.

Jacobus *Hierosolima*.

Bartholomeus *in Phrygia Civitate Dolici*.

Thomas

- Thomas *in India Civitate Jothabis.*  
 Jacobus Alphei *in Civitate Joppe.*  
 Simon Zelotes *in Cappadocia Civitate Cesarea.*  
 Judas Jacobi *in Provincia Phenice Civitate Byreto.*  
 Marcus Evangelista *Alexandria.*  
 Lucas Evangelista *Antiochia.*  
 Timotheus *Epheso.*  
 Philippus unus de septem *Cesarea Palestina.*  
 Stephanus Protho-Martyr *Hierosolyma.*  
 Joannes Baptista *in Samaria Civitate Sebaste.*  
 Caput Joannis Baptistæ *in Provincia Phenice Civitate Emeza.*  
 Barnabas & Silas *Cypro Civitate Constantia.*

- V. *Actus Apostolorum*, dividuntur non in XXVIII. Capita ut passim: sed in LXXIV. quorum prima Vocabula etiam minio adscripta sunt.  
 VI. *Epistola S. Jacobi ad dispersos*, quam sequuntur reliquæ Canonice S. S. *Petri, Joannis, & Jude*, iis præfixa est Præfatiuncula ad Eustochium Virginem non adscripto Nomine Hieronimi; Opus à plerisque rejectum ut Spurious.  
 VII. *Apocalypsis*, ad cujus calcem exstant versus Damasi Papæ in B. Paulum Apostolum, editi in Bibl. Patrum.

Hæc omnia Carattere tam eleganti exarata sunt, ut Romanum secundæ Ætatis, qualem ex Orofio-Mediceo Nobis exhibuit Mabillonius, (f) dixissem facile; nisi quæ in fronte Libri habetur in Harmoniam Evangelicam Præfatio, cui etiam ipse Victor Episcopus, manu sua Titulum adscripsisse videtur, me necessariò revocaret ad Sæculum sextum.

(f) *De Re  
Diplom.  
Lib. V.  
Tab. VI.  
Num. 5.*

INNOMINEPATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANTI  
 IN NOMINE PRÆFATIO VICTORIS EPISCOPI CAPUÆ

CUM FORTUITO IN MANUS  
 MEAS INCIDERET UNUM EX  
 QUARTIORE UAN CELIUM CON  
 POSITUM ET ABSENTI TITULO

Scriptura insuper, cujus specimen Æri incisum vides; apprimè convenit cum ea, quam ex reliquo contextu Codicis desumptam, in Tabella proximè sequenti, exprimi curavimus unà cum annexo Sanctissimi Præfatis Chyrographo, quod sic legimus:  
 VICTOR. FAMULUS. CHRISTI. ET. EJUS. GRATIA. EPI-  
 SCOPUS. CAPUÆ. LEGI. VI. NONAS. MAI. DIE. INDICTIONE.  
 NONA. QUINQ. POST. CONSULATUM. BASILII. V. C.

NOTUM ERGO SIT VOBIS  
 QUONIAM IN GENTIBUS MISSUS  
 EST HOC SALUTARE PRORSUM  
 ET AUDIENT MANSIT  
 AUTEM BIENNI OTOTO IN  
 SUO CONDUCTO. ET SUI  
 SCIPIEBAT OMNES QUI IN  
 GREDEBANTUR AD EUM  
 PRÆDICANS REGNUM DEI  
 ET DOCENS QUAE SUNT DE DOMINO  
 IESU CHRISTO. CUM OMNI FI  
 DUCIA NEMINEM PROBI  
 BENTEM. AMEN.

EXPLICIT ACTUS APOSTOLORUM  
 EXP. ACTUS APOSTOLORUM

Ubi Annus quintus Basilii Junioris, ultimi Urbis Consulis, referendus est ad Annum Christi DXLVI. in quem etiam incidit Indictio IX. Exstat & alia huiusmodi Inscriptio Autographa in fine Apocalypsis, sed magna sui parte, ita oblitterata ac deformata ut præter hæc quæ sequuntur, aliud quidquam inde eruere haud licuerit.

VICTOR. FAMULUS. CHRISTI. ET. EJUS. GRATIA. EPISCO-  
 PUS. CAPUÆ. LEGI. ET. APUD. . . . .  
 . . . . . IND. NON. . . . .  
 . . . . . LEGI. IND. X. DIE.  
 PRID. IDUUM. APRIL.

Ex quo nihilominus colligimus Victorem, non nisi Anno proximè sequenti, nempe DXLVII. huius Codicis absolvissè Relectionem, quam ad Exemplar alterius Libri, ea qua par erat attentione instituit, multa enim tam in ipsa sua Præfatione, quam in contextu erasa vocabula, multa alia substituta, menda etiam quamplurima sublata, & quæ oscitanter per Scriptorem omissa erant, sedulo adscripta: ne autem frequenti hac adjectione aut immutatione, Codicem temerè interpolatum crederet Posteritas, id suum esse factum testatus est, dum ubique præsertim initio cujusque Epistolæ Canonice, hæc Symbola X. F. id est *Christi Famulus* & sub finem *Legi* propria apposuit manu, specialiùs Beati Jacobi Catholicam his sequentibus verbis notans: *Legi meum Signum.*

LEGI MEUM  
 EXPL. EPISTOLA. SCI  
 IACOBI. AD DISPERSOS

Serrar. Rer. Mogunt. pag. 559. Eandem Epistolam, postmodum manus recentior (non illa S. Bonifacii, ut perperam putant) Caractere Saxonico Cursorio; ad marginem brevibus Commentariis illustravit, quos postquam exscripsimus, non tanti nobis visi sunt, ut hic adjiceremus, uti nec variantes Lectiones, quas per totum diligenti collatione facta deprehendimus, cum vix alicujus essent momenti, nisi fortè excipias id quod superius pro specimine exhi-

exhibuimus desumptum ex Actibus Apostolorum, tum & paucos hos in Harmonia (g) (g) *Cellat. cum ea que in Bibl. Pa- trum edit Paris.*  
Evangelica Locos.

Cap. XL. *Numquid Lapidem porrigit illi, aut si piscem petierit, numquid porrigit illi Scorpionem.*

Lege. *Numquid Lapidem porrigit illi aut si piscem petierit, numquid serpentem porrigit ei, aut, si Ovum petierit, numquid porrigit ei Scorpionem.*

Cap. XCII. *O Generatio infidelis & perversa usque modo ero apud Vos, afferte illum huc ad me.*

Lege. *O Generatio infidelis & perversa usque quo ero apud vos, & patiar vos, afferte illum ad me.*

Denique Cap. CXXIII. *At illi cogitabant intra se dicentes, si dixerimus ex Hominibus timemus Turbam.*

Lege. *At illi cogitabant intra se dicentes, si dixerimus è Cælo dicet nobis quare non credidistis illi: si autem ex Hominibus timemus Turbam.*

Cæterum qui Viro Sancto, quasi exprobrando obijciunt quod hujus Harmoniæ Opus Anonymum visus est attribuire Tatiano Hæretico, quid aliud evincunt? nisi quod exinde Harmonia, quæ Tatiani erat vel credita est, postmodum tribueretur Ammonio Alexandrino & e contra, quæ Ammonii verè censetur, Tatiano adscripta fuerit, atque adeò amplam Viris doctis in hoc præbuerit controversendi materiam, quam dum recentissimè Eruditus Nourissius singulari quadam dissertatione dirimere conatus est, hæsit anceps inter utrumque, ac parum absuit quin illud spurium & adulterinum opus diceret: Victori autem, meo Judicio, pro Apologia satis fuerat monuisse in sua Præfatione, quod non tam *Tatiani, quam verba Domini sui cognoscens, libenter hanc amplecteretur interpretationem.*

Alia Victori Lis intentatur, quod *Evangelicos Canones* eidem Harmoniæ appositos, primùm ab Ammonio excogitatos asserat, secutus haud dubiè in hoc S. Hieronymum; cum tamen Eusebius Cæsariensis in sua ad Carpianum Epistola expressè tradat, se occasione Ammonianæ Harmoniæ *excogitasse certo Consilio* Canones illos: fit ita: Nos, cum Sancti Præfulis Epitaphio, quod ex Ughello (h) adducere ob Notas (h) *Ital. Chronicas* non incongruum putavimus, hic concludimus. *Sacra.*



VICTOR. EPISC. SEDIT. ANN. XIII. DIES XXXVIII. DEPOSITUS. SUB. DIE. III. NON. APRIL. ANN. XIII. P. C. BASILII. V. C. INDICTIONE. SECUNDA.

## II.

Codex Membranaceus, Folio breviori, Gladiis punctim & cæsim dilaniatus ac pessimè habitus, quem si Sanctus Bonifacius in agone positus, velut Clypeum Percussoribus suis non opposuit, ut vulgò receptum est, certè illi fuisse præ manibus, facile mecum conjiciet quisquis Opusculum Divi Ambrosii de *Bono Mortis* in eo contentum, contulerit cum extrema S. Martyris ad suos Adhortatione, (i) atque adeo in (i) *Willib. ipsa tumultuaria Cæde dilapsum, has hostilis Impetus ac primi Furoris Gloriosas retulisse* Notas, id quod aliis Codicibus non contigit, qui plerumque in Thecis & Capsis *Bonifacii delitescentes, postmodum à Barbaris, Gazas non membranas quarritantibus, percontemptum hinc & inde disjecti, salvi tandem & illæsi reperti sunt. Ejus Laceras ac ruptas Tegulas, satis accuratè descripsit Browerus, (k) non item contentorum seriem, (k) *Antiq. quam Serrario Sodali suo edendam commiserat: „hic Liber, inquit, gemino tectus Fuldens. „operimento, pro subtegmine corium habet inauratum, quod per varias figuras tra- pag. 135. „lucens, venustam efficit speciem, sed ita mucrone deformatam, ut à summo ad di- „midiati digiti Latitudinem atque hinc rursus ad sinistram propria cicatrice gladii ve- „stigia penetrent: denique hæc simul vulnera ferè in Scaleni figuram cuneatim de- „scendunt; ima quoque Libri parte vibices inflictæ, punctim una, cæsim altera pene- „trans latitudine pollicis; postremo ictu Corium, & Lignum operimenti dissectum:**

(1) *Annal.* at, omittere hic non debuisset, quod & inter alios observavit Mabillonius (1) *Cod. Benedict. tom. II. pag. 171.* cem nimirum, etiam Martyris cruore rubricatum, cuius Vestigia satis evidentia etiamnum apparent, & exsectæ partes plurimæ Religionem testantur.

Scriptura; Langobardica vetus, passim cum Romana permixta: initium est secundi Libri Synonymorum Isidori, ab edito aliquantum diversum, cuius hic Ectypum exhibemus in hæc verba. *Quæso te Anima mea, obsecro te, deprecor te. ne quid ultra leviter agas ne quid coninsultè geras, ne temerè aliquid facias ne repetiaris malum.*



Utramque hanc Scripturam illis Temporibus receptam fuisse, etiam ex Tabula sequenti discimus: initiales Litteræ, reliquas majoris formæ superant, ac in pisces variè contortos efformatæ indicio esse possent Scriptorem *Addolf*, non vixisse Bachanalia, sed potius abstinentiæ fuisse cultorem; eas quotquot occurrerunt, hic pariter ordine alphabetico representare non inutile duximus, præsertim ob formam litterarum A. & Q. Ætatem verò Codicis sanè vetustissimi quod attinet, eam penitius ex ipsa inscriptione autographa ad calcem apposita, quam æri incisam vides, eruere & determinare frustra conati sumus cum nulla nobis ullibi Ragindrudis occurreret; ejus verba parumper attrita sic habent:

*In Honore Domini Nostri JESU Christi, Ego Ragyndrudis ordinavi Librum istum, quicumque legirit conjuro per DEUM vivum, ut pro me orare dignimini.*

INHONORED NINO TRIBUXPI  
ECORAGYNDRUDIS ORDINA  
U LIBRUM ISTUM quicumque  
LEGIRIT CONIURO PER DM  
VIVUM UT PRO ME ORARE  
DIGNIMINI

Quod si tamen Conjecturam adhibere licet, dicam quid sentio: frequentem fuisse semper, esseque etiam nunc Contractionem Nominum quis nescit? Quid ni igitur *Ragindrudim* illam, quæ Codicem hunc ordinavit, *Radrudim* dixerit: eoque Nominine Ratchisi Langobardorum Regis Filiam, quæ Patris Exemplum secuta, Mundi Opes & delicias generoso pede calcavit, ac unâ cum Regina Matre, in Cœnobium S. Petronillæ de Plombariola, circa initium Anni DCCL. secedens, ibidem sub Regulari Habitu, DEO, Sanctoque Benedicto reliquos vitæ suæ dies consecravit: agebat certè tunc temporis, in illis Italiæ partibus Annum jam secundum Sturmio, primus Fuldenfis Abbas, quem credibile est, tam illustris ac raræ Conversionis si non Promotorem, saltem fuisse Testem, præsertim, quod, sicut Dignitate & propriis meritis, sic Sancti Bonifacii Commendatione ubique spectabilis, inter Viros haberetur Primarios, & quod sacrum illud Virginum Asceterium non longè distaret a Cassinensi Monasterio, ubi pios Cœnobarum in eo commorantium Ritus & Mores studiosius indagabat, quo suam aliquando Novellam in Buchonia Plantationem, ad eorum Normam formaret: potuit itaque Codicem hunc accepisse in donum à Radrude, ut sui memor esset in Orationibus, cumque Redux postmodum obrulisse, Sancto Bonifacio, quem sciebat similibus potissimum delectari.

Quid? Si is postmodum (nam manus à reliquis diversa est, Sæculo tamen octavo æqualis) hæc sequentia adscripsisset Nomina, quæ in penultima membrana reperiuntur in formam Diptychi, hoc modo disposita.

Heinrich	Hilitigart
Comes.	Conjux ejus
	Hilitigart <i>Filia eorum.</i>

Liutheri  
Heinrich  
Liutheri  
Udo  
Sigifrid  
Suvanihilt  
Gerburg  
Juditha  
Gerburc  
Haduvich  
Cunigund.

Quidquid demùm sit, in Tuscia potiùs quam alibi hunc confectum fuisse Codicem, arguere videntur tum Scripturæ forma, tam argumentorum in eo contentorum series, quam ordine & Orthographia nihil immutatis, hic exhibemus.

I. *Incipit Epistula Papæ Leonis directam ad Flavianum Episcopum.*

Hanc dum miratur R. P. Janningus (m) à Serrario olim in ejusdem Codicis (m) Act. recensione prætermittam; miror Ego, Virum doctum eandem nunc supplevisse per *Sanct. Jun. cam, quam inquit, primo ibi loco invenerunt ac notaverunt Collegæ mei, EPI-tom. I. vit. a STOLAM nimirum PAULLINI ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum: S. Bonif. cum sit evidentissime Leonis Papæ, ut & sequens altera, hoc designata Titulo*

II. *Dilectissimo Fratri Theodoro Episcopo Forojuliensi, Leo Episcopus.*

III. *Incipit Disputatio Beati Cerealis Episcopi contra Maximinum Ariomanitam.*

IV. *Incipit Epistula Agnelli ad Arminium de Ratione Fidei.*

V. *Incipit Libellum Fausti Confessoris.*

VI. *Incipit Fides edita S. Ambrosii Episcopi de Spiritu Sancto.*

(n) *Rer.*  
*Mogunt.*  
*pag. 560.*

Hæc perperam apud Serrarium (n) nuncupatur *Sermo de Spiritu Sancto* cum sit simplex Recensio Caputum Libri I. II. & III. Tractatus de Spiritu ad Gratianum Augustum.

VII. *Incipit Testimonia de Patri & Filio & Spiritu Sancto de uno DEO in Deuteronomio.*

VIII. *Incipit Regula Fidei Catholicae facta à Nicena.*

IX. *Incipit Regula Fidei Catholicae secundum CCCXVIII. Patres.*

X. *Incipit Regula Fidei Catholicae contra omnes Hereses.*

XI. *Incipit Explanatio Fidei Catholicae.*

XII. *Incipit Sancti Ambrosii de Bono Mortis.*

XIII. *Noticia Regionum & Civitatum, quibus Sanctorum Apostolorum & Evangelistarum Venerabilia Corpora requiescunt.*

Differt hæc notitia aliquantum, ab illa quam in Recensione Superiotis Codicis exhibuimus; dicitur enim *Bartholomeus* requiescere Lycaonia Provincia Armeniæ, *Mattheus* in Tertis Amanitorum & *Lucas* Evangelista Boethia in Provincia Mesopotamiæ.

XIV. *Synonymorum Isidori Episcopi. Libri II.*

Exotica hæc Titulorum quorundam Orthographia Ingenio ejus Temporis Hominum accommodata, non eadem est in contextu, ubi plerumque in sola permutatione Litterarum consistit: contulimus enim ex his opusculis, illud Sancti Ambrosii *de Bono Mortis* cum editione Parisiensi 1586. (Recentior non aderat) observavimusque has præcipuè variantes Lectiones.

Cap. II. *Allevamentum est Bonum.*

Lege. *Allevamentum autem bonum mors, mors autem finis.*

Ibid. *Unde in exitu videamus.*

Lege. *Denique in exitu ipso videmus*

Cap. III. *Et pro Salute Populi. Lege vel cum se pro salute Populi.*

Ibid. *Et ideo contemlemur non illa que videntur si nolumus falli.*

Lege. *Et ideo contemlemur illa, non que videntur, sed que non videntur, si nolumus falli.*

Ibid. *Levior fabulis. Lege levior tabulis.*

Cap. IV. *Est etiam vita post mortem. Lege est utique &c.*

Ibid. *Mors igitur ea non est bona, aut si hic vita bona quomodo mors est bona cum ibi nullus. Lege. Vita igitur ea non est bona, aut si hic bona vita, quomodo illic mors non est bona cum nullus &c.*

Ibid. *Sed ipsa hæc vita, vita bona si est. Lege. Sed ipsa hic vita si bona est.*

Cap. V. *Animam Peniam nuncupat. Lege. Animam venerem nuncupat.*


Ibid. *Cibos epuletur DEUS, quibusve delectetur. Lege. Cibos epuletur de quibus verè delectetur.*

Ibid. *Sermones autem cibos. Lege. Sermonum autem cibos.*

### III.

**C**ODEX EVANGELIORUM. Simplici Corio rubro obductus, Formæ Octavæ minoris, ac propè quadratæ, integer & illæsus, constat foliis ex rudi membrana LXIII. Initium cujusque Evangelii, Quadro coloribus variegato inclusum est, quemadmodum & qui ex opposito depictus cernitur Evangelista, capillo flavo, veste Cærulea, Pallio purpureo flavis itidem ductibus interstincto, stilum & Tabulas Ceratas, pro more Scriptorum Veterum in manibus gestans; utramque Pagellam æri incisam hic exhibere, visum est.

Hæc



Hæc Evangelistæ Effigies, in tribus aliis prorsus eadem est, solo cujusque Nomi-  
ne ad distinctionem addito. Scriptura passim Saxonica Cursoria, cujus Apices mira-  
tus est aliquano Browerus (o) sic invicem implexos, ut laqueos mentiantur & (o) Antiq.  
plagas Reticulorum. Hinc fortè minùs accuratè & fideliter ab ipso exscripti Versus, Fuldenf.  
quorum nec Numerum, nec sensum assecutus est, dum ita legit: pag. 135.  
& seqq.

*MATTHEUS instituit Virtutum Tramite mores.*

*Et bene vivendi justo dedit ordine Leges*

*MARCUS. Amat Terras inter Cælumque volantem*

*JOANNES Aquilam. Sancto regit omnia Lapsu*

*LUCAS, uberius describit Prælia CHRISTI,*

Quos sic legisse oportebat:

*MATHIUS instituit Virtutum Tramite mores,*

*Et bene vivendi justo dedit Ordine Leges.*

*MARCUS, amat Terras inter Cælumque volare.*

*Et vehemens AQUILA, strido secatur omnia Lapsu,*

*Jure sacer VITULUS, qui habitat mœnia Patris;*

*LUCAS uberius describit Prælia CHRISTI.*

Cæterum, qui Codicem hunc, ipsius Gloriosi Martyris Bonifacii manibus exa-  
ratum esse, hætenus pro indubitato habuerunt, si manifesta Indicia & Rationes quas  
in contrarium adducam, animo à præjudiciis alieno expenderint, aliter de illo sen-  
tiendum esse convenient: scio Traditioni ab antiquo receptæ non defuisse suam autho-  
ritatem: ea enim est, quam aureis Litteris ad calcem hujus Codicis scriptam, ut in-  
signe & nobile documentum, Browerus, Serrarius, alique plurimi venerati sunt, ac  
in Libros suos retulerunt his conceptam verbis:

*Hoc Evangelium Sanctus Bonifatius Martyr Domini Gloriosus, ut  
nobis Seniorum Relatione compertum est, propriis conscripsit manibus, quod*

etiam Venerabilis Abba Huoggi obnixis precibus à Rege piissimo Arnolfo impetravit & Sanctae Fuldensi Aeclesiae honorabiliter restituit, cui Saluator IESU Christe praemia sempiterna pro Devotione sua in celestibus clementer redde, eumque nobis feliciter dominari Tempora longa concede.

Eandem & nos ex Autographo, in Gratiam Antiquariorum hic Aeri incisam reproducimus, rejectis quas manus recentior insulse ac temerè ad calcem adscripsit Notis Chronologicis, Annum scilicet DCCCLXXIV. quem DCCCXC. fuisse mavult R. P. Janningus, (p) rectius si conjecturam suam in Annum sequentem locasset, quo nimirum, nec ante, Huoggi Sigeharto Fuldensis Ecclesiae Regimen ultrò abdicanti, datus est Successor; quod autem ibidem in Notis marginalibus Rudolphus Imp. Legatur pro Arnolfo, hoc velut mendum Typographicum facilè excusamus.

(p) *Acta  
Sanct. Jun.  
tom. I.*

Hoc euangelium scilicet bonifacii  
usimacri d in glonofu suo no  
bis seniori relatione conper  
ti e. ppris conscripsit manib;  
Qdem in venerabili sabba  
huoggi obnixis precibus are  
ge piissimo Arnolfo impe  
trauit & scae fuldensi aecle  
honorabiliter restituit  
Cui saluator ihuxpe pna  
sempiterna p devotione  
sua in celestibus; clementer  
redde. eumq; nobis feliciter  
dominari tempora longa  
concede.

Verùm (quod Res est) Sæculo vivimus, ubi Antiquitas quantumvis Veneranda, ni certo & inconcussò Veritatis Fundamento nitatur, facilè exploditur, nec aureæ Litteræ fucum faciunt, nec credulum vulgus Fidem ultra ingerit: potuit aliàs imposuisse vetus hoc Testimonium, quo & inter cæteros imbuti Viri Eruditione celebres, suam desuper opinionem his verbis testatam reliquerunt. *Codex Evangeliorum in Octava breviuscula, hoc sanctior, quod Litterarum sulci, manu Divi Bonifacii impressi sunt.* Et alibi *Sanctum Bonifatium hunc scripsisse Librum, statim conjeci postquam Scripturæ genus cum ea comparavi, que in Harmonia invenitur ad Epistolam S. Jacobi, quam Glossis & annotationibus Martyr suis illustrasse videsur;* idem etiam novissimè credidit supracitatus Hagiographus Antverpiensis, ex Fide & Relatione suorum Collegarum denuò perperam edoctus, qui, inquit, *postquam majorem Librum cum Evangelio prædicto contulerunt, studiose seque considerarunt, asserere audent, ab eadem utrumque manu esse, adeoque ipsiusmet Sancti Bonifacii, temerè profectò! cum illis de neutro constaret.*

*Browerus  
Ant. Fuld.  
pag. 135.  
It. pag. 281.  
Serrarius  
Rev. Mog.  
pag. 559.  
& seqq.  
Act. Sanct.  
Jun. tom. I.  
pag. 493.*

At longè alia in his uti Trutina nos docuit incomparabilis Mabillonius, quo etiam Magistro in primæ ac longissimæ Vetustatis monumenta audacter inquirimus, nec tamen leviter aut inconsultè: sed observata ubique certa quadam Regulari Methodo, qua vera à falsis scernere nitimur, & nunquam non feliciter evincimus; ut enim de Chartis & Diplomatis fileam, quot Codices, hucusque pro Autographis, integris, genui-

genuinis, ac minimè suspectis habiti sunt, quos diligenti Examine prævio, peritus cognitor, aut Apographos, aut Spurios, aut interpolatos, multisque etiam Locis mutilos ac vitiatos esse deprehendit; similiter quor alios, falso nomine insignitos demonstrans, suis Authoribus licet jam à sæculis aliquot ablatos, eisdem postliminiò restituit, cum nulla detur adversus Veritatem præscriptio: & hoc ipsum est, quod in causa non absimili, præstitit haud ita pridem Eruditissimus Ruinartius (q) quando Veterrimum (q) in Not. illum Evangeliorum Codicem, hætenus apud Turonenses Religiosè asservatum, evidenter ostendit, non esse S. Hilarii Autographum, ut perperam putant: idem & de Turonens. nostro statuendum est, quem olim Huoggi Fuldensis Abbas, *Seniorum Relatione* pag. 1317. non tam persuasus, quàm piè deceptus, præsertim quod in recenti adhuc esset memoria, Sanctum Martyrem in Agone positum, tali Libro velut Clypeo usum, cœlitus sibi oblatum munus credidit, idque omni qua potuit Reverentia & Affectu ab Arnolfo Imperatore suscepit, plus in hoc, auribus quam oculis tribuens, quos si coniecisset in ultimam Codicis paginam ubi desinit Evangelium S. Joannis in hæc verba: & alia multa que fecit JESUS, que si scriberentur per singula, nec ipsum mundum arbitror capere eos, qui scribendi sunt Libros; intendissetque in illa immediate sequentia: *Finit. Amen DEO Gratias ago, Vidrug scribit.* Quemadmodum hæc in adjecta Tabella vides; haud dubiè Scriptori nomen aliud, longe diversum ab illo Sancti Bonifacii, fuisse cognovisset.

Johnanilq: Mubij q: ymmbsndy ymglaad ipre mundu  
 et aliamul quis fecit ista quæ scriberentur per singula nec ipse mundu  
 arbitror capere eos qui scribendi sunt Libros. Finit  
 Amen DEO Gratias ago Vidrug scribit

Huic, alterum non minus convincens Argumentum gratis superaddimus, desumptum ex Epistolis ipsius Sancti Martyris, (r) qui dolens aliquando se *caligantibus* (r) *Epist. III.* oculis minutas ac connexas litteras discernere non posse, optat sibi à Daniele Wens. *S. Bonif.* Episcopo transmitti in senectutis suæ solatium, Libros *claris, discretis & abso-* apud *Serr.* *lutis Litteris scriptos* quales per Buccam (f) & Eadburgam (r) Abbatissas ex Angliæ (r) *Epist.* partibus solebat recipere, utpote pro more illius sexus, caractere non minuto exaratos; *IX. XV.* tales autem *in hac Terra*, Germania nempe, ubi tunc prope Sexagenarius Apostolico *XVIII.* primùm vacabat muneri, *acquirere non poterat*, quandoquidem Scriptura suo tem- *XXII.* pore maximè usualis, esset illa Saxonica Curforia, quam si legere non potuit, certè *XXXV.* multò minùs scribere.

Restat, ut de *Vidrug*, hujus Codicis genuino, ut suprà ostendimus, Scriptori aliquid dicamus; is, ni fallor, idem est cum eo qui passim inter Eobani Episcopi Cooperatores Presbiteros, ac demùm S. Bonifacii in ipsa sua Triumphali morte Socios recensetur: nec obstat, quod eundem Willibaldus, immutato aliquantùm Nomine, *Win-* *Willibald.* *trung.* Othlonus verò, *Wintrug.* Continuator Martyrologii Bedæ, *Wintrug* in *vita S.* nuncupent, multam enim esse in scribendis Nominibus propriis Varietatem, plus ni *Bonifacii* miùm observant Viri Eruditi; illud imprimis attendendum est, quo modo quisque *Cap. XI.* suum exprimere solet; convenit insuper huic nostræ assertioni Ætas Codicis, quem *Othlonus* jam aliundè Sacrum ac Venerabilem, etiam Martyris titulo (ut piè credimus) decora- *Cap. XXV.* tum, maximo semper in Honore & prætio haberi conceder.

Hi nimirum sunt, Lector Erudite, Codices illi, quibus Inclyta Fulda, suam, quam dudum fecit de Bibliotheca toto Orbe celeberrima, jacturam, aliquantulum solatur: Vetustiores enim in Germania frustra quæsieris, nisi fortasse inter eos, quos non ita pridem è tenebris in Lucem protulit Reverendissimus Perillustris & perquam Gratosus Dominus D. CHRISTOPHORUS FRANCISCUS L. B. ab HUTTEN Cathedralis Ecclesiæ Herbipolensis Decanus &c. nam ut est in Litteras ac Litteratos omnes summè propensus, maximeque Beneficus, Bibliothecam ejusdem Ecclesiæ olim tam Illustrem, vix Nomine tum amplius cognitam indagare ubique non destitit, donec aliquando felici suo ductus Genio, illam sub ipso Templi Augustissimi Tecto, in unum conglomeratam ac pulveribus penè consulptam reperit; assurrexere illicò ad tanti Liberatoris ac Patroni aspectum, velut Sympathica quadam Virtute attracti Codices Vetustissimi, seseque ultrò Curæ suæ ac Sollicitudini permisere, unde non ampliùs squal-

lidi & neglecti, sed condigno honore habiti in plurima mirè Elegantis sumptuosique Operis armaria transferunt, ubi longo Ordine dispositi plenam spirant ac redolent Antiquitatem, quibus utinam aliquando frui liceat ad satietatem: ut autem discas, me non penitus jejunium ab iis recessisse, en Tabulam, qua te mecum participem volo.

I

SICUT MAIOR ANNIS MINOR PER MANDATUM IN NEGOTIIS  
SUA A SENDA CONMISERIT EX PERSO NAMINORIS

II

EX PL THEUDOSIANI

III

OMNIALIA ECCE TEM TAU IN SAPIENTIA DIXI  
SAPIENS EFFICIAR ET IPSA LONGIUS  
QUI SANNUNTIABITE ILIC ET DIVERSAE

IV

A B C D E F G H I L M N O P Q R S T U X

a b c d e f g h i l m n o p q r s t u x  
SICUT NON DUBITO ME MINUSSE NON NUMquam

- I. Vides in ea primo Loco CODICIS THEODOSIANI Specimen, qui Formæ majoris ac quadratæ, Tegulis cooperitur ex nudo crassoque assere ruditer confectis. Egregium profectò si aliud unquam Juris Monumentum! quod merito æquiparetur Famosis illis *Justiniani Pandectis*, quæ in Palatio Magni Ethruticæ Ducis summa Cura asservata, olim non nisi Viris Primariis, & ad Funalia ostendebantur.
- II. Quod secundum Locum occupat Veteris Scripturæ Ectypon, non minis præclarum est: illud desumpsimus ex ECCLESIASTE, cujus Codicis forma minor in altum protensa, Characteres Quadrati nitidissimi, Vocabula sine abbreviatione ubique, & sine commatis colligata, probare videntur cum ejusdem esse Ætatis cum præcedenti.
- III. Tertio Loco exhibemus Alphabetum majus, quo veterrimi Codicis, EPISTOLAS D. PAULI cum Præfationibus complectentis, prima vocabula passim descripta sunt, reliqua verò in contextu Caractere Langobardico Veteri Cursorio; singularitate est quod primo intuitu Nobis in eo occurrit, initium nempe Epistolæ I. ad Timotheum, ubi Apostolus tali se inscribit Titulo PAVLVZ. XPX. IHV. XPI.
- IV. Huic demùm minoris Characteris Alphabetum, ex Libris *Dialogorum & Homiliarum Divi Gregorii* excerptum, cum vocabulis aliquot notabilioribus adjecimus.

Nec omittendum est, quod ad calcem veteris alterius cujusdam Codicis ibidem deprehendimus Epitaphium penè obliteratum; hoc enim Bibliothecæ hujus insignis Bene-

Benefactor. propria manu, ut credibile est, sibi met posuit, Stephanus ille, Vir doctus & celebris, quem circa medium Sæculi X. Poppo Herbipolensis Episcopus, ad erudiendam Ecclesiæ suæ Juventutem ex Italia conduxerat,

*Novariæ Genitus . . . . . omnibus alta*

*Utraque, ut patuit, Doctor in Urbe fui*

*At POPPO Antistes, hanc me perduxit in Urbem*

*Qua Sophiæ studiis dogmata crebra dedi;*

*Quos habui paucos decrevi tradere Libros*

*Martir Sanctæ DEI, en KILIANE Tibi:*

*Cætera quæ . . . . . remanet sat parva supelleæ*

*Cedat Fraternali usibus opto nimis.*


*Quisquis ades nostri, Rogito, Successor Ovilis,*

*Adde diem mortis, quem DEUS ipse sapit.*

Officium hoc, ipsi aliquando præstitit pia & amica Successoris aut alicujus ex discipulis suis manus, quæ Annum (ut opinor) ac diem emortalem adscripsit in hunc modum:

*Actum Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX. XVII. Kal. Augusti.*

His fruere, Lector Erudite, ubi aliàs plura observare licebit, plura dabimus. Vale.



... in ... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..


... ..  
... ..

... ..  
... ..

... ..  
... ..

(0) 200





# INDEX

## Rerum ac Nominum Memorabilium.

### A.

**A**bel Rex Daciae occiditur. 105.  
 Abnegatio Bonorum solemnis, quomodo olim instituta & usitata p. 41. & 42.  
 Adalbertus I. Archi - Episcopus Mogunt. Jura Advocatiae Cœnobii Reinartsbornensis limitat. 116. Cœnobium S. Johannis in Rhin-gavia in Abbatiam erigit. 154.  
 Adalbertus ex Abbate Weissenburg. Primus Magdeburgensis Archi - Episcopus, p. 7.  
 Adelbero Episcop. Herbipoli fundat Cœnobium S. Stephani. p. 174.  
 Adelheida Turingiae Landgravina Fundatrix Cœnobii Reinartsbornens. 107.  
 Adelheidis de Lichtenberg Comitissa de Salmis in Abbatiam Lucidæ - Vallis benefica 167. ejus dies emortualis. ibidem.  
 Adelheidis Filia Bodonis Comitis Uxor Henrici de Linburc 78.  
 Adelheidis Relicta Comitis Hermanni de Henneberg. 211.  
 Adelheidis Nobilis Matronæ in Cœnobium omnium - Sanctorum Beneficia. 144.  
 Egidius Abbas Weissenburgensis. p. 13.  
 Agnes Imperatrix ejus dies obitus. p. 4.  
 Agnes Comitissa de Eberstein. p. 151.  
 Agnes Comitissa de Truhendingen nupta Marchioni de Baden. p. 166.  
 Albæ - Dominorum Monasterium ejus Abbates. p. 152.  
 Albæ - Dominarum Monasterium ejus Abbatissæ. p. 153.  
 Albertus Senior Landgravius Donationes quasdam Cœnobio Reinartsbornensi factas confirmat. 123. 124. Ejus in idem beneficia & donationes. 125. & 126.  
 Albertus Junior Landgravius diversa Privilegia Reinhartsborn. Cœnobio concedit. 128. 130.  
 Albertus Comes Orlamundanus supplicat Hono-rio III. Pontif. Max. p. 196.  
 Albertus Comes de Rabenswalt. 209.  
 Almaricus Monachus Weissenburg. eruditione clarus fit Episcop. Spirensis. p. 7.  
 Alphonfus VI. Castellæ Rex in Cluniacenses sum-mè Beneficus. p. 178.  
 Altenstaig ( Wolframms de ) in Monasterium Omnium - Sanctorum Beneficus. 149.  
 Altericus Abbas Cœnobii Thariffensis. 176.  
 Angila Comitissa omnem suam dotem tradit Cœnobio Lauresheimens. p. 28. Ejus dies emortualis. ibidem.  
 Anhelmus Abbas Laurisheimensis Fundator Cel-læ in Abrinesberg. p. 34.  
 Anna Comitissa de Doulier. 153.  
 Anna Comitissa de Eberstain. p. 153.  
 Anno Episcopus Colonienf. ejus dies Obitus. p. 4.

Anselmus Havelburgens. Episcop. p. 182.  
 Aribo Archi - Episcopus Moguntinus ejus dies obitus. p. 2.  
 Arnoldus Major Præpositus Trevirensis possessionem sumit Præposituræ Erfordienf. p. 96.  
 Arnoldus Comes de Berchtein insignis Benefactor Cœnobii S. Michaelis Bambergæ. p. 47.  
 Arnolphus Episcopus Spirensis quatuor simul Ab-batias administrat. p. 9. 10. Quis suo tempore Spirensis Ecclesiæ Thesaurus. ibid.  
 Aschabach ( Winizo de ) Prædium suum Ascha-bach donat Cœnobio S. Michaelis Bambergæ. p. 49.

### B.

Bachfelt ( Gisela de ) insigne Prædium donat Cœnobio S. Michaelis Bambergæ. p. 44.  
 Balthasar Landgravius in Reinhartsbornense Cœnobium munificus. p. 137.  
 Barbara Abbatissa in Wunenthal. 165.  
 Barbara Comitissa de Taun. p. 153.  
 Bardo Archi - Episcopus Moguntinus. Ejus dies obitus. p. 3.  
 Bartholomæus Abbas Weissenburgensis. p. 13.  
 Benno Episcopus Osnabrug. Ejus dies obitus p. 5.  
 Bernardus Senior Marchio de Baden. p. 170.  
 Bernhardus Abbas Weissenburgensis fit Episcop. Wormat. p. 6.  
 Bernhardus Bragensis Episcopus ordinatur. p. 97.  
 Bernhardus Comes de Eberstein. p. 153.  
 Beronis Ecclesia seu Monasterium. 173. Ejus Præpositi censentur Imperialis Aulae Capellani. p. 185.  
 Bertha Benefactrix Cœnobii S. Michaelis Bambergæ. p. 45.  
 Bertholdus III. Dux Zaringiae confirmat funda-tionem S. Petri in Nigra Sylva. p. 160.  
 Bertholdus IV. Dux Zaringiae idem præstat. 163.  
 Bertholdus Comes de Eberstain Fundator Mona-sterii Albæ - Dominorum p. 151. Ejus dies emortualis. p. 171.  
 Bertholdus Comes Frater Gebehardi Herbipol. Episcopus, p. 80.  
 Bertolfus Comes, Advocatus in Cœnobium S. Michaelis Bambergæ iniquus. p. 45.  
 Betebur ( Eberhardus de ) in Cœnobium S. Petri in Nigra Sylva munificus. 163.  
 Bobbo Abbas Fuldensis Concambium init cum Henrico II. Imp. p. 41.  
 Bobbo Comes, Frater Gebehardi Herbipolensis Episcopi. p. 79.  
 Bodo Comes. 78. Insignis Benefactor Cœnobii Thariffensis. p. 175.  
 Brugk ( Jacobus Baro de ) Abbas Weissenbur-gensis. p. 14.  
 Bruno Abbas Hirsaugiensis præstationem cen-suum mitigat. p. 181.

## Index Rerum

- Brusinc Comes ejus dies obitus. p. 2.  
 Burchardus Abbas S. Petri Erfordiae suscipit donationem Cellae S. Martini ad Werram, eamque promovet. p. 180.  
 Burchardus Abbas in Ottenheim, ejus dies emortualis. p. 171.  
 Burchardus Hersfeldensis Abbas Concambium quoddam in favorem Reinartsbornensis Cœnobii confirmat. 116. Ejus Frater Gerhardus Comes. 117.  
 Burchardus Argentiniensis Episcopus. 182.  
 Bunrode (Henricus de) in Cœnobium Reinartsbornense munificus. 115.  
 Burner (Hermannus de) Abbas Cœnobii Schutterani officio suo dignè fungitur. p. 20. & seq. Ejus Familia in Cœnobium Schutteranum ab antiquo benefica. p. 22. Guttas Sanguinis Christi obtinet pro suo Cœnobio. p. 21.
- C.**
- Caroli Imperatoris dies obitus. p. 2.  
 Carolus IV. Imperator Herbipoleni Clero favet. p. 213.  
 Carolus Siciliae Rex Autoritate Pontificiâ praevalet. p. 208.  
 Carolus Marchio de Baden Abbatiae Lucidæ-Vallis Insignis Conservator & Benefactor. 165. Ejus dies emortualis. ibid.  
 Cecilia Marchionissa de Baden. p. 164.  
 Cella S. Martini ad Werram fundatur. p. 179.  
 Charialdus Abbas Weissenburgensis. p. 6.  
 Christanus II. Archi-Episcopus Moguntinus Volmarum Bursfeldensem Abbatem Henrico S. Petri Erfordienfi Abbati subrogat. 103. Dignitatem suam spontè abdicat. 104. Hospitaliorum Ordini se devovet. 105.  
 Christophorus Marchio de Baden ditionis suae Ampliator. p. 160. Ejus dies obitus. ibid.  
 Chunstat (Arnoldus de) Prædium suum apud Fullebah Cœnobio S. Michaelis Bambergæ donat. p. 50.  
 Clemens IV. Pontifex Max. Conradinum Siciliae Regnum affectantem unâ cum asseclis suis anathemate percutit. 207.  
 Conradinus Regnum Siciliae affectat. 203.  
 Conradus II. Imperator confirmat Privilegia Abbatiae Schutteranæ. p. 19.  
 Conradus Rex adversus Tartaros arma movet. 204.  
 Conradus Dux, ejus obitus. p. 3.  
 Conradus Lantgravius Fritslariam ferro & flammis devastat. 92. Teutonico Ordini se mancipat. 96. Publicam ac severam pœnitentiam sibi imponit. 98. Obiit Romæ 99.  
 Conradus Marchio Reinartsbornensi Cœnobio donat Prædium Torgaw. 115.  
 Conradus Dux Zaringæ confirmat fundationem Cœnobii S. Petri. 160.  
 Conradus Comes de Fürstemberg in Abbatiam Lucidæ Vallis munificus. 164.  
 Conradus Abbas Weissenburgensis. p. 12.  
 Conradus I. Hildesheimensis Episcopus inconsultè Sedem suam mutans anathemate puniatur. p. 185.  
 Conradus II. Hildesheimensis Episcopus quosdam Ministeriales Ecclesiae suae Adversarios ex-
- peritur. 191. Ejus severa nimium in Hæreticos inquisitio publicè arguitur. 94. Ejus apud Fridericum II. Imperat. Autoritas. 194. Pro Restauratione Ecclesiae suae multum laborat. 195. A se excommunicatos vitari mandat. 197. Ejus Epistola ad Gregorium IX. 200. FF. Minores Ord. S. Francisci in Urbem suam recipit. 202. In Derneburgense Asceterium beneficus. ibid. Ecclesiae in Alsburg jus Advocatiæ confert. ibid.  
 Conradus Argentiniensis Episcopus confirmat amicabilem compositionem inter Henricum Comitem de Fürstemberg, & Præpositum omnium Sanctorum. 147.  
 Conradus de Eberstein Episcopus Spirensis. 151.  
 Conradus de Marburg in Hæreticos severè animadvertit. 92. Occiditur. 93. Ejus inquirendi methodus discutitur, ac passim improbat. 94.  
 Creutzburc (Bertholdus de) in Reinhartsbornense Cœnobium munificus. 124.  
 Crezuc (Dedo de) Frater Theodorici Episcopi in Halberstadensem Ecclesiam beneficus. 185.  
 Cruce - Signatorum Litteræ testimoniales. 188. Testamentum. 189. Eorum Fautor Oliverius Cardinalis. 195. Adversus Tartaros colliguntur. p. 204.  
 Cunegundis Regina in Lauresheimenses benefica. p. 27. Ejus dies obitus. ibid.  
 Cuno Abbas Weissenburgensis Ecclesiae Spirensis Benefactor. p. 12.  
 Cuono Dux Carinthiae interest Conventui Wormaliae. p. 43.
- D.**
- Dacmarus Comes, ejus dies obitus. p. 3.  
 Dagabertus Rex, ejus dies obitus Thermas Badenenses cum marca Weissenburgensi Cœnobio donat. p. 5. Idem in Schutteranum Cœnobium Beneficus. p. 17.  
 Danemodis Comitissa Rhingaviae dotat Monasterium S. Johannis Ord. S. Benedicti. 154.  
 Davidus ex Abbate Weissenburgensi Episcopus Spirensis. p. 6.  
 Diemo Ministerialis Conradi Marchionis Cœnobio S. Petri Erfordiae quædam largitur. 183.  
 Dienheim (Eberhardus a) Episcopus. Spirensis. & Præposit. Weissenburg. p. 15.  
 Dragebodo ex Abbate Weissenburgensi Episcopus Spirensis. p. 6.  
 Driford (Hermannus de) in Reinartsbornense Cœnobium munificus. 124.  
 Druymarus Abbas novæ Corbejæ.
- E.**
- Eberhardus Magister Ord. Teutonicæ Expeditionis in Terram Sanctam Comes. 103.  
 Edelmus Abbas Weissenburgensis Monasterium suum restaurat. 12.  
 Eduardus Marchio de Baden. 167. Ejus dies emortualis. ibid.  
 Eilbertus Episcopus Mindensis in Abbatiam Mollenbecan. Beneficus. 141. Ejus dies obitus. ibid.  
 Egino Comes de Urach in Cœnobium omnium Sanctorum Beneficus. 150.

## ac Nominum Memorabilium.

Ekkeburgehoven (Gumbertus de) cum Con-  
juge sua Christina conversi Religionem intrant  
abdicatis rebus suis. 71.  
Ekkehardus Præpositus in Tullstet. 130.  
Embrico Episcopus Herbipolensis. 74. & seqq.  
Quando Romam profectus. 77. ejus sententia  
in causa controversa. 78.  
Emehardus Episcopus Herbipolensis varias dona-  
tiones Cænobio Sancti Stephani factas con-  
firmat. 55. 59. 62. Xenodochium erigit &  
dotat. p. 176.  
Engelberti Archi - Episcopi Colonienfis epistola  
ad Ministeriales Ecclesiæ Hildesheimensis. 192.  
Ercanaldus Archi - Episcopus Moguntinus, ejus  
dies obitus. p. 3.  
Eppo Abbas Cænobii S. Petri in Nigra Sylva suis  
plura bona & privilegia obtinet & procurat.  
p. 161. & seqq.  
Erlungus Episcopus Herbipolensis variis donatio-  
nibus in gratiam Monasterii S. Stephani inter-  
venit. 65. 71.  
Erluvinus Comes de Namberg in Cænobium S.  
Petri in Nigra Sylva munificus. 160.  
Ermbertus Abbas Weissenburgensis fit Episcopus  
Wormatiensis. 6.  
Ernestus Comes Advocatus Cænobii S. Petri Er-  
phesfurt. p. 183.  
Erpach (Philippus Schenck Comes de) Abbas  
Weissenburgensis. 14.  
Erphordix Synodus celebratur. 91. 92. Sigi-  
fridus III. Archi - Episcopus ibidem solemniter  
fufcipitur. 97. Incendium 100. & 104.  
Eyp (Wilhelmus de) Abbas Weissenburg. 14.

### F.

Flersheim (Philippus à) Episcopus Spirensis Se-  
cundus Præpositus VVeissenburgensis. 14. ejus  
epitaphium ibid.  
Folmarus Abbas VVeissenburgensis. 8.  
Franckenstein (Joannes) Abbas VVeissenb. p. 13.  
Franckenstein (Rudolfus) Episcop. Spirensis. 15.  
Fridericus II. Imperator expeditionem in Terram  
Sanctam apparat. 92. Filium Henricum in  
Captivitatem detrudit. 95. Curiam solennem  
Moguntix celebrat. 96. In Italiam contra Re-  
belles Mediolanenses properat. 97. Filiam  
suam Hermannò Lantgravio desponsat. 97. In  
Egra Conventum Principum celebrat. 98. ejus  
obitus. 103. ejus præcepta. 196. 197. ejus  
encyclix 197. Impostoris cujusdam ad eum  
epistola. p. 206.  
Fridericus Dux Suevorum pro salute Fratris sui  
Ludovici Palatini Comitis quædam Bona Cæ-  
nobio S. Stephani largitur. 62.  
Fridericus I. Lantgravius donat Reinhartsbornensi  
Cænobio Villam Flensingen. 132.  
Fridericus II. Lantgravius Reinhartsbornenses pos-  
sessiones & privilegia confirmat. 133.  
Fridericus III. Lantgravius confirmat privilegia  
& donationes Reinhartsbornenses. 136.  
Fridericus Marchio de Baden. p. 167.  
Fridericus Comes de Ottingen in Abbatiam Luci-  
dæ-Vallis beneficus. 170. ejus dies emortual. ib.  
Friesenhasela (Arnoldus de) Miles Benefactor  
Cænobii S. Michaëlis Bamberg. 50.

### G.

Gardolphus Episcopus Halberstadenfis. 185.  
Gebehardus Episcopus Herbipol. 79. & seqq. 185.  
Gebeno Comes, ejus dies obitus. p. 2.  
Gerbodo Abbas Laurisheimensis plurima ad Ec-  
clesiæ ornatum contribuit. p. 35. ejus dies  
emortualis. ibid.  
Gerhardus Comes de Kercheim. 185.  
Gerlacus Archi - Episcopus Moguntinus in Rein-  
hartsbornenses munificus. 137.  
Gisla Imperatrix, ejus dies obitus. p. 1.  
Godefridus Rex Hierosolimorum, ejus dies obi-  
tus. p. 140.  
Godefridus Dux, ejus obitus. p. 4.  
Godefridus Comes de Calwe. 145.  
Goltbach (Christianus de) Reinhartsbornensi Cæ-  
nobio donat Villam Elnde. 115.  
Goteboldus Herbipolensis Urbis Præfectus. 54.  
& seqq.  
Gotescalc Comes, ejus dies obitus. p. 4.  
Gottingen (Joannes de) Episcopus Caminenfis  
pro Johannis Bohemix Regis vita sollicitus.  
p. 211.  
Grevenhusen (Simon de) Insignis Benefactor Ab-  
batix Lucidæ-Vallis. 171.  
Grezingen (Baro de) Insignis Benefactor Mona-  
sterii Albæ-Dominorum. 152.  
Grimaldus Abbas VVeissenburgensis confirmatio-  
nem Dagobertinx donationis obtinet à Ludo-  
vico Pio Imp. p. 6.  
Guta Comitissa, ejus obitus dies. p. 1.  
Guntherus Comes de Keffrenburg. 134.  
Guntherus Comes de Osterfelt. 135. In Rein-  
hartsbornenses munificus.  
Guntherus Ministerialis Bernhardi Comitis, in  
Cænobium S. Petri Erfordix Beneficus. 183.  
Gunzavinus Præpositus S. Mariæ & Magister Sco-  
larum Mog. Ecclesiæ ejus dies obitus. p. 4.

### H.

Haburg (Conradus Comes) paciscitur cum Mo-  
nasterio Schutterano p. 23.  
Hacho Presbyter donat vineam Cænobio S. Mi-  
chaëlis Bambergæ. p. 48.  
Hartuvinus Magdeburgensis Archi - Episcopus  
intervenit donationi factæ in Gratiam Cænobii  
S. Stephani Herbipoli. p. 59.  
Hafenheritschen (Oito de) & Frater ejus Gote-  
fridus in Reinhartsbornense Cænobium mu-  
nifici. 129.  
Hartwicus Abbas Hersfeldensis commutationem  
quorundam Bonorum init cum Reinhartsbor-  
nensi Cænobio. p. 112.  
Hatstein (Marquardus ab) Episc. Spirens. p. 15.  
Hatto Archi - Episcopus Moguntinus, ejus in  
Laureshamense Monasterium Beneficia. p. 25.  
ejus dies emortualis. ibid.  
Heiminge Monasterium Virginum reformatur. 203.  
Helmericus Abbas Laurishamensis Ecclesiam or-  
namentis magnificè instruit. p. 27. ejus dies  
obitus. ibid.  
Hemircho Comes, Foundationem Cænobii Lau-  
rishamensis à Parentibus factam ratam habet.  
p. 36. ejus dies emortualis. ibid.

## Index Rerum

- Henricus II. Imp. in Abbatiam Schutteranam munificus. p. 19. Cœnobium S. Michaelis Bambergæ à se constructum dotat. 41.
- Henricus III. Imp. Cœnobio S. Michaelis Bambergæ possessionem Prædii Scetstein adjudicat, & ab usurpatore liberat. p. 42. ejus dies emortualis. 141.
- Henricus IV. Imp. Curiam solennem Herbipoli celebrat. 63. Reinhartsbornensis Cœnobii fundationem confirmat. 106. Ruperto cuidam fideli suo Prædium largitur. 175. Donationem Therissenſi Cœnobio factam confirmat. ib.
- Henricus V. Imp. Reinhartsbornensis Cœnobii privilegia confirmat. 113.
- Henricus VII. Restaurator Imperii Romani. 212. ejus Mortis genus notatur. ibid.
- Henricus Friderici II. Imp. Filius in Regem eligitur. 91. Moguntia ac Francofurti Conventum celebrat. 93. A Patre captivus in Apuliam transmissus. 95. & 96. Libertati restitutus mox obit. 98. & seqq. ejus Diploma. 135. ejus Apologetica Epistola. 198.
- Henricus I. Archi-Episcopus Moguntinus Cœnobium S. Petri Erfordia variis Beneficiis afficit. 181. & seqq.
- Henricus I. Episcopus Herbipolensis Fundator Ecclesiæ collegiatæ S. Stephani. 174.
- Henricus II. Herbipolensis Episcopus. 18. Quando ordinatus. ibid. Judæis vadimonia oppignorat. 85.
- Henricus Numburgensis Episcopus Jura Patronatus in Liesen stabilis. 134.
- Henricus Abbas Laurisheimensis Ecclesiam suam intus & foris providè administrat & ornat. 37.
- Henricus I. Hildesheimensis Episcopus Electionem de se factam justificat. 205.
- Henricus Abbas S. Michaelis Bambergæ Prædium Budenesheim à Ditterici Comitis impetitionibus liberat. 41.
- Henricus Præpositus Ecclesiæ Honaugiensis in Monasterium Omnium-Sanctorum Beneficus. 150.
- Henricus Præpositus in Elnde. 132.
- Henricus Landgravius in Reinhartsbornense Cœnobium munificus. 121. Eligitur in Regem Romanorum. 100.
- Henricus Comes de Orlamunde. 101.
- Henricus Comes de Fürstemberg amicabilem in Compositionem super Prædio in Nuspach cum Monasterio Omnium-Sanctorum. 147.
- Henricus Comes de Glichen ab Henrico Landgravio omnibus suis bonis feudalibus privatur. p. 95. Ab Heinrico Heiligenstadiensis Præposito capitur. 98. Ac in Castrum Rustenberc detruditur. ibid.
- Henricus Comes . . . Frater Emehardi Herbipolensis Episcopi. 62.
- Henricus de Sweinheim Insignis Benefactor Cœnobii Laurisheimensis. p. 33.
- Herbipolensis Majoris Ecclesiæ Decani. Arnoldus p. 211. Azelo. 174. Persius. 189. Udalricus. 178. Meginhardus. 56. Henricus. 64. Ejus Anniversarium in Cœnobio S. Stephani. 77. Præpositi Ruppertus. 64. Otto. 178. Bernolf. 174. Henricus. 211. Canonici Fridericus Benefactor Cœnobii S. Michaelis Bambergæ. 47. Henricus Casus postmodum Episcopus. 80. Conradus Benefactor Cœnobii S. Stephani. 83. Ordini Teutonico se mancipat. 95.
- Herbipolensis Ecclesiæ prærogativæ. 187. Conventio cum Cœnobio S. Stephani. 189.
- Herimannus Senior Marchio de Baden Fundator Abbatia Lucidæ-Vallis. 164. ejus dies emortualis. ibid.
- Hermannus Marchio Badensis Filius præcedentis in Abbatiam Lucidæ-Vallis munificus. 166.
- Hermanus Turingiæ Landgravius à proposito destruendi villam Friderichesrod avertitur. 119.
- Hermannus Abbas S. Michaelis Bambergæ Reimœconomicam strenuè promovet. 48.
- Hermannus Episcopus Herbipol. 206.
- Hermannus Comes Palatinus, ejus dies obitus. 4.
- Hermannus Comes de Henneberg in Reinhartsbornense Cœnobium munificus. 122.
- Heroldus Episcopus Herbipolensis. 85.
- Hesingerode (Hermannus de) in Reinhartsbornenses beneficus. 181.
- Hildegardis Fundatrix Abbatia Mollenbecanæ, ejus dies obitus. 141.
- Hildegardis Comitissa de Kazen-Elenbogen. p. 28.
- Hildesheimensis Ecclesia, in quo Herbipolensi Ecclesiæ præferenda, in quo postponenda. 187. Restauratione indiget. 195.
- Homburg (Henricus de) Abbas Weissenburgensis. p. 14.
- Honorius II. Pontifex Max. privilegia Abbatia S. Petri in Nigra Sylva confirmat. 162.
- Honorius III. Pontifex Max. Exaltationem suam notam facit. 201.
- Honorius IV. Pontifex Max. de Philippo Francorum Rege conqueritur. 210.
- Hugo Comes Palat. de Towingen. 207.

### I.

- Innocentius II. Pontifex Max. Monasterium Schutteranum sub protectionem suam suscipit. p. 20.
- Innocentii III. Pont. Max. Bulla in favorem Herberti Episcopi Hildesheimensis. 185. Ejus elogium. 201.
- Joannes I. Bohemiæ Rex de Lituanorum Rege triumphat. 212. Hortatur serio, ut à veneficis sibi cavent. 113.
- Joannes Ospabrugensis Episcopus, ejus dies emortualis. p. 3.
- Joannes Spirensis Episcopus, ejus dies obitus. p. 4.
- Joannes Episcopus Laconiensis. p. 21.
- S. Joannis Monasterium Ord. S. Benedicti in Rhingavia dictum Biscovesbere à Ruthardo Archi-Episcopo fundatum, & à Ruolfo Comite munificè dotatum. 154. ejus Abbates. 156. & seqq.
- Joannes Comes de Osterfelt. 135. In Reinhartsbornenses munificus.
- Irvingardis Marchionissa de Baden Fundatrix Abbatia Lucidæ-Vallis. 165. ejus dies emortualis. ibid.
- Ifenkagen (F. de) Vir Nobilis in Ecclesiam Hildesheimensem Beneficus. 205.
- Judæi infanticidæ puniti. 96.

## ac Nominum Memorabilium.

Juditha Bodonis Comitis Uxor. 175.  
Justulphus Abbas Weissenburgensis. p. 6.

### K.

Kartung ( Conradus de ) in Abbatiam Lucidæ-Vallis Beneficus. 168.

### L.

Laurishamense Cœnobium, ejus Abbates & Benefactores. 23. & seqq.

Lewenstein ( Nicolaus Comes de ) cum Coniuge Wildburgi de Wertheim quædam Bona vendunt Abbatia in Weissenburg. p. 13.

Lissen Ecclesia Reinhartsbornensi Cœnobio pleno jure subiecta. 134.

Liuthardus Abbas Weissenburgensis. p. 8.

Lucidæ-Vallis Abbatia, ejus Abbatissa & Benefactores. 164. & seqq.

Lucius III. Pontifex Max. Hermanno Abbati Reinhartsbornensi suisque Successoribus usum Mitrae concedit. 117.

Ludovicus Pius Imp. confirmat Abbatia Weissenburgensi possessiones quasdam. p. 6.

Ludovicus IV. Imperator veneno sapius tentatus. p. 213.

Ludovicus III. Lantgravius Turingiæ varias donationes Reinhartsbornensi Cœnobio factas approbat. 117. Cum eodem concambium init. p. 118.

Ludovicus IV. Landgravius Turingiæ Litem in inter Cœnobium Reinhartsborn & Vallis S. Georgii dirimit. 119. Emptionem cujusdam Prædii confirmat. 120.

Ludovicus Comes Palatinus Frater Friderici Suevo- rum Ducis. 62.

Ludovicus II. Comes in Turingia Fundator Cœnobii Reinhartsbornensis. 107.

Ludovicus Filius Richolfi Comitis Rhingaviæ Insignis Benefactor Cœnobii S. Johannis in Rhingavia. p. 155.

Lupoldus Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 4. Favet Cœnobio S. Michaelis Bambergæ in causa usurpationis injustè iacentatæ. p. 42. & seqq.

Lutolfus Episcopus Halbestadensis ordinatur Erphordiæ. p. 97.

### M.

Macelinus Wirceburgensis Episcopus, ejus dies obitus. p. 2.

Manegoldus Episcopus Herbipolensis Castrum quoddam acquirit. 210.

Mansfelt (Henricus Comes de) in Reinhartsbornense Cœnobium munificus. 130.

Margaretha Marchionissa Badensis Abbatissa Lucidæ-Vallis. 164.

Margaretha de Weingarten Abbatissa Albæ-Dominarum. 153.

Margaretha Comitissa de Eberstein Abbatissa Albæ-Dominarum. 153.

Maria Marchionissa Badensis Abbatissa Lucidæ-Vallis. 164.

Marianus Scotus Inclusus, ejus dies obitus. p. 4.

Martinus IV. Pont. Max. confirmat quædam in favorem Cœnobii Omnium-Sanctorum. 149.

Matthias Archi-Episcopus Moguntinus Reinhartsbornensis Cœnobii Benefactor. 133.

Mechtilda Marchionissa de Baden. 170.

Mechtildis Abbatissa in Tullstet quasdam possessiones à Reinhartsbornensi Cœnobio acquirit. p. 130.

Mechtildis Abbatissa in Mollenbeck Ornatus pretiosos confert Ecclesiæ suæ. 139.

Meginhardus Episcopus Wirceburgensis, ejus dies obitus. p. 3. Ecclesiam Rodenheim à se consecratam dotat. 42.

S. Michaelis Bambergæ Cœnobium variis donis & Beneficiis ditatur. p. 41. & seqq. Ejus Abbates. Henricus. p. 41. & 42. Gumpoldus. p. 43. & 44. Wolframmus. p. 45. Hermannus. p. 48. Ejus Bibliotheca sub Wolframmo. p. 50. Vetus specificatio Bonorum. 33.

Mila (Hermannus de) Benefactor Cœnobii Reinhartsbornensis. 136.

Mittelhusen Turingiæ Oppidum, in hoc Pax celebrata. 105.

Moguntinæ Ecclesiæ Decani, Henricus, 155. Cuno. 155. Embricho. 180. Hartmannus. p. 182.

Monasterium Omnium-Sanctorum, Eidem plures conferuntur donationes. 142. & seqq. Martinus IV. Pont. Max. quædam Privilegia confert. 149. Ejus Præpositus. Waltherus. 142. Mulhausen Villa Regia per Insidias tentatur. 105.

### N.

Nafelden (Hugo) Abbas Weissenburg. p. 13.

Nicolaus IV. Pont. Max. Cœnobium Schutteranum in protectionem S. Sedis recipit. p. 21.

Nidelingen (Joannes de) in Abbatiam Lucidæ-Vallis Beneficus. 166.

Nisen (Henricus de) ad evertenda Raptorum Castra commissus. 198.

### O.

Offo Angliæ Princeps Fundator Cœnobii Schutterani. p. 17. Cudit nummos. ibid. Ejus sepulchrum violatum restauratur. p. 20. & 22.

Offonis-Cella. Vid. Schuttern.

Ogo Abbas Lauresheimensis optimè meritis de suis. p. 32. Ejus dies emortualis. ibid.

Oliverius Cardinalis Cruce-Signator monet attendere à falsis Prædicatoribus. 195.

Onoltespach (Wolframmus de) in gratiam Fratris sui Gumberti Cœnobio S. Stephani Herbipoli beneficit. 71.

Otgarius Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 2. Fuit Abbas Weissenburg. p. 6.

Otto I. Imperator in Vveissenburgensem Abbatiam beneficus. p. 7.

Otto II. Imperator confirmat privilegia Abbatia Vveissenburgensis. p. 8. Privilegia eligendi Abbatem concedit Cœnobio Schuttern. p. 18.

Otto Cardinalis difficili Legatione fungitur in Germaniæ partibus. 198.

Otto Episcopus Bambergensis Restaurator Cœnobii S. Michaelis Bambergæ, illud variis muneribus ditat & contra violentias protegit. p. 45. & 46.

## Index Rerum

Otto Dux Sueviæ interest Conventui VVormatiensi. p. 43.  
 Otto Dux de Suvinford. 78.  
 Otto Dux, ejus obitus. p. 4.  
 Otto Comes de Eberstain. 146. ejus Epitaphium. p. 151.

### P.

Petrus Archi-Episcopus Moguntinus. 156. Fuit Medicinæ Doctor Expertissimus. 213.  
 S. Petri Monasterium Erfordiae variis privilegiis & donis afficitur. 181. & seqq. Ejus Abbates. VVernherus II. 184. Gelphradus. ibid.  
 S. Petri Monasterium in Nigra Sylva, à quo fundatum? 160. Ejus variæ dotationes. ibid. & seqq. Ejus Abbates. Eppo. 160. & seqq. Gotzmannus. 163.  
 Philibertus Marchio Badensis. 169.  
 Philippus IV. Rex Franciæ ab Honorio IV. Pont. Max. arguitur. 210.  
 Philippus Marchio Badensis Abbatiam Lucidæ-Vallis fovet & protegit. 169. Ejus dies emortualis. ibid.  
 Pillungus Miles Benefactor Cœnobii S. Michaëlis Bambergæ. p. 46.  
 Poppo Fuldenis Abbas concambium init cum Henrico II. Imp. 41.  
 Poppo de VVerida desistit ab injustis exactiombus, quas intentabat hominibus S. Michaëlis Bambergæ. p. 43.  
 Principius Primus Abbas VVeissenburgensis. p. 5.

### R.

Rabanus Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 16. Ecclesiæ Dittenbornensis constructionem & dotationem promovet. 181.  
 Ratfridus Abbas VVeissenburgensis impetrat à Dagoberto Rege Thermas Badenses. p. 5.  
 Reinfridus Vir Nobilis Ecclesiæ in Dittenborn Fundator. 180.  
 Reginaldus Abbas Laurisheimensis ob Liberalitatem in pauperes & ornatus varios, quos Ecclesiæ suæ contulit, commendabilis. 38. Ejus dies emortualis. ibid.  
 Reinhartsbornense Cœnobium à quo fundatum? p. 107. Ab Henrico IV. Imperatore variis Privilegiis munitur. ibid. & seqq. Et à diversis aliis muneribus & donis augetur. vid. ibid. & seqq. Similiter privilegiis ornatur ab Henrico V. Imp. 113. Lucius III. Pont. Max. Abbatibus ejusdem Cœnobii usum Mitræ concedit. 117. Incendium patitur. 130. Ejus Abbates. Gisilbertus. 107. Ernestus. 110. & seqq. Hermannus. 116. & seqq. Usum Mitræ ab Apostolica Sede obtinet. 117. Sifridus. 118. VVickardus. 119. Ekehardus. 122. Ludovicus. 123. Marquardus. p. 125. & seqq.  
 Reinichen (Guta de) in Cœnobium Omnium-Sanctorum Benefica. 142.  
 Renboto Hirsaugiensis Abbas acquirit Prædium Sazbach. 143.  
 Richarda Benefactrix Cœnobii S. Michaëlis Bambergæ. p. 44.

Richbodo Archi-Episcopus ac simul Abbas Laurisheimensis Claustrum ædificiis auget & Ecclesiæ ornamentis ditat. p. 37. Ejus dies emortualis. ibid.  
 Richolfus Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 3.  
 Richolfus Comes Rhingaviensis dotat Monasterium S. Johannis in Rhingavia. 154.  
 Roder (Guillelmus) Vir Nobilis in Abbatiam Lucidæ-Vallis beneficis. 170.  
 Rohingus Abbas Fuldenis, ejus dies obitus. p. 4.  
 Rudigerus Abbas Weissenburgensis ultimus sic ejusdem Loci Primus Præpositus. p. 14.  
 Rudingerus Miles in Cœnobium S. Petri in Nigra Sylva munificus. 161.  
 Rudolfus Episcopus Constantiensis incorporat quasdam Ecclesias Cœnobio Schutterano. 21.  
 Rudolfus Mersburgensis Episcopus. 100.  
 Rudolfus Marchio Badensis Argentinenis Ecclesiæ Custos & Canonicus. 169.  
 Rudolfus Marchio de Baden in Abbatiam Lucidæ-Vallis Beneficis. 165. Ejus dies emortualis. ibid.  
 Rudolfus Comes de Lewenstein in Abbatiam Lucidæ-Vallis Beneficis. 169.  
 Rudolfus Comes in Tuwingen Anniversarium diem in Abbatia Lucidæ-Vallis fundat. 171.  
 Rudolfus Comes Benefactor Ecclesiæ Moguntin. ejus dies obitus. p. 1.  
 Rupertus Rex Romanorum. 214.  
 Rupertus Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 1.  
 Rupertus ex Monacho Weissenburgensi Episcopus Spirensis. p. 8.  
 Rupertus Bambergensis Episcopus duas Villas Cœnobio S. Michaëlis ibidem donat. p. 43. & 173.  
 Rupertus Senior Comes Palatinus in Lauresheimenses Liberalis & munificus. p. 26. Ejus dies obitus. ibid.  
 Ruslicorum Seditio Abbatia Weissenburgensi fatalis. p. 8.  
 Ruthardus Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 2. In Reinhartsbornense Cœnobium munificus. 110. Cum eodem concambium init. ibid. Fundat Cœnobium S. Johannis in Rhingavia. 154. Item Cellam S. Martini ad Werram. 178.  
 Rutgangus Episcopus Metensis S. Nazari Reliquiis ditat Lauresheimense Cœnobium. p. 28. ejus dies emortualis. ibid.

### S.

Salza (Hermannus de) Cœnobio Reinhartsbornensi quadam donat. 121.  
 Samuel Abbas Weissenburgensis Insigni ac prætiosa Coronâ Ecclesiæ suam ornat. 11.  
 Sarbruggen (Eberhardus) Abbas Weissenburgensis diversa Prædia Ecclesiæ suæ acquirit. 13.  
 Schenck ab Erpach (Philippus) Abbas Weissenburgensis. 14.  
 Schuttern (vulgò Offenweiler) Abbatia Ord. S. Bened. 17. Ejus Fundatio ab Offone Anglo asseritur. ibid. Incendio perit. 19. Restauratur. 20. In ultimum discrimen prolabitur.

## ac Nominum Memorabilium.

- p. 23. Cum Kenzingensibus pacificis. *ibid.*  
Ejus Abbates. 18. & seqq.  
Seyne (Comes de) de Hæresi falsò inculpatus  
solemniter se expurgat. 94.  
Siboldus Abbas S. Albani. 155.  
Sigifridus Archi - Episcopus, ejus dies obitus.  
p. 1.  
Sigifridus II. Archi - Episcopus Moguntinus Er-  
fordiæ Concilium celebrat. 91. Incorporat  
Cænobio Reinhartsbornensi Parochiam Tute-  
leiben. 120. Obiit Erfordiæ. 92. Ejus ad  
Ecclesiam Hildesheimensem Epistola gratula-  
toria. 191.  
Sigifridus III. Archi - Episcopus Moguntinus cum  
Erfordiensibus graviter dissentit. 94. Iis re-  
conciliatur. 97. Theobaldum Regem Græ-  
corum excipit honorificè. 98. Iterum Erfor-  
diensibus infestus. 99. & seqq. Obiit. 102.  
Sigifridus Comes in Ecclesiam Moguntinam be-  
neficus, ejus dies obitus. p. 3.  
Sinodus Wormatiæ habitæ. Erfordiæ. 91.  
182. Moguntia. 93. 99. Wimaria. 100.  
Fritislaria. 100. Lugduni. 100.  
Smalstein (Eberhardus & Joannes Milites de)  
Benefactores Monasterii Albæ - Dominorum.  
p. 152.  
Societas mutua Suffragiorum renovata. p. 5.  
Soëtern (Philippus Christoph à) Episcopus Spi-  
rensis. 15.  
Sophia Mater Henrici Lantgravii. 97.  
Spirensis Ecclesiæ vetus Thesaurus. p. 9.  
S. Stephani Abbatia cum Capitulo Majoris Eccle-  
siæ Herbipolensis contrahit. 189. Variis Præ-  
diis ditatur. 53. & seqq. Ejus Abbates Ethzo.  
p. 56. & seqq. Henricus. I. 74. Berenge-  
rus. 74. & seqq. Rapholdus. 79. & seqq.  
Henricus II. 85. Ejus Advocatus Godebol-  
dus Comes. 78.  
Stetevelt (Henricus de) in Reinhartsbornense  
Cænobium munificus. 126.  
Stolzenheim (Henricus Miles de) in Reinharts-  
bornenses munificus. 133.  
Sumehard (Conradus) Doctor Tubingensis ejus  
de Sanguine Christi opiniones. 22.

## T.

- Tartari in Pologiam ac Moraviam irrumpunt.  
p. 204. Adversus eos Conradus Rex Exerci-  
tum colligit. *ibid.*  
Tetelingen (Conradus Miles de) & Fratres ejus,  
in Monasterium Omnium - Sanctorum bene-  
fici. p. 146.  
Tharasia Alphonfi VI. Castellæ Regis Filia.  
p. 179.  
Tharasia Monasterium Ord. S. Benedicti ab Hen-  
rico IV. Rege insigni Privilegio ornatur. 179.  
A Bodone Viro illustri variis donis afficitur.  
p. 175.  
Theobaldus Rex Græcorum à Siffrido Mogun-  
tino Archi - Episcopo honorificè suscipitur.  
p. 98.  
Theodoricus Episcopus Halberstadenfis. 158.  
Theodoricus Junior Landgravius Reinhartsborn-  
ense Cænobium eximit à Jurisdictione &

- Juribus, quæ ipsi competeabant in bonis suis.  
p. 125.  
Theodoricus Marchio de Landesburg Monialium  
Asceterio in Sangerhusen beneficium præstat.  
p. 123.  
Thermæ Badenses ab Antonino & Hadriano Imp-  
conditæ. p. 5. & 6.  
Thiersperh (Lud. de) Benefactor Cænobii Schut-  
terani. p. 21.  
Trithemius (Joannes) Abbas impugnatur ratio-  
ne Foundationis Cænobii Schutterani. p. 17.  
& 18.

## V.

- Vaisin (Margaretha, Nobilis Matrona in Abbatiam  
Lucidæ - Vallis benefica. 170.  
Udalricus Miles bis solemniter cogitur abdicare  
Prædium Scerstein in favorem Cænobii Sancti  
Michaëlis Bambergæ. p. 42. & 43.  
Udo Comes, ejus dies Obitus. p. 4.  
Ulricus Comes de Kiburg in Præpositum Eccle-  
siæ Beronensis electus. 185.  
Ulricus Comes de Lentzburg Ecclesiæ Beronen-  
sis Restaurator. 173.  
Ulsinhaim (Altun de) beneficit Cænobio S. Mi-  
chaëlis Bambergæ. p. 44.  
Urbanus II. Pontifex Max. Reinhartsbornense  
Cænobium sub Apostolicæ Sedis protectione  
recipit. p. 108.  
Uta Ducissa de Schowinburc in Monasterium  
omnium - Sanctorum Benefica. 147.  
Uta Comitissa de Eberstain Fundatrix Monasterii  
Albæ - Dominorum. p. 151.  
Uta Relicta Hodefridi Comitis de Calwe Bene-  
factrix Cænobii Omnium - Sanctorum. 145.

## W.

- Waldemar Daciæ Rex in Custodia detentus.  
p. 194. 196.  
Wecelo Archi - Episcopus Moguntinus, ejus dies  
obitus. p. 3.  
VVeissenburgensis Abbatia, ejus vetus Bibliotheca.  
p. 8. Insignis Corona in templo dependens.  
p. 11. Magno ære gravatur. p. 12. Ædificiis  
augetur. *ibid.* Erigitur in Præposituram. p. 14.  
Ejus Abbates. p. 5. & seqq. Ejus Præpositi.  
p. 14. & 15.  
VVeissenburg oppidum muris & vallo cingitur.  
p. 12. Ejus Cives cum seditiosis Rusticis  
uniti. p. 8.  
VVelzendorf (Hermannus de) Benefactor Cæ-  
nobii S. Michaëlis Bamberg. p. 50.  
VVelzdenz (Joannes Comes à) Abbas VVeissenbur-  
gensis. p. 13.  
VVeriboldus Abbas S. Jacobi Mag. 155.  
VVertherus Archi - Episcopus Mogunt. 207.  
VVertherus Abbas S. Albani Mog. consentit in  
Erectionem Abbatia S. Johannis in Rhingavia.  
p. 155.  
VVertherus Præpositus Spirensis. 172.  
VVertherus Comes in Lauresheimense Cænobium  
beneficus. p. 26. ejus dies emortalis. *ibid.*  
O o o 2 VVer-

## Index Rerum

- VVertrudis Filia Comitis Rhingaviae ad S. Albanum inclusa. 154. Praeficitur Clusae seu Cœnobio Sanctimonialium. 156.  
S. VVicberti Reliquiae inventae. 105.  
VVillhelmus Dux Hollandiae in Regem Romanorum eligitur, & Aquisgani coronatur. 101. Nuptias celebrat & periclitatur ex Incendio. p. 104. Francofurti Curiam indicit. p. 105. Insigni Victoriâ potitur. ibid.  
VVillhelmus Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 2.  
VVillhelmus Havelburgensis Episcopus. 96. 99.  
VVillhelmus Comes de Eberstain, ejus Epitaphium. p. 151.  
VVilligifus Archi-Episcopus Moguntinus, ejus dies obitus. p. 2.  
VVillifvinda Comitissa Fundatrix Cœnobii Laurensheimensis, ejus dies emortalis. p. 36.  
VVinnegge (Reinhardus de) transigit cum Monasterio Omnium - Sanctorum super Prædio in Sachbach. 144.  
VVintersbah (Bertoldus Miles de) in Monasterium Omnium - Sanctorum beneficus. p. 142.  
VVolfgangus Abbas in Stircelburn. 167. ejus dies emortalis. ibid.  
VVolframmus Abbas Cœnobii S. Michaëlis Tyrannicum Bertolfi Comitis Advocati Animum precibus ad DEUM fufis mitigat. 45. Prædia Ecclesiae suae commutat. 46.  
VVolframmus Comes de VVertheim. 185.

F I N I S.

